



BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
21 K
33





[illegible]

e

[illegible]

[illegible]

~~DAN.~~
~~HEINSII~~


# POEMATVM


NOVA EDITIO

*auctior emendatiorque:*


*Quorum seriem aversa statim pagina indicabit.*

LVGDVNI BATAVORVM
APVD IOHANNEM MAIRE,
CIↃ. IↃ. C. VI.



*Index eorum quæ hoc opere continentur.*



*Nobilissimo Amplissimo Magnificoq;*
*Viro,*

# CORNELIO
## VANDER MYLE,
*Principi a Concilijs.*



*D. D. D.*

DANIEL HEINSIVS.

VIR NOBILISSIME, Sicut eos felicissimos antiqui sapientes iudicabant, quorum felicitas modum non excederet: ita omnium sapientissimos eos fuisse existimo, quorum sapientia intra Naturam esset. Naturæ lex illa est, quam omnes quotidie sequi-

mur, & quanuis necessitatum primæ, sine necessitate, sponte nostra & cum voluptate paremus: quę aliter nobiscum non agit, quam cum alumnis suis nutriculæ, aut filiolis matres. Eius exempla longe petenda non sunt, cum vitam quotidianam non excedat eorum consideratio. Blanda illa parens nostra, vt quotidiano labori succurreret, medicamenta duo præscripsit, lenia, & vt medicorum filij loquuntur, μαλακτικά; Somnum & Somnium. Quorum altero, miti quadam quiete & placidâ, motus violenti corporis & animi, intensione suâ defunguntur laxanturque, vt perpetuo quodam ordine rebus nouis pares esse possint. Altero vero, spes ple-

plerumq; quæ ſuauiſſima animi noſtri medela eſt, ſenſibus obijcitur, blandæq; imagines, quarum cauſa prima ignota nobis, ex æternitate animi, perpetuoq; eius motu, & diuinitate dependet. cuius tanta libertas & potentia eſt, vt neque rex vllus hactenus nec crudelitatis artifex, terminum illi aut limitem deſignarit. Ego ſtudiorum noſtrorum remiſſiones diuinas illas, quas poëticas dicimus, Somnos & Somnia appellare ſoleo. Quies ex ijs, ſolatium, voluptas. Sed & maxima horum pars in imagine conſiſtit. Sicut enim corporis imperio ſoluta mens noſtra, ea fingere ſibi noctu conſueuit, quæ nec ſunt, nec futura ſunt. Ita afflatu puriore

correptus animus vagatur, casque rerum formas exprimit, a queîs & naturâ interdum, & indole, & studio abest quam longissime: præcipue quouescunq; audita ruminat. Amorem ferunt Deum quendam, pusionem paruulum, cum sagittâ & facibus; huius Dei attactu correptos homines miris modis agitari: in eodem mellis & fellis copiam esse. Solius huius vulnera neque nocere, quia suauissima sunt: neq; curari posse, quia maxime penetrant. Hęc ita a patribus nostris accepta credidimus nos, qui nondum eâ ætate sumus (si philosophis credimus) vt vllius rei, multo minus amoris, in cuius ludo nemo sat doctus vnquam est, experientiam

vindicare possimus. Sicut enim eruditio & scientia præceptis, per quæ via expeditissima est, constare solet; ita altera non nisi ex obseruatione rerum multarum & annis. Alterius enim propria est consummatio: alterius maturitas, ad quam non nisi diu viuendo peruenitur. Sicut autem pueri cum de Empusis & Lamijs audiunt, noctu eas vident: ita nos Deum hunc, quem toto hoc opusculo proposuimus. Phidiam ferunt cum Iouem vidisset nunquam, eum ex Homericis versibus depinxisse: idem nobis accidit. Totum libellum hunc quem nomini tuo inscriptum imus, vir Nobilissime, vel Somnum vocabis vel Somnium, vel Φαντα-

σίαν, aut, si Aristotelicis gratificari volueris, Ideam Platonicam. Phantasia poetæ nihil est diffusius. Rex familiæ nostræ Homerus, eodem sæpe tempore in Itache cum procis, in Pylo cum Nestore, in Laconice cum Menelao: in cœnaculo cum viris, in gynæceo cum fœminis versatur: &, quod magis mirere, ne a thalamis quidem abest. Paris a Venere prælio subtrahitur, in amplexus Helenæ se diffundit, thalamum intrat: hic solus cum esset, Homerum non exclusit tamen. Quicquid clam Iunone gerit Iupiter, solus sciuit: quicquid clam parente suo Minerua, solus nouit: nec consilia Deorum modo, sed & cogitationes penetrat. Idem cum Ioue in

ue in cœlo, Neptuno in aquis, Dite apud inferos rem gerit: & tanquam non ex æquo inter fratres diuiſa regna eſſent, partes ſibi vindicat. Idem Iunonem, non ſine ſuſpicione Iouis, ab vlnis; Venerem, non ſine æmulatione Martis, a riſu; Thetin non ſine indignatione Pelei, a pedibus commendat. Idem cum Mēte nauem, cum Antilocho currum dirigit: cum Vulcano ſcutum, cum Chirone haſtam fabricat. cum Ioue pluit, cum Marte furit, cum Minerua ſapit, cum Iro mendicat, cum Priamo imperat, cum Agamemnone aciem inſtruit, cum Achille diſſipat. Idem dux, miles, nauta, faber eſt: & hæc cum ſit omnia, nihil tamen præter-
 quam

quam poëta est. Tam difficile videlicet est aut poëtam esse, aut non esse omnia. Quicquid enim crediderunt veteres, Somnium Homericum est: qui naturæ limites hoc pacto ampliauit. Animus certè noster quamdiu huic studio se dedit, cum suauissimo quodam somnio versari sibi visus est, quoties nimirum a grauioribus secessit: qui nunc velut expergiscitur, & recto itinere ad Sapientiæ, Bonæq; Mentis templum pergit. Sicut enim mens nostra vna cum somnio memoriam eius deponit, & elapsâ nocte operi accingitur, spei bonæ plena: ita nos sine offensâ vllâ ab his ad reliqua properamus. Vt autem pars imaginatrix mentis nostræ

somniare

ſomniare mauult, quam quieſcere; ita nos, ne nihil agamus, hoc egimus. Cæterum tibi, Vir Nobiliſſime, hæc offerimus, vt ſi quicquam mereantur, precium ſuum non amittant: ſin minus, ſub tuo patrocinio mereri incipiant. Et enimuero percuſſit me, fatebor enim, humanitas illa tua, quâ nuperrime, ex itinere redux, immerentem me, imo pene inuiſum proſecutus es: vt pene priuſquam patrocinium tuum mereri potuerim, nouos mihi patronos conciliaris: priuſquam officij mei rationem inierim, de promouendis ſtudijs meis cogitaris. Acceſſit nuper reliquæ fortunæ tuæ coniugalis Iuno, copulæque maritalis felicitas, cuius

ſucceſſum non minus quam reliquarum virtutum tuarum quotidie eruditi omnes ſibi vindicant: poſtquam in primariam domum affinitate tranſlatus es, cuius nomen vtrique & ciuili & literariæ rei ſalutare eſt. Accipe igitur, Flos nobilitatis eruditæ, munuſculum noui clientis tui, qui poſtquam tibi cætera debere incepit, hoc quoque debere vult: vt ſub auſpicio nominis tui & tutela, LEGI & PLACERE poſſit. Vale.

AMICO

# AMICO LECTORI

## DAN. HEINSIVS.



N tibi denuo, Amice Lector, lusus nostros; & emendatos leniter, & auctos. Clementer enim & remisse egimus. Si quæ prima ætate dederamus, ab alijs ea distingui maluimus, quam a nobis non tolli: quod seueri parentes solent. In quo vno Aristoteli nostro morem non gessimus: qui in Rep. sua μηδὲν πεπηρωμένον τρέφειν libere permisit. Nos ea quoque delectant, quæ non placent: & hæc iudicij nostri seueritas cum voluptate aliqua coniuncta est. Sicut artifices quidam operum suorum rudimenta maxime amant, non vt sequantur, sed vt superent: ita non minus interdum scire iucundum est, quantum proficias, quam quid scribas. Lusimus, sed liberaliter, sed pudice; magnorum virorum vel autoritate, vel exemplo. Quid Solonis delicias dicam? ne Menandros aut Euenos loquamur: qui cum ciuitatis mores emendasset, in versibus aliquid reliquit, quod sublatum illi malint, qui alienæ vitæ modum ponunt, nec habent suæ. Quid patriæ

*patriæ & eloquentiæ patrem Tullium? Eodem modo insaniuit quo sapientes solent. & qui e rostris Catilinæ furias restinxit, in Tusculano suo Tyronis basia laudauit. Quid consulem alterum, minorem Plinium? Hendecasyllabos suos præ reliquis commendat: quos nec seueros fuisse fatetur, nec inuenustos. Sed quales illi,*

Qui quod pruriat incitare possunt.

*Idē tres & viginti summos in Rep. viros recenset, quos hoc decuit:* quorum non seria modo, verum etiam lusus exprimere, *laude dignum iudicat. Quid tertium, Burdegalēsem Ausonium? qui primus Maronianæ pudicitiæ vim intulit: & in quo aliorum exempla commemorat, exemplum posteritati fuit. Plato cothurnum induit: parum decebat: aliud aggressus est Versus molliculos, festiuos, delicatos edidit: sed ea libertate interdum, vt qui e schola Socratis prodijsse hominem nesciret, merito cum illo quæreret:*

Cur non adhibuisti dum istæc loquereris tympanum?
Nam te cinædum esse arbitror magis quam virum.

*Tantum in rebus ludicris ijs licet, qui in serijs pares non habent. Aliquid enim voluptatis natura suo iure vindicat: & suauissimum*

*mum hoc vectigal matri nostræ omnes persolvimus:*

Οἱ γὰρ Κύπριν φεύγοντες ἀνθρώπων ἄγαν,
Νοσοῦσ' ὁμοίως τοῖς διώκουσιν ἄγαν,

*ait scenicus philosophus. Herculem libenter cum pueris lusisse ferunt.* Et, vrbicapus ille, occisor regum, *nunquam attentius auditus est, quam cum infantem in scena complexus, exclamaret,* Παίζω, μεταβολὰς γὰρ πόνων ἀεὶ φιλῶ. *Magnus rex in arundine cum filiolo equitabat: deprensus a quodam, ridenti illi,* Tace nunc, *inquit,* pater hoc olim inter patres narrabis. *Idem ego illis: nec vereor, vt cum ingenium poetæ & eruditionem consecuti sint, libertati eius obtrectent.*



# DAN. HEINSII
# ELEGIARVM
## LIB. I.

AMPLISSIMO PRVDENTISSIMOQ.
VIRO
FREDERICO SANDIO,
Fisci Geldriæ & Zutphaniæ
Præfecto.

S. .D. *Daniel Heinsius.*

OMNIVM Philosophorum, Vir Amplissime, suauissimi sunt illi, quos Socraticos dicimus: qui ita ab omni voluptate aberant, vt interim a delicijs honestioribus, a jocis, a salibus, non abhorrerent: &, quod præcipuum ego arbitror,

tror, ab ἀναισθησία longe abessent. Puer admodum Xenophontem ita auide arripiebam, vt quicquid illius extaret, quater aut quinquies euoluerem Ad Platonem serius accessi;cum fructu tamẽ eo majori fortasse, quanto hæc ætas plus videt, plus percipit. In altero eorum videbam Socratem nostrum, cujus familiam admirabar, apud Calliam, inter epulas iis de rebus disputãtem, quæ illius loci essent: & interdum pocula rorantia, si quæ instituerẽtur, minime recusantem. In altero, eundẽ de Amore differentem, & ab Alcibiade ebrio,temulentoque, cum tænijs & floribus liberiuscule, vt in illa vrbe, ad comum veniente, suauiter argutantem. Postremo sub diluculum, reliquis ad se euntibus, bonus Socrates solus cum Agathone & Aristophane repertus est, more Homerico,bibens ἐνδέξια.Nimirũ pectus liberale καὶ τὸ ἐλεύθεριον amat sapientia: quæ & intendere animum & remittere honeste solet: nec ex seueritate meritur virtutem Postquam enim ex palliolo suo & barbã cẽseri sapienriam Græci voluerunt, & indicium continentiæ fecerunt frontem,

*Ex illo fluere & retro sublapsa referri*
*Omnia.*

Coloniam mutauit Dea illa,& ἐν τῷ δοκεῖν habitare cepit, non ἐν τῷ εἶναι. Quod si illud hominibus gravibus,& qui sapientiam ætate jam propemodum elapsâ profitebātur, apud homines prudentes fraudi nō fuit, quod & tempori, & occasioni aliquid darent, nec perpetuò supercilium contrahetent; quanto æquius nos veniam merebimur,si primâ etate Venerem cum Musis coniunximus, & liberius paulo sacris huius Deæ initiati sumus:quod & sobrie hic a nobis factum est, & parce; vt ne usquam temperantiæ limitem transcenderemus. Nec difficilius,ut spero, a te quam a reliquis veniam impetrabimus, quod tibi viro amplissimo, καὶ τὰ κοινὰ ἐπιτετραμμένῳ ea offeramus,quæ fere ætatis ratione veniam merentur, si cogites de anteacto vitæ tempore, quod simul in ocio literarum transegimus, & familiaritate illâ mutuâ,quâ alterum alter complexus est. Quam quidem humanitatem tuam cum nouâ dignitate imminutam crederem; nisi vltro me nuperrime, literis, muneribusque prouocasses.

ses. Cum igitur tam graviter in ære tuo sim, nunc sufficiet, si beneficia tua agnoscere me intelligas: alias de officio cogitabo. Elegiarum itaque mearum librum primum habe: quotiesque a foro tantillum tibi ocij superest, simul ad te, & Heinsium tuum redi: ac pro admirabili ingenio & eruditione tuâ (quam semper in te veneratus sum) Musas nostras fouere perge. Vale Vir Amplissime. Lugd. Batav. ipsis K L. Iunijs.

# ELEG. I.

Iosepho Scaligero Musas suas commendat.




*VID mihi barbaries faciles in carmina curas,*
*Aut hederæ damnas dulcia signa meæ?*
*Nil mihi vobiscum est: satis est si cætera desunt,*
*Inuidiam merui, barbara turba, tuam.*
*Cernitis, vt celsas modò mens se tollat in auras,*
*Et modò vecta levi tramite summa legat.*
*Degeneres animi, lepidis gens aspera Musis,*
*Nil mihi vobiscum est: me meus ador agit.*
*O superi, mihi dulcis honos, mihi gloria mollis*
*Mollia sollicitat pectora: Liuor abi.*
*Perque vagos saltus, habitataq; vatibus olim*
*Antra, leuesq; vmbras, priscaq; rura feror.*
*Qua meus angustâ recubans in valle Catullus*
*Passeribus cecinit tristia fata suis.*
*Gaudia faue: tibi sacra fero: sternutat Apollo,*
*Ominaq; a dextrâ candida reddit auis.*
*Ipsa Venus nuper placido subriserat ore,*
*Vexerat & numeros ad sua tecta meos.*
*Altaq; risêrunt Superorum lumina Diuûm,*
*Carminaq; attentos detinuêre Deos.*
*Et mea nunc toto iactantur carmina cœlo,*
*Et mea lasciuus carmina discit Amor.*
*Macte animo; audendum est: tenui transnabimus aurâ:*
*Summaq; lambemus littora: Liuor abi.*
*Quam iuuat angustis animum submittere curis,*
*AEquaq; natura dicere posse mea.*
*O faciles vmbræ Musarum, blandaq; Tempe,*
*Et tenues curæ, causaq; amoris amor,*
*Ridentesq; Deæ, teneræ quas turba Dionæ,*
*Dicitur in lusus sollicitasse suos.*

Huc

*Huc ferimur: via rara patet, tenuesq; recessus:*
*Non faciunt curæ casſis & hasta mea.*
*Sit mihi ſit mites inter ceciniſſe puellas,*
*Has mihi gens iudex, hac mihi lector erit.*
*Hinc veniat laurus: ſatis hac victoria nobis.*
*Militiæ maneat terminus ille meæ.*
*Ah quoties, inter tunicasq; leuesq; papillas,*
*In gremio noſtrum territa condet opus.*
*Ah quoties, paruum leuiter demiſſa libellum*
*Matris in adventum nolet habere ſuæ.*
*Non tamen ut vaſto nequeam dare lintea vento:*
*Aut mea ſub duro pondere cymba gemat.*
*Iam mihi Burdenos mens eſt deducere Diuos*
*Altius, & vultus Ruppia ſancta tuos.*
*Quæ tibi nam certet rapidi Lucretia fati,*
*Penelopeve animos oppoſuiſſe ſuos?*
*Ruppia ter felix animi, tibi maximus ille,*
*Sub Latio ardentem dum Ioue verſat equum,*
*Neſcius adverſo ferus ille occumbere ferro,*
*Succubuit lachrymis aurea Nympha tuis.*
*Succubuit placidisq; genis, teneroq; pudori,*
*Tantaq; tam paruus pectora flexit Amor.*
*Hinc Iuliades noſtro ſe miſcuit orbi,*
*Et vacuam vaſto lumine cinxit humum.*
*Dignior illuſtres inter radiare Quirites:*
*Haud capiunt tantos ſecula noſtra Deos.*
*O anima, o Divûm genus, Hunniadumq; nepotes,*
*Quaſſaq; fortuna fulmine vaſta domus,*
*Scaligerum genus, o immenſi Cæſaris umbra,*
*Hinc mihi ſint curæ ſemina prima meæ.*
*Iam mihi mens circum trepidis ſubſultat anhela*
*Motibus, & lucem concipit icta tuam,*
*Scintillasq; Deûm: dubioq; offunditur æſtu,*
*Et rapiunt ſteriles numina tanta manus.*
*Liuor abi: rege vela pater, miſerêre poetæ*
*Iuliade: vates regia turba ſumus.*





## ELEG. II.

### Ad Paulum Choartum Buzanvallium, Gallorum Regis Legatum.

*Effigies regis certissima, regis imago,*
*Qui Batauis regem dasq; negasq; suum.*
*Linguaq; , corq; ingens, & magni dextera regni,*
*Gallia quo nobis praeside iuncta fuit:*
*Te dare sublimes animi properamus in ausus,*
*Et subeunt laudes pectora nostra tua.*
*Gloria diuinos trahit in sua carmina vates:*
*Vatibus haec demas praemia, nullus erit.*
*Te tamen ( o fati series inopina sinistri! )*
*Diuidet a Batauis ventus & vnda tuis.*
*Et patrium nostro mutabis littore Gallum,*
*Et reliquum nobis nil nisi luctus erit.*
*Nos anima, populiq; tui, tua cura, poëta,*
*Te sine cassa suo vertice turba sumus.*
*Ah dolor, & Musa pariter referuntur eodem,*
*Et mea cura tuum, me sine, currit iter.*
*Heinsius hic Musis vacuus simul esse tuisq;*
*Cogitur, & Batauam cernere solus humum.*
*Nauita crudelis, crudelis nauita, puppim*
*Siste: caret numero saeua carina suo.*
*Flecte ratem Choarte: tuam decet Heinsius alnum,*
*Ille tua puppi non graue pondus erit.*
*Se pariter, pariterq; suas feret ille Camenas.*
*Si precium poscas donaq;: carmen habet.*
*Dulcius hoc nihil est, Superos testamur, & illum*
*Qui male turbatas numine sistit aquas.*
*Quis sibi non blandum comitem velit esse poetam?*
*Oceani faciles gens habet illa Deos.*
*Id quoq; si nescis, genus impetrabile vatum est;*
*Carminibus cedent aequora victa meis.*
*Ipse pater Nereus quoties perlabitur vndas,*
*Caeruleas Triton carmine sistit aquas.*
*Heinsius & Triton pariter cantabit in vndis:*

Nere-

*Nereidum laudes hic canet, ille tuas.*
*Caruleus conchâ Triton canet, Heinsius ore:*
*Excipient auida carmina nostra Dea.*
*Turbaq́ blandarum circumfluet aqua Sororum:*
*Lusibus accedent pontus & aura meis.*
*Ipse pater mites Zephyrus descendet in vndas,*
*Et facilis puppim diriget aura tuam.*
*AEolus inuitas submittet vatibus aures:*
*Carminibus tanti panditur aula Dei.*
*Carminibus, deducta suis naualibus Argo*
*Prima per inuitas missa cucurrit aquas.*
*Quod manus Heroum nequijt, quod Achaïa virtus,*
*Threïcius vates qui dare posset erat.*
*Sim licet aduersis medius deprensus in vndis,*
*Sauaq́ concurrant aquora, tutus ero.*
*Delphines tremulis perrepent aquora caudis,*
*Meq́ volent tergo sustinuisse suo.*
*Dumq́ vehar, dulces percurram carmine chordas,*
*Ipsaq́ qua condam carmina, naulus erunt.*
*Viuaq́ tum mihi puppis erit (quis credat?) Arion*
*Vatibus ignotas non sinit esse vias.*
*Si nequeant homines, venient ad carmina pisces,*
*Pramiaq́ in medijs inueniemus aquis.*
*Cura Deûm Choarte sumus, gens sacra poëta,*
*Gens pia, gens hilares ducere nata dies.*
*Ordine te longo famuli comitantur euntem,*
*Densaq́ per populos regnaq́ pompa vehit.*
*Heinsiada dulces placidaq́ tu carmine Musa*
*Ingenij sacras turba ministrat opes.*
*Diuitijs his tutus agit: sola illa supellex*
*Heinsiada vacuam non sinit esse domum.*

## ELEG. III.

### Ad Amicam.

*O Bijcitur toties a te mea forma Nerine!*
*Nec breuitas votis conuenit ista tuis.*
*Improba, si nescis, Veneris decet illa poëtam.*

*Et sequitur paruos gratia blanda viros,*
*Lætaq; mobilitas, agilesq; in corpore vires.*
*Hanc Venus in nato diligit ipsa suo.*
*Et puer est & paruus Amor: duce maior abesto:*
*Et procul a castris sit Cytherea tuis.*
*Quis duce maiorem proprio velit esse poëtam?*
*Dissimilis tanto quis velit esse Deo?*
*Heu nimio blandam pudor est onerare puellam*
*Pondere, cum vastum languida gestat onus.*
*Paruus ego dulces iaceam diffusus in vlnas:*
*Nec veniam gremio sarcina magna tuo.*
*Sed gracilis, sed mole carens, agilisq; leuisq;:*
*Nec nimium rigidas esse querere manus.*
*Si libet optatos thalamo deducere lusus,*
*Pars ego sum lecti parua futura tui.*
*Altera pars nostro satis est si detur amori,*
*Lusibus vt pateat quantulacunq; meis.*
*Vel minimum nobis satis est: mirabere certè,*
*Officium quoties experiere meum.*
*Officium, mea Vita, meum: quam paruus amator,*
*Molliter in vultus serpat, & ora petat,*
*Osculaq; infigat, sed non oneran ia vultum,*
*Nec nimium collo dura futura tuo.*
*Deprimit exilem nimium grauis aura carinam:*
*Degrauat inualidas sarcina vasta manus.*
*Et iuga detrectat nimium cogentia taurus:*
*Obruitur valido parua puella viro.*
*Sit procul a nobis grauitas onerosa, nec vnquam*
*In thalamum veniat fœmina vasta meum.*
*Dis onus est illi, grauior cui ducitur uxor:*
*Proq; suis tantum coniuge pondus habet.*
*Enceladò moles erit hæc, validoq; Typhœo:*
*Nos habilis vates blandaq; turba sumus.*
*Tu quoq; quid dubitas similem tibi ferre maritum,*
*Ne subeas oneri blanda puella tuo?*
*Quantus eras Polypheme? tamen Galatea refugit:*
*Paruus, at in gremio qui foret, Acis erat.*
*Illa Gigantæas decuerunt corpora mentes,*
*Ardua queis cæli semita, cura fuit.*

*Non*

*Non mihi cælestes mens est irrumpere sedes:*
*In thalamum restat sed via sola tuum.*
*In thalamum, mea Vita, tuum: non fratribus illhuc*
*Terrigenis, paruo sed datur ire viro.*
*Ah pudor, amborum spacium si possidet alter:*
*Ah spacium dominæ surripit ille suæ,*
*Ah nimium grauis ille suæ est: partemq́; duorum,*
*Pondere sublimi corporis, vnus habet.*
*Aspice me paruo gaudentem carminis ausu:*
*Et similem dices lusibus esse meis.*
*Si breuitas maior, plus est quoq́; mentis in illis:*
*Verbaq́; si fuerint plurima, pauca iuuant.*
*Mens leuis est nobis, corpus leue: carmina ab illis*
*Proueniunt, domino non grauiora suo.*
*Mi placeat coniux breuis, & breue carmen ab illa:*
*Hæc genio nostro conuenit, illa thoro.*

## ELEG. IV.

### Ad Pet. Hondium.

*QVi Veneris blandos poterit contemnere vates*
*Heu nimium dulces non amat ille viros.*
*Ferreus est gentem quisquis non diligit illam,*
*Nullaq́; pacata femina mentis habet.*
*Non leuis ambitio, non nos malesana cupido:*
*Non scelerum cæcus pectora torquet amor.*
*Sed placidi mores, teneraq́; in carmina vires,*
*Et precium genti Calliopea suæ.*
*Priscaq́; Saturni gens, & pietatis imago,*
*Relliquiæ Diuûm iustaq́; cura sumus.*
*Miramur placido ridentes ore puellas:*
*Materies operi conuenit illa suo.*
*Miramur teretesque genas, miramur ocellos:*
*Dirigit & cursus blanda puella suos.*
*Nauita turbatus geminam circumspicit Arcton,*
*Et duce desertam sidere quærit humum.*
*Nos leue fulgentes dubij sectamur ocellos:*
*Expediunt fluctus sidera bina meos.*

Quod scelus est dulcem, Superi, spectare puellam?
Hæc Helice nobis, hæc Cynosura mea est.
Hanc mihi si demas, medijs iactabor in vndis:
Naufragus hanc, Hondi, si mihi tollis, ero.
Te quoq; Pieridesque meæ, Cythereaq; mater,
Et tenui dulcis flamine vectat amor,
Basiaq; haud metuis lepidæ formosa puellæ:
Et sequitur curas aurea Musa tuas.
Per Superos rogo te, per dulcia numina vatum,
Basiaq; hesterno quæ tibi rapta die,
Anne putas quicquam tenero magis esse poetâ
Dulce, vel ingenio dignius esse tuo?
Testis erit mitì subridens Putschius ore,
Putschius, antiquæ simplicitatis amans.
Puraq; mens nobis, niueum pectusq; manusq; est:
Et leuiter placidos cernimus ire dies.
Exulat e tota fraus improba mente, nec vsquam
Pallidus in toto pectore liuor agit.
Accedant comites, Phœbëia turba, libelli,
Voce carens omni, garrula turba tamen.
Spesque leuem semper placido fouet omine mentem,
Et leuibus votis credula turba sumus.
Mox vbi mors dulces subeuns dissoluit amores,
Blandaq; supremus corpora somnus habet,
Excipit arridens teneram Venus aurea mentem,
In gremioq; animam colligit illa suo,
Deliciasq; suas, tepidosq; instillat odores,
Agminaq; in tenuem dulcia mutat auem.
Qua leuibus pascit sese lachrymisq; iocisq;,
Queis male pacatus semper abundat amor.
Inque oculis nidosque suos roseisque labellis
Figit, & aucta leui flumine roris agit.
Improba barbaries tumulum calcamus & vmbras:
Dispereat totum quem sibi poscit humus.
Me mea mens leuat: o Superi, date mollia fati
Tempora, ne terræ sit mihi cura mea.

ELEG.

## ELEG. V.

### Ad Hesperum.

*HEspere qui blandæ Veneris fax aurea curæ,*
*Agmina pacatæ mollia noctis agis.*
*Inter tot croceo fulgentes lumine Diuos,*
*Qui tremulo circum fulgure castra moues:*
*Solus ab Auroræ thalamis, licet alter & idem,*
*Exoriens, dubium non sinis esse diem.*
*Hespere, qui læto prosultans molliter ore*
*Lenis amatorum mitia corda feris.*
*Hespere, cui Venus aurati per cærula campi,*
*Munera, mutato nomine, bina dedit.*
*Qui tot basia lenta, tot & suspiria, totq;*
*Semina nequitiæ liberiora vides.*
*Hespere, cui toties trepidis suspensa labellis*
*Blanda puellarum pectora vota ferunt,*
*Cum leuibus primum tepuit mens nescia curis,*
*Primaq; demisso lumine gutta cadit.*
*Rosque leuis mæstos perrepens gurgite vultus*
*Signa labascentis mollia mentis habet.*
*Hespere, qui blandos foribus specularis amores,*
*Aurea nocturno tempore regna tenens.*
*Dux choreæ, Venerisq; genus, quo præside furtim*
*Mitia lasciuus fœdera nectit amor.*
*Quem comitem Venus, & curæ leuioris alumnum*
*Præposuit thalamis, cùm parat arma, suis.*
*Blande susurrorum genitor, te, noctis ocelle,*
*Garrula festiuo murmure Cypris alit.*
*Te blandi gemitus, tepidiq; innata labellis.*
*Gaudia, te iuuenum mollia furta virûm,*
*Et tacitus rubor, & tremulis mens victa papillis,*
*Sertaq; sub faciles florea missa fores.*
*Scilicet excubias roseæ stationibus aulæ,*
*Peruigil, æterno lumine functus, agis.*
*Eurybate falsæ redeuntis imagine lunæ,*
*Censor amatorum candide, lychne Deûm.*

*Pronube ludentum mediâ de nocte sororum,*
*Quas vigor, & chorea, curaq́; noctis, habet.*
*Hespere rex, tibi materno de pectore virgo*
*Dulcia, iam prono sidere, bella pauet.*
*Hespere te subeunte leues demittit ocellos,*
*Mœstaq́; gaudentis pectora pungit Hymen.*
*Hespere, quem multo gemitu, lachrymisq́; decoris*
*Saucia iam primo fomite turba videt,*
*Quæ toties blandè prædata est perfida furto,*
*Et iuuenum placido lumine corda tulit.*
*Tum primo gemitu, tum primo pallida luctu*
*Concidit, inq́; viri prælia torua venit.*
*Hespere cui læta post tot suspiria mentis*
*Pallida, libatâ virgine, zona cadit.*
*O Pater, o, sic te lepido fulgore nitentem*
*Detineant flammis sidera parua suis:*
*Dij faciant nunquam sis Lucifer, Hespere, ni erat*
*Luceat in gremio ter mea Rossa meo.*

## ELEG. VI.

### Ad Ianum Dousam, de copiâ poëtarum.

FAllitur hoc rares quisquis putat esse poëtas
*Tempore: gens nunquam crebrior vlla fuit.*
*Dousa, tuas testor, communia numina, Diuas,*
*Ingenium testor, maxime Dousa, tuum,*
*Ausibus obruimur, nimioq́; offundimur æstu,*
*Et rapidos vates angulus omnis habet.*
*Vixq́; locus nobis, nisi iam properemus & ipsi,*
*In medijs Phœbi sedibus vllus erit:*
*Parua loquor: sedes dubius sibi quærit Apollo,*
*Et Bauius collem, quem solet ille, tenet.*
*Non ita Myrmidonum subita pater agmina turba*
*Æacus, in viridem serpere vidit humum.*
*Non ita vesano nebulæ densantur ab Austro,*
*Hippotades populos cùm sinit ire suos.*
*Sæpe equidem dulces puduit coluisse Camœnas,*
*Et faciles Musis applicuisse manus,*

*Sed*

*Sed tamen & grato tribuli nascuntur in agro,*
*Et sterilis partes possidet herba suas:*
*Sed tamen & vana segetem comitantur arista,*
*Et comes it iuncto mobilis umbra viro.*
*Sic tuus ingentes patria se tollit in ausus,*
*Et Tragoras Dousa munia vanus agit.*
*Virtutem decet umbra suam: per inania rerum,*
*Altaq; Blennorum somnia, victor abi.*
*Nos modo deductos lepidi sectamur amores:*
*Nec facit ad tantos pagina nostra viros,*
*Sed leuibus mites elegis decurrimus vndas:*
*Et prait ingenio blanda puella meo.*
*Et tamen, ( O tuto quàm non licet esse poëta !)*
*Iam quoq; riuales res habet illa sues.*
*Atque aliquis nostros calamo prauertere lusus,*
*Et bene vix natum carpere gestit opus.*
*O Superi, quantum est tenuem deducere versum,*
*Et placide lenes carminis ire pedes!*
*Diuitijs his gaudet amor: spectate poëta,*
*Parturit in fraudem quos Cytherea suam,*
*Simplicitas mihi cura mea est, tenuesq; lepores,*
*Verbaq; ridenti mollia dictat Amor,*
*Mensque leuis paruas sequitur velut ebria curas:*
*Et reuocat faciles in sua verba manus.*
*Tu modo Musarum decus & tutela mearum,*
*Flecte leuis vultus ad mea sacra tuos.*
*Sic patrij Heroes domito gens aspera ponto*
*Materiam ceptis prabeat vna tuis.*
*Sic valido victus genio se torqueat Hispo,*
*Et tremat ad nutus barbara turba tuos.*
*Dirige lubentes tenui, pater, agmine Musas,*
*Et tenerum tanto iudice surgat opus.*
*Maxime Dousa faue: nec enim nouus hospes in illo es;*
*Et fuit in lusus fertilis Ida tuos.*
*Nos quoq; qui miti Veneris deducimur aurâ,*
*Quosq; leuis solito turbine versat Amor,*
*Forsitan ardentes Batauûm surgemus in ausus:*
*Nunc peragat partes blanda iuuenta suas.*

## ELEG. VII.

### In natalem Iosephi Scaligeri.

*PRospera lux oritur sacris celeberrima nostris,*
*Candida, sub fastos quae venit vna meos.*
*Illane lux haec est? an me rapit irritus ardor,*
*Et dubius frustra turbinis instar eo?*
*Sic erat: O date vina dea, faciliq́ue decore*
*Impediat crines lanea vitta meos.*
*Vitta comas, niueusque humeros circundet amictus,*
*Castaq́ue ter circum tempora laurus eat.*
*Ara que nectatur, variosque exundet odores,*
*Et genio pingui stipite cedat honor.*
*Magna dies, tibi serta damus, tibi thura meruméq́ue:*
*Soluimus auspicijs omnia fausta tuis.*
*Luce tua primum primum processit in auras*
*Et gelidam pressit Caesare natus humum.*
*Sacra dies, ter festa dies: tibi sistimus aras,*
*Haustaq́ue de cyathis annua vina suis.*
*Constitit amplectens tenerum pia Ruppia natum,*
*Et lepidum blando lumine vidit onus.*
*Iuliades tacuit teneras diffusus in vlnas,*
*Et digitis totum tollere quinq́ue fuit.*
*Ipse pater rerum demisit ad oscula vultum*
*Caesar, & inuitus basia bina dedit.*
*Ille decus rerum placidus arrisit ocellus:*
*Et leuiter somno brachia victa dedit.*
*Magne pater gaudo: veterum res tota Quiritum,*
*Nataq́ue cum nato Graecia tota tuo est.*
*Paruulus auratas hic qui tibi porrigit vlnas,*
*Inq́ue tuo serpit pectore, cura Deûm est.*
*Sacra dies: dulces hodie nascuntur Athenae:*
*Sacra dies: tollit Martia Roma caput.*
*Omnia (quis credat?) puero nascuntur in vno:*
*Ipsaq́ue cum doceat tempora, tempus erit.*
*Ah quoties paruum genetrix dum cernit alumnum,*
*Nate, meo dignus Caesare, dixit, eris.*

*Scilicet*

*Scilicet agnosco patrij vestigia vultus:*
*Et nimium similes his habet ille manus.*
*Dij faciant atauosq; tuos imitere patresq;:*
*Excipiunt laudes nomina quanta tuas!*
*Basiaq; his dictis tepido superingerit ore,*
*Et lachrymis sancit dulcia verba suis.*
*Ille suæ matris teneris innixus ocellis,*
*Molliter in vultus serpit, & ora petit.*
*Et modo subsultatq; sinu, tenuiq; susurro,*
*Et dubio vix iam murmure dicit, Aue.*
*Mater ouans nequit expleri, teretesq; lacertos,*
*Dulciaq; hæredis conspicit ora sui.*
*Pomaque largitur: stupet ille, & præmia patri*
*Monstrat, & exiguo munere diues abit.*
*Ipse suum miratur opus, cum turbinis orbem,*
*Et scutica tortum feruidus vrget acer.*
*HEV Superi, dulces pueri dimittimus annos!*
*Optimaq; ætatis tempora lusus habet!*
*Iuliada tum cura fuit, componere aceruum*
*Pulueris, & paruum texere fronde larem.*
*Qui modò palantes animum demisit in orbes?*
*Sideraq; ingenio vix videt æqua suo.*
*Sæpe domum nectit leuibus penetralia muscis,*
*Et gerit in gremio stramina pauca suo.*
*Cunctaq; miratur: volucrem si forte cicadam*
*Prauenit aut gryllum; iam sibi fila parat.*
*Iam salit huc illhuc, sequiturq;, fugitq;, tenetq;,*
*Exuperatque animo gaudia cuncta suo.*
*Ah quoties altas turbauit murmure curas*
*Patris, & inceptum sistere fecit opus.*
*Quam procul hinc dolor omnis erat, fucusq; dolusq;,*
*Et nimium forti mens onerosa suæ.*
*CVRA suos æquis comitatur passibus annos:*
*Paucaq; qui viuit tempora, pauca gemit.*
*Quid mihi cum curâ est? date vina, facessite sacris*
*Tristia: festiuo soluimus illa Deo.*
*Ille Deus nullos admittit sanguinis vsus:*
*Sanguine placari non amat ille Deus;*
*Sed cythisisq;, thymisq;, sed aut mites hyacinthos,*

*Lacq; nouum, fessas aut amat ille dapes.*
*Terraq; bis circum viridi cum cespite surgat:*
*Castaque ter lympha virgine roret humus.*
*Dulcis Io, ter dulcis Io lux, aurea cœli*
*Sidera, gens sacris non aliena meis.*
*Sidera, quæ primùm facili trepidantia vultu*
*Vidistis tenerum serpere Iuliadem.*
*Turba leuis cœli, croceo quæ luditis igne,*
*Heinsius ad festum vos iubet ire suum.*
*Omnia sint operata meis hac luce Camœnis,*
*Omnia tam sancto sint operata Deo.*
*Iuliadem dedit, & cunctas dedit ille Camœnas,*
*Pectore nam nostras possidet ille deas.*
*Tu modò dux vitæ, placidèq; abeuntis origo*
*Temporis, inque epulas & mea sacra veni.*
*Sæpius hæc nos sacra vocent, modo semper, adoro,*
*Lætius, & voti sit tibi cura mei.*

## ELEG. VIII.

### Ad Nic. Heinsium e Gallia reducem.

*Ergone tam dulces potuisti linquere terras,*
*In Batauosq;, Heinsi, nostraque regna venis?*
*Hactenus in nostris potuisti hærere pruinis,*
*Nec tua mitis adhuc pectora flexit amor?*
*Liuia iam mœstis lachrymam destillat ocellis,*
*Et queritur fluxam sola relicta fidem.*
*Dinumerat cunctas miseranda ex ordine noctes,*
*Dinumerat cunctos sola relicta dies.*
*Forsitan & pontum lachrymans prospectat & vndas,*
*Quotque videt puppes, tot putat esse tuas.*
*Et modò crudeles causatur nescia ventos:*
*Et modò turbatas nescia culpat aquas.*
*Et modò de Batauis scrutatur multa puellis:*
*Scilicet an placidas gens ferat illa deas.*
*Et timet infelix, alio ne saucius igne,*
*In Batauis certos fixerit ille Lares.*
*Blanda Venus, quantis iactatur pallida curis!*

*Blanda Venus, quantum pectora versat Amor!*
*Et modo rumores populi scrutatur, & horret,*
*Perfidiaque omnes arguit illa viros.*
*Ah quoties ventos inquirit, & aëra captans*
*Num faueat votis consulit aura suis.*
*Tu procul horrentem percurris frigore Rhenum,*
*Et nimio vinctas flamine tundis aquas.*
*Hic vbi turba leuis tenerûm glomeratur amantum,*
*Et sequitur faciles iuncta puella viros.*
*Hei mihi, si nescis, mediâ Venus errat in vndâ,*
*Materies culpæ quot dabit illa tuæ!*
*Aspicies dulces celeri pede currere Nymphas,*
*Et cupies placidas iungere posse manus.*
*Ah miser, ah hic dum pedibus talaria nectes,*
*Officij precium, basia bina feres.*
*Interea longas queritur tua Liuia noctes,*
*Et nimium tardos currere solis equos.*
*Scilicet ignorat Batauas tua Liuia lymphas:*
*Vt Venus in medijs aurea regnet aquis.*
*Ah tibi cor circum glacies tenet: ah tibi pectus*
*Quæ Batauûm vinxit flumina, vinxit hyems.*
*Ferree, si te nec lachrymæ tenuêre, nec illa*
*Brachia, quæ collo succubuêre tuo.*
*Ferree, si te nec gemitus, tristesque susurri,*
*Quaque suos poterant tangere verba Deos,*
*Cùm male turbato nimijs singultibus ore*
*Defuit in voces vltima lingua suas.*
*Cùm tibi pro verbis tepido modo basia vultu*
*Soluit, in amplexus tota soluta tuos.*
*Languida cum mœstos genitrix vix sisteret imbres,*
*Adderet &: reducem iam feret ille pedem.*
*Ille pedem referet? mediâ qui fixus in aulâ*
*Nassouiosque enses, & vaga signa gerit.*
*Iupiter! vt cuncti potius pereatis amantes,*
*Quam lachrymas fundat vna puella suas.*
*Scilicet hic ardes patrios reparare triumphos,*
*Vtque tibi victus cedere discat Iber.*
*Interea blandus Veneris languescat vt ardor,*
*Eque tuo dulcis pectore cedat Amor.*

*Falleris: ardentem sequitur Venus aurea Martem:*
*Ah nimium Martem diligit illa suum.*
*Illa solet vastas vlcisci militis iras,*
*Quique parat victor lædere, victus abit.*
*Di faciant, densum quoties prorumpis in agmen,*
*Hic subeant oculi, Liuia pulchra, tui.*
*Hic lachrymæ subeant, & inania basia, voxque;*
*Hic subeant agiles in tua colla manus.*
*Hic subeat, qualis lepidos cùm flexit ocellos,*
*Corda tibi primus mollia fixit amor.*
*Ah miser, ah cedes placido summissus amori,*
*Et fluet e digitis ensis & hasta tuis.*
*Nec poteris fieras pauidus versare cateruas,*
*Nec poterunt faciles, vt prius, ire manus.*
*Protenus occurret tua Gallia, spesque fidesque:*
*Nec tibi quid vocis, nec tibi mentis erit.*
*I licet, ardentem galea circundare vultum,*
*Terribilisque alto vertice surgat apex.*
*Cristaque turbato circum tremat horrida vento,*
*Et subeat nutus tota Medusa tuos;*
*Paruus Amor iuncto sua fert vestigia passu,*
*Et sequitur gressus, vt leuis vmbra, tuos.*
*Nos, Veneris pia turba, leues sectemur amores:*
*Et gremium dominæ sint mihi castra meæ.*
*Hic ego versatos contemnam fortiter enses,*
*Cunctaque quæ fuerint spicula missa, feram.*
*Diua Venus, Venerisque leues faueatis Amores:*
*Hæc series vitæ tota futura mea est.*
*Osculaque, & mites obliquo lumine risus:*
*Inuideant somnis classica rauca tuis.*
*Me volucrum leues suadebit inire sopores*
*Murmur, & in viridem serpere coget humum.*
*Rura colam, Rossæque genas: sic alter, & alter*
*Heinsius arma feret, Heinsius arua feret.*

## ELEG. IX.

*HEi mihi fatorum series inopina meorum:*
*Hei mihi fortunæ tempora læua meæ.*

*Parcaque*

Parcaque crudelis veteres deducere casus,
Et nimium vitæ sæua nouerca meæ.
Vix bene iam primam poteram distinguere vocem,
Vix puer, infelix, & tamen exul eram.
Languida me mæstu genitrix gestabat in vlnis,
Iunctaque cum lachrymis basia mille dabat.
Sæpius ignaro subrisi molliter ore,
Nec potui fati conscius esse mei.
Linquere tum dulces patriæ vix natus arenas,
Et proauas sedes, & mea tecta, tuli.
Nec tamen ingemui, Superi, neque lumina verti,
Nec fuerat patriæ tum mihi cura meæ.
Ah nimium simplex medio mens læta dolore
Risit, & in lusus sæpe soluta fuit.
O patria! o domus! o magni incunabula Gandæ
Cæsaris! o oculis obuia prima meis,
Cum puer infelix gelidas productus in auras,
In patriâ cepi serpere paruus humo.
Diua parens, testor virides, tua numina, Nymphas,
Graminaque, & fontes Flandria nostra tuos,
Te quoque qui dulces perfundens gurgite campos,
Liza leuis, viridem flumine tingis humum,
Syluarumque Deos, & nostræ numina terræ,
Et Genium testor, terra paterna, tuum,
Absuit a nobis scelus, & temerarius error:
Nec fuit hac meritis pœna reperta meis.
Sæuus Iber blandos mutauit sanguine fontes:
Et patriam munus linquere posse fuit.
Exilium placuit, placuit dolor omnibus idem:
Pœnaque quam pœna gratior autor erat.
Cum patriâ linquendus erat quem fugimus hostem,
Sæuior hic, & non gratior illa fuit.
Quid facerem? tellus, patriįque ignoscite Diui,
Nil mihi cum monstris, vltima terra, tuis.
Flandriaci mites, placidæ modò pacis alumni,
Candidaque, & noxis gens aliena sumus.
Solus Iber sæuo nutritur sanguinis haustu:
Hoc veteris Bacchi muneris instar habet.
Quodque latet sub corde nefas, exundat in ore,

*Et facies atras mens magis atra gerit.*
*Liquimus immanem Siculâ fuligine gentem:*
*Liquimus aspectum, barbara turba, tuum.*
*Merge ratem Cyclops: patiens exultat Vlysses.*
*Et Siculos fratres, & tua regna moue.*
*Portus habet: dites Batauûm peruenimus oras,*
*Hic quoque, si fas est, cognitus exul ero.*
*Hic etiam castis deuouimus ocia curis,*
*Graiaque gens oculos detinuere meos.*
*Pene fuit tanti patrijs decedere terris.*
*Exilij sic est pœna redempta mei.*
*Ne tamen, o si quid pietas mereatur amorque,*
*Pœniteat nati, maxima Ganda, tui.*
*Sunt mihi, quas possint alij sperare, Camœnæ.*
*Si dubitas, natus Cæsare testis erit.*
*Vt tamen optata renouentur dulcia pacis*
*Tempora, Marsque suum ferreus obdat opus,*
*Non mihi ciuiles mens sit componere curas,*
*Nec repetam leges Martia Roma tuas.*
*Heinsius antiquum procul hinc secedet in agrum,*
*Heinsius optata saecula pacis aget.*
*Cumque suis blandè confundet tempora Musis,*
*Et patrios fines, & sua rura colet.*
*Hic taciti lentis voluentur cursibus anni:*
*Nouerit & vatem Flandria sola suum.*
*Rossa comes tantum faciles spirabit amores:*
*Blanda voluptatis pars erit illa mea.*
*Illa mihi noctis tacitas sermonibus horas,*
*Et nimium tardos non finet esse dies.*
*Interea surgent gens dulcis ad oscula nati,*
*Circuet & paruam garrula turba domum.*
*Forsan & Heinsiades patrias tener ibit in vlnas,*
*Dulcis in amplexus se dabit ille meos.*
*Ille suos blaeso narrabit murmure lusus,*
*Viuidus ante oculos se feret ille meos.*
*Ah quoties Rossæ teneras se fundet in vlnas,*
*Lætaque conspecto pignore mater erit.*
*Scilicet & nimium puero gaudebit in vno*
*Esse suos oculos dum videt, esse meos.*

Si,

*Sic iterum blandè nostrûm reuirescet vterque,*
*Parsque mei, Rossa pars erit illa mea.*
*Rusque sua paruos ditabit fruge Penates,*
*Nec veniet domino messis iniqua suo.*
*Ipsaque terra suum venerabitur aurea vatem:*
*Et gremio iustas vbere fundet opes.*
*Dulcis aberrantes deducet Tityrus agnas,*
*Graminaque emissas in sua coget oues.*
*Hic ego securus tranquilla per ocia rerum,*
*Excipiam studijs tempora digna meis.*
*Aspiciam lenes trepidare inglorius vmbras:*
*Aspiciam tremulas edere murmur aquas.*
*Scilicet haud illos abrumpent munera somnos*
*Publica: nec curis hic locus vllus erit.*
*Nunciet interea tenerum venisse poetam,*
*E Batauo gaudens littore Rossa mihi;*
*Exiliam, blandasque ferar diffusus in vlnas:*
*Ille mihi dulcis protenus hospes erit.*
*Rossa focum tenuemque suo struet ordine mensam,*
*Et faciles epulas, blandaque vina feret.*
*Illa dapes dulces riguo depromet ab horto,*
*Perque suam nimium sedula curret humum,*
*Et leuiter primis stillantes roribus vuas*
*Addet, & e calathis mitia mala suis.*
*Cornaque, diuitiasque sui donabit agelli,*
*Et veteres puræ simplicitatis opes.*
*Forsan & occumbet mediâ tener agnus in herba,*
*Et patriam tinget sanguine pinguis humum.*
*Sed tamen accedent hilares ante omnia vultus:*
*Heinsius hæc secum munera semper habet.*
*Sed tamen & lenis placidè spumabit Iacchus:*
*Ille solet mentis soluere vincla meæ.*
*Ille solet mites animis infundere motus,*
*Et leuiter curas mergere posse meas.*
*Hic ego cum dulces placide ferar inter amicos,*
*Curret ad optatos aurea Musa pedes.*
*Sponte sua lenis facili fluet agmine versus,*
*Et repetent numeros mollia verba suos.*
*Ah miser, ah frustra patria dulcissima terra,*

Et

*Et patria reuocas tecta laresque tua.*
*Quæ tuis infelix? nimios via diuidit ausus:*
*Quo tibi non, vot is sed licet ire tuis.*

## ELEG. X.

### Ad Petrum Scriuerium.

*ILle ego, qui vestras deduxi carmine tædas,*
*Ominaque inceptis & bona verba dedi.*
*Ille ego, cui risit toties Cythereïa mater,*
*Et puero comitem quem dedit esse suo.*
*Qui tibi felices optabam nescius ignes,*
*Venit in amplexus cum tua Vita tuos,*
*Cogor ad antiquas iterum decurrere Diuas,*
*Inque meos lusus, priscaque sacra feror.*
*At male promissi nimium meminisse videris:*
*Poscitur ante suum nostra Camœna diem.*
*Pactus eras mecum (tenera meminere sorores)*
*Scriuerium quam non res decet illa meum!*
*Pactus eras mecum, genito nisi carmina nato*
*Quæ canerem, canerem carmina nulla tibi.*
*Tempus adest, dulces trahor ad mea numina Musas,*
*At mea qui meruit carmina, natus abest.*
*Ah leuius quanto solitum mihi fundere versum,*
*Scriuerio natum quam dare posse suum.*
*Ah pudor, ah qui se toties probat esse poetam,*
*Ah pudor, ah nondum se probat esse virum.*
*Quid tibi vis Cytherea tamen? tua cura poetæ*
*Scilicet, & ciues & tua turba sumus.*
*Forsitan & molles qui iam canit Heinsius ignes,*
*In tua si veniat munia, nullus erit.*
*Ah pereant potius teneræ cum carmine Musæ,*
*Destituat vates quam Cytherea suos.*
*Forsitan & talis fuerat meus ille Catullus,*
*Fundere quem totum Lesbia iussit opus.*
*Battiadeque suo toties deduxit amores*
*Qui similes, similem non dedit ille sui.*
*Scilicet, o fasso faciles ignoscite Musæ,*

Garrula

*Garrula gens, tantum dicere nata sumus.*
*Fallor, & hoc crimen rapidi diffundite venti,*
*Et maris insanas hinc eat inter aquas.*
*Dum loquor, optato visa est Cythereïa vultu,*
*Faustaque cantanti prospera signa dedit.*
*Dum loquor, arguti strepitum geminastis Amores,*
*Subsilijtque oculus post sua verba meus.*
*Subsilijt: nullum nec enim puto pondus in illo est:*
*Vt leuis est, omen sic leue mittit Amor.*
*Anna faue: cessas tenerum circundare collum?*
*Anna moras pergis nectere? mater eris.*
*Ah quoties vatem pariter pariterque maritum,*
*Votaque laudabis carminis, Anna, mei.*
*Ah quoties dices: verum fuit omen in illis?*
*Aut aliquid vates ominis instar habent.*
*Tu quoque qui frustra toties mea carmina poscis,*
*Conueniunt annis fortia facta tuis.*
*Est tibi quod possit sapiens sperare puella:*
*Nec caret auspicijs blanda iuuenta suis.*
*Ah pudor est, si quis medios stupet inter amores,*
*Nec precium vitæ quo tueatur habet.*
*Mutua vita data est: nemo hanc sine crimine seruat:*
*Nec sibi, sed nato cepit habere suo.*
*Interea nostrum tamen hæc testentur amorem:*
*Admoneant vires carmina nostra tuas.*

## ELEG. XI.

### De Iulio & Iosepho Scaligero: post morbum conscripta.

*ERgone sub tenebris & inani pulueris vmbra*
*Sustineas tacitum ducere vita diem?*
*Excute torpentes animi fa[illegible],*
*Inque vias dulces vis rediuiua veni.*
*Vita redit, mensque alta suo subducta dolori*
*Altius humano pectore quærit opus.*
*Lib[illegible]rades: tibi magne pater ficulnea primum*
*Impedijt crines molliter vmbra tuos,*

Primus

*Primus anhelanti venisti victor ab Indo:*
*Arma tibi primus mollia dempsit Atys.*
*Ipsa triumphales Cybele prospexit habenas,*
*Duxit & Euantes ad sua regna* Deos.
*Ipse Maron dulci Satyrûm deductus auena,*
*Rapta peregrina munera fixit humo.*
*Nysiacæque nurus, variaque in pectore matres,*
Euiaque *in festos agmina ducta choros.*
*Bacche Deûm rex in igne, tibi noua causa triumphi*
*Deriades vastam sanguine tinxit aquam.*
*Te sequor ardenti subuectus in aëra gyro,*
*Mensque triumphales parturit alta duces.*
*AEneadûm genus, & priscorum semina Diuûm,*
*Scaligerosque actos in noua bella Deos.*
*Et clades Veronæ tuas: quo Iulius altum*
*Præside Naturæ sollicitarit opus.*
*Vtque latebrarum dubias transmiserit oras,*
*Anfractusque soli, tergeminumque polum,*
*AEquaque cælitibus sibi vindicet, vtque Deorum*
*Pulset inexhaustus pectoris igne domos.*
*Vt* Superûm *solio, & Diuorum proximus orbi,*
*Mentis aberrantem lumine lustret humum.*
*Ossa virûm Cæsar, sublimi Pelion ausu:*
*Ausus in ardentes ætheris ire vias,*
*Meta hominum, Phœbi cor, vltima Martis imago:*
*Mars Italis: Gallis tota Minerua tuis.*
*Terrarumque anima, priscique iniuria sæcli:*
*Opprobrium prisci temporis, huius honos.*
*Te sequor, hostiles ardentem inuadere turmas,*
*Semiuirumque Deum, semideumque virum.*
*Surgit opus: Cytherea faue, licet alta peterrem,*
*Inque meis paruus nil sibi poscat Amor.*
*Alta vocant: mites aspira ingentibus auras:*
*Alter ab AEnea Iulius ille tuo est.*
*Dum furit exuuijsque virûm, & calcaribus aureis*
*Feruidus vndantem puluere versat equum.*
*Inque vicem sacram rationum fertur in artem,*
*Inque vicem versas sanguine sistit aquas.*
*Vtque labascentes proauûm instaurarit honores*

*Aurea,*

*Aurea, virtutis præmia, dona ferens,*
*Arserit & mistus ducibus bellare Latinis:*
*Barbaraque aduersâ presserit arma manu.*
*Phœbe domi, Bellona foris: spes maxima rerum,*
*Inque meos ausus & mea sacra veni.*
*Sterne viam, qua me Superorum in sedibus altis*
*Ille tui vastus numinis ardor agat.*
*Hic vbi Scaligerûm manus omnis, & omnis Iulî*
*Circuit auratas incola turba domos.*
*Da procul ardentes Heroum accedere turmas:*
*Atque atauos inter posse venire tuos.*
*Ipsa tibi sedes Hecate summisit Auernas,*
*Tartaraque horrendas explicuêre fores,*
*Errantesque animas pacato Cerberus ore*
*Sustinuit reducem sollicitare diem.*
*Ipsa nouem geminâ Diuûm Styx palluit vnda,*
*Imperio fasces cedere iussa tuo.*
*Hector & Antenor, Italis trabs vltima rebus,*
*Vasta petens calamo præmia, vasta manu.*
*AEtheria salue Pan mentis, o omnia salue,*
*Nescio quo tandem nomine digna tamen.*
*Pegase Naturæ, Pandora: ancyle Deorum,*
*E Supero lapsum limine, prosper ades.*
*Dum meus Heroos animus metitur honores,*
*Nec modò terrarum littora summa lego:*
*Sed feror, hybernâ qua me vehit impetus vnda,*
*Et procul horrentem gurgite terret humum.*
*Scilicet ignoscas Elegûm mitissima mater,*
*Transiliunt fines æquora nostra suos.*
*Victor Io, bellator Io: tua maximus heres,*
*Post tua succedens funera, regna tenet.*
*Ille reluctantem subiecit viribus orbem*
*Mentis, & ignaros conspicit ire viros,*
*Qua fluit e thalamo, & qua mœsto Cynthius ore*
*Fertur in amplexus, æquore nata, tuos.*
*Nullaque Scaligeras reuuens prouincia virgas*
*Ausit inæquales oppcsuisse manus.*
*Ille suis priscum concludit finibus annum,*
*Et iubet antiquos, vt prius, ire dies.*

*Seculaque æquæuos iterum deducit in orbes:*
*Vt solito certum limite tempus eat.*
*Æthiopum Pœnûmque vias: quo gaudeat ortu,*
*Signaque quæ felix ignea lustret Arabs.*
*Postque pererratos animi talaribus axes,*
*Altius vmbrosa pectora tollit humo,*
*Sideraque illustrat patrio fulgentia cœlo,*
*Inque polum vasta robore mentis abit.*
*Iuliade miserere soli, miserere tuorum,*
*Serus in occasum, lumine functus, abi.*
*Serius ardentem sublimi fulgure mundum,*
*Et Superas sedes, & tua regna pete.*
*Liuor abi, Diuoquesuos soluamus honores,*
*Et careant numero dulcia sacra suo.*
*Ne malus extructas oculus mihi fascinet aras,*
*Tristiaque occulto spicula felle ferat.*
*Sancte faue, sacrisque lubens assuesce tuorum,*
*Fœtaque sint flammis sidera parua tuis.*
*Incipe sublimes animis infundere motus:*
*Flaminaque a ceptis non aliena fuis.*
*Vos quoque Scaligerûm consortes sanguinis olim,*
*Indigetes cœli, regia turba, Dei,*
*Parcite Iuliadem Superis asscribere regnis:*
*Dum sat adhuc, terris quod dare possit, habet.*
*Tempus erit cum se gentili sistet olympo,*
*Debitaque irrumpet sidera mentis ope.*

## ELEG. XII.

### Nens Venus.

*NVper eram nostræ lepidæ conuiua puellæ:*
*Illa suum furtim iusserat ire domum.*
*Mater anus risit, meque vt conspexit in aula,*
*Virginibus, dixit, dux potes esse meis.*
*Dulcia virginea cingebant atria turba:*
*Nec facies, nec mens omnibus vna fuit.*
*Vnaque delicijs leuiter moderata iocisque,*
*Indicium lingua dulce fuere sui erant.*

Rossaq

*Rossaque ius reddit: iubet illa ex ordine Musam*
*Quaeque suam, blando munere functa, canat.*
*Caetera non memini: dominae meminisse necesse est:*
*Sic canit illa mihi: sic canit illa sibi.*
*Pulchra Venus nuper (res est dignissima vobis)*
*Duxit inops tremulâ mollia fila manu.*
*Pulchra Venus neuit: comes astitit aurea Pitho,*
*Quae Veneris curam, cum sedet illa, gerit.*
*Pasithee pronum librauit turbine fusum,*
*Instituitque habiles ad sua pensa manus,*
*Staminaque Euphrosyne tenui discriminat vngue,*
*Et tenerum moto pectine signat opus.*
*Ante alias sedet ipsa Venus, telaque coloque,*
*Seria vix tollens lumina, fixa manet.*
*Ipsa suum miratur opus: videt huc videt illuc:*
*Et studio blandas negligit illa dapes.*
*Et modò causatur tenues in stamina lanas:*
*Et modò non aequâ vellera pexa manu,*
*Aut nimium tardas comitum procedere dextras:*
*Et vitij quicquid repperit, ipsa sibi est.*
*Ah quoties tardam premeret cum nescia telam,*
*Abruptum nimio pondere cessit opus.*
*Ah teneris magis apta dolis, magis apta Dione es*
*Cuspide pallentes sollicitare viros.*
*Si pudor est, tristes alij transcribe labores,*
*Si pudor est, artes & tua sacra cole.*
*Quam male cum fuso teneri mutantur amores!*
*Proque tuo quondam munere fila tenes!*
*Assidet infelix posito miserabilis arcu,*
*Iussaque percurrit stamina paruus Amor.*
*Vix manet infelix, vix se dediscit in illis,*
*Et solita doctas flectit ab arte manus.*
*Saepe miser furtim proserpit, & ora parentis,*
*Blandaque transcendens limina, tutus abit.*
*Namque Deae leni nituntur cardine valuae,*
*Ianuaque absque vllo murmure tota patet,*
*Saepe vbi iam telis affixum crederet, ille*
*In choreasque suas furtaque versus erat.*
*Scilicet ignoscas puero mitissima mater:*

*Illa colus nato non satis apta tuo est.*
*Telaque non telas amat improbus ille: quid vrges?*
*Ah posito pensi pondere, liber eat.*
*Squallet Amor: squallent obducti vellere postes:*
*Totaque sub lana Cypridis aula latet.*
*Dum Dea net, cessant deserti fœdera mundi:*
*Totaque naturæ semina mœsta iacent.*
*Nullus Hymen matrum teneros solatur amores,*
*Paruaque conspiciens agmina ridet auus.*
*Non iuuenes teneris indulgent basia Nymphis:*
*Nec sua lasciuus præmia poscit amor.*
*Sylua feris, auibusque suis caret aureus æther,*
*Oceanus solas currere cernit aquas.*
*Interea mentem Tritonia discit Amorem:*
*Et Venerem munus sollicitare suum.*
*Discit, & vt stabat patrio contermina cœlo,*
*Vocibus his blandas tendit in ora manus.*
*Blande pater, nostras subijt Venus aurea curas,*
*Proque suo nostrum munere munus habet.*
*Num tibi surripuit frater tua fulmina Nereus?*
*Aegida num Phœbus, Mars tua tela gerit?*
*Quis Triuiam laudet, teneros si poscat amores,*
*Aut sua mutari si velit arua Ceres?*
*Leda tuam, Iuno speciem prædetur Iacchi:*
*Cornuaque amissa cuspide gestet Amor.*
*Quis ferat hoc? nostros sibi vindicat illa labores:*
*Quod fuerat nostri muneris, illa gerit,*
*Ipsaque iam Pallas Venus est: concedite Diui,*
*Et mihi sint arcus, & mihi cuspis erit.*
*Incipiam molles iuuenum versare medullas,*
*Inque puellari pectore fortis ero.*
*Dixerat: arrident Superi: fluit omnis ab alta*
*Ad Veneris blandas aurea turba domos.*
*Spectatum subiêre Dei: sedet improba rerum,*
*Staminibusque auidas applicat illa manus.*
*Vix strepitum sentit studijs affixa seueris,*
*Vix cupidos intus iam videt esse Deos.*
*Occupat ignaram leuibus Cyllenius alis,*
*Et Veneris blando murmure turbat opus.*

Pulchra

*Pulchra Venus texit lepido velamina Marti,*
*Solaque tam bello stamina digna Deo.*
*Hae tamen ignorat nimia fuliginis ille,*
*Quem Lipare, Brontesque, Steropesque tenet.*
*Scilicet intexas, vt te, mitissima mater,*
*In thalamum Mauors iusserit ire suum,*
*Vtque polo iunctos* Hyperion *viderit ignes,*
*Duxerit & blandos ad tua tecta Deos.*
*Cypri, tuos pingas radijs pulcherrima lusus,*
*Basiaque, & nutus dulcia signa tui.*
*Sic quoties spectas lepido tua stamina vultu,*
*Non poteris furti non meminisse tui.*
*Quid tuus Anchises, si te videatue, petatue,*
*Velleribus duras num ferat esse manus?*
*Cyprida quis credat leuibus sordere quasillis?*
*Lanificam Venerem quis putet esse Deam?*
*Incipe quae possis melius meliusque tueri,*
*Et veteres ignes, & tua bella gere.*
*Scilicet hac Veneris prouincia, fraudisque doliquae:*
*Scilicet hac regni mitia iura tui.*
*Paruus Amor priscas iterum referatur in artes,*
*Inque tuo primum pectore tentet opus.*
*Dixerat: emersit roseo pudor igneus ore:*
*Inque Deae subijt pectora priscus amor.*
*Qualiter offuso leuiter sudantia rore*
*Sub folijs trepidant aurea mala suis.*
*Nec mora: commisit leuibus sua stamina ventis,*
*Et tenerum duro pollice rupit opus.*
*Discutiensque comas, tenuesq; e corpore lanas,*
*Blandaque componens lumina, Cypron abit.*
*Dulcis Amor lentas paulatim suscitat artes,*
*Gaudet & insuetas tollere posse manus.*
*Arma tenet, matrique sua predulce Mineruaе*
*Soluit, & hac, inquit, praemia, mater, habe.*
*Blanda Venus risit: nec enim graue vulnus amorum est:*
*Et scopus est nato iam Cytherea suo.*
*Sic cecinit mea* Rossa: *leues risere puellae:*
*At mea restinxit gaudia dulcis amor.*



## DAN. HEINSII ELEGIARVM

## LIB. II.

---


### DAN. HEINSIVS. ELIÆ PVTSCIO S. D.



NVnquam euades, ſuauiſſime Putſci, quin tu quoque aliquam τῶν θηλυσίων τούτων τῶν μουσικῶν partem feras: cum enim reliquas huiuſce operis partes ijs magnâ ex parte conſecrarim, quibuſcum primam ætatem egi, ne ſitint Muſæ præſtites & Apollo pater, vt tui rationem habeam nullam, qui fœtum hunc naſcentem primus vidiſti, primus exce-

pisti, primus pro salute eius & incolumitate vota suspendisti. Quæ siue in Iouis Opt. Max, siue in Apollinis genibus obsignata iacent, ego te hoc metu libero: &, en tibi librum secundum Elegiarum mearum, qui sub nominis tui auspicio lucem aspicere se postulat: ne existimes, postquam a nobis auulsus es, postquam Lugdunum nostram, nescio quo fato, reliquisti, amorem quoque nostrum idem fecisse. Caue enim arbitreris alatum esse hunc, qualis est ὁ γεννάδας ille Veneris filius, aut pusiones illi, quos e Nymphis nostri oriundos volunt, quorum millia aliquot, sicut Hesiodi δαίμονες, hoc vniuersum regunt. Ne quidem cum illo Platonico quid commune habet, quem Πενίας & Πόρου filium vult diuinus Socrates. Patrem illius si quæris, animus meus est, qui postquam penitus tuum perspicere cœpit, eiusmodi filium genuit ἄνευ φιλότητος ἀνάγκης, quod ne Dij quidem poetarum possunt. Mater illi est, ratio: conciliatrix, virtus tua, cum suauitate morum coniuncta & eruditione. Ab Heinsio igitur tuo distractus, prolem hanc eius amplectere, quæ vestigia patris, & oris li nea-

lineamenta penitus descripsit. Sæpius intereatemporis illius memoriam repetes, quo suauiter vna fuimus; seria, iocos, tractauimus. Nos Grammaticos tuos expectabimus, & quæ in Charisio a te præstita scimus: a Iungermanno verò tuo Longi editionem & Eustathij: ad quæ omnia operam meam iam olim obtuli. Vale suauissime noster, & me ama. Lugduni Bat.



ELEG.

# ELEG. I.

HÆC quoque cum cecini (teneræ ridete puellæ)
In gremio blandæ Cypridis, exul eram.
Postera gens, nostros quoties percurris amores,
Exilium, dices, sic tulit ille suum.
Ah nequeo infelix lepidos dediscere versus:
Ah nequeo immunis muneris esse mei.
Inque suos lusus vaga mens delabitur: vna
Carminis & vitæ meta futura mea est.
Remigium volucri: sperata piscibus vndas,
Heinsiadæ Musas subtrahe, nullus erit.
Luxuriansque suos animus deducit amores:
Aut aliquid, ne sit carmine cassus, agit.
Ah quoties cum se querulis mens anxia curis
Didit, & in luctus voluitur ægra suos,
In triuijs vidi lepidam ridere puellam,
Excidit è manibus illa querela meis.
Hoc opus o Natura meum est: Elegique, salesque:
Ad genium grauitas non facit vlla meum.
Ponite me, Diui, gelidas ad littoris oras,
Qua mare vesanis æthera terret aquis,
Scyllaque latrantem Siculo cane porrigit aluum,
Solque pruinosos altius vrget equos;
Aspiciam teneræ, licet eminus, ora puellæ,
Prouenient subitâ carmina ducta manu.
Ah ferus est, quisquis Venerem prauertere Marte
Sustinet, & fortes ducit in arma viros.
Parcite Mæoniden teneri laudare poetæ,
Aut Genio tanto credere: cæcus erat.
Scilicet ille leuem non viderat ire cohortem,
Militat in castris quæ Cytherea tuis.
Cæca ducis frustra sequimur monumenta: puellas
Quod nequijt, fauos condidit ille vires.
At mihi sunt dulces oculi spectare puellas:
Et minor hoc nobis magnus Homerus erat.
Posteritas mea crede mihi, sua tacÿet Homeris,
Et rigidas acies & fera signa ducum.

*Dignior ille cani, leuibus qui victus ocellis,*
*Tutius vt possit vincere, victus abit.*

## ELEG. II.

### Fabula Roris.

*GVtta leuis summas humectans leniter herbas,*
*Gutta leuis leuiter labere: Rossa venit.*
*Candide ros, cuius tepidus subeuntibus auris*
*Luxurians tenui gurgite sudat humus.*
*Te roseo dulcis lachrymam stillauit ab ore,*
*In virides herbas, ruraque, Diua Venus.*
*Fabula narratur toto lepidissima cœlo:*
*Hactenus in terris non tamen illa fuit.*
*Expediam Superi: Venus aurea ridet, & inquit,*
*Dij faueant ceptis, blande poëta, tuis.*
*Est procul extremas Libya locus inter arenas,*
*Ad Libani dulces aurea terra pedes.*
*Improba non illam penetrauit Græcia sedem,*
*Terraque mendaces non tulit illa viros.*
*Simplicitas habitat: niueus candorque iocusque:*
*Molle solum: pastus nectare ridet ager.*
*Verque suum sibi terra facit: Sol ipsa Dione est,*
*Quaque venit, Diua sub pede vernat humus.*
*Quaque loquor vidi: (subeunt namque omnia vates,)*
*Parsque domus blandæ Cypridis ipse fui.*
*Hic satu extinctum postquam miserata maritum est,*
*Ingemuit natæ tristia fata suæ.*
*Pulchra Venus blandæ gemuit discrimina natæ,*
*Et vidua hoc ipso tempore Diua fuit.*
*Liber Amymonen simul & Neptunus amarunt,*
*Progenies nostra nam fuit illa Dea.*
*Dulcis Amymonen Venus, & (quis nescit?) Adonis,*
*Edidit ad ripas, Byblidis vnda, tuas.*
*Aspicit hanc furuis, Semeles, dum tendit ab Indis,*
*Natus, & vt vidit lumina, victus amat.*
*Estque Venus, dixit, Veneris vel filia certe est,*
*Et Satyros iussit lentius ire suos.*

Vidit

*Vidit & hanc vastas qui cuspide temperat undas,*
*Et simul in medijs nescius arsit aquis.*
*Instat amans illi Deus hinc: Deus imminet illhinc:*
*Et veniunt faciles ad sua bella manus.*
*Haeret in ambiguo Venus, &, quia poscit uterque,*
*Dulcia quae posset praemia, neuter habet.*
*Saepe ferunt illam niueas iunxisse columbas,*
*Et leuiter generos sollicitasse suos.*
*Ah quoties priscos Libani, sua tecta, Penates*
*Liquit, & ad patrias languida venit aquas.*
*Ah quoties maestum lachrymis aggressa Lyaeum,*
*Detinuit tenerâ tigridis ora manu.*
*Altius haesit amor: nequeunt lachrymaeque precesque*
*Cypridis ardentes detinuisse Deos.*
*Quid faciat Cytherea? gemit: lachrymaeque per ora,*
*Perque genas riui more fluentis eunt.*
*In Libano iacuit, virides quà lacteus undas*
*Exiguo trepidans murmure Byblis alit.*
*Byblidis hic purus violas perlabitur imber,*
*Perque rosas tenui flumine vectus abit.*
*Tresque Deam luces, totidemque ex ordine noctes*
*Fama fuit lachrymas continuasse suas.*
*Perque domum passim, per & aurea limina, guttae,*
*Et tenerae thalamos emicuêre Deae.*
*Forte puer iuxta tepidis errauit in herbis,*
*Depositâque leui cuspide lusit Amor.*
*Vtque Deam vidit, lachrymas excêpit, & illas*
*In viridem ludens spargere cepit humum.*
*Quaque ferit, dulces violae nascuntur ab illis,*
*Et roseus florum germine ridet ager.*
*Obstupuit, puerosque puer vocat: ilicet omnes*
*Conueniunt turmae, candida Diua, tuae.*
*Conueniunt, Zephyrumque vocant (res digna relatu est)*
*Nam Veneris dulces incolit ille domos.*
*Protinus humentes excussit nectare pennas,*
*Inque leuem facili tramite fluxit humum.*
*Aduentante Deo tremulae risêre myricae,*
*Explicuit virides regia tota fores:*
*Aspicit exultim volucres hic ludere fratres.*

*Multaque mirantes aspicit ille Deos.*
*Causa tamen latuit: tenues per gramina guttas,*
*Et leuiter flores surgere monstrat Amor,*
*Monstrat Amor, lachrymasque Deæ ferit: aspicit ille*
*Blanda papaueribus lilia mixta suis.*
*Quaque videt dulces puerum sperfisse liquores,*
*Hic videt & flores emicuisse nouos.*
*Hæsit, & obtutu stupuit Deus ipse: fidemque*
*Credibile est oculis non habuisse suis.*
*Chlorida gaudentem trahit in spectacula; Nymphas*
*Illa suas: ipsos res mouet illa Deos.*
*Astra ferunt illis Superûm caruisse diebus*
*Cœtibus, & ciues non habuisse suos.*
*Conuenêre Dei: lepidos subiêre Penates:*
*Hospitium cunctis Cypridis aula fuit,*
*Ipsa Venus spectat ( teneræ mens blanda Dionæ est)*
*Vlterius natam nec gemit illa suam.*
*Colligit vndantes Zephyrus per pascua rores,*
*Imbribus his pennas inficit ille suas.*
*Hinc Deus arentes, quoties volat, inficit agros:*
*Et lachrymis lætam nunc quoque reddit humum.*
*Dulcis humus ridet lachrymis (quis credat?) & optat*
*Sic Venerem lachrymas fundere sæpe suas.*
*Causa patet: blandas Cytherea mouit habenas,*
*Et sonitum faciles edere iussit aues.*
*Omina cognoui: nec enim Dea notior vlla est,*
*Inque meo quæ plus pectore iuris habet.*
*Digna, Venus, nostrâ res hæc mihi visa Camœnâ est:*
*Nomina nam Rossæ ros dedit ille meæ.*

## ELEG. III.

### Fabula Siderum.

*ÆTheris auratos qui tollitis æquore vultus,*
*Aurea gens, lusus cernere nata meos.*
*Fratres ætherei, fratrum lepidissima turba,*
*Æthere quos summo currere iussit Amor;*
*Ad dominam pergo, dum nox indulget amori,*

Dum

*Dum nox atra suos flectere pergit equos.*
*Heinsius inuitat: lepidæ properate choreæ,*
*Pergite: nox cursus iam premit atra suos.*
*Vos quoque, turba leuis, vos dulcia basia quondam,*
*Et similes curæ detinuere meis.*
*Vos quoque lusit Amor, faciles aduertite vultus,*
*Dum placidas cœli curritis ante fores.*
*Cynthia permittit, nec inexorabilis illa est,*
*Endymion duram non sinit esse Deam.*
*Nil mihi cum Phœbo est: Venerem nam prodidit ille,*
*Iuncta fuit Marti cum Dea nostra suo.*
*Basia quæ figam lepidi cognoscite Diui,*
*Aurea gens: vultus res decet illa tuos.*
*Vos quoque sic quondam genuit pater ætheris alti,*
*Perque suam iussit Iupiter ire domum.*
*Quæque cano dulcis mihi rettulit illa Cupido,*
*Iussit & in fastos vota referre meos.*
*Omnia nouit Amor, superecque aquæus Olympo est,*
*Et senior multis est puer ille viris.*
*Ante reluctantem Saturni legibus orbem,*
*Cum placidus nondum sub Ioue mundus erat;*
*Candida simplicitas regnis habitabat in illis,*
*Dignaque tam miti tempore Diua fuit,*
*Ipsaque vix notum fuerant tum basia nomen:*
*Ipsaque vix notum fœmina nomen erat.*
*Iupiter antiqua puer exultabat in aula,*
*Et volucres visco sollicitabat aues.*
*Forsitan hic dulcem conspexerat ire puellam;*
*Risit, & hæc animo res ait apta meo est.*
*Quidque foret, patrem trepidâ vix voce rogauit,*
*Ille, caue, dixit, tangere; larua fuit.*
*Dulcius hac laruâ nihil est pater, inquit, & illi*
*Si liceat comitem me dare, tutus ero.*
*Scilicet hinc blandas tacitè spectare puellas*
*Cepit, & has laruas nunc quoque semper amat.*
*Mox sequitur, subeunsque legit vestigia furtim,*
*Osculaque exultim carpit, & ora petit.*
*Linguaque paulatim roseis inserta labellis*
*Voluitur in lusus luxuriosa suos.*

*Quoque magis placuit, placuit magis illa voluptas,*
*Gaudiaque hæc finem non habuere suum.*
*Bisque Deus voluit numerum præscribere certum:*
*Bis numero sed par non fuit ille suo.*
*Exilijt, totidemque notas, quot basia fixit,*
*Aureolas cælo iussit inesse suo.*
*Sidera quæ post hæc lepidi dixère nepotes:*
*Delicijs præses gens erit illa meis.*

## ELEG. IV.

### Pro salute Eliæ Putscij.

*O Faciles Musæ, quid enim nisi debita restat*
*Soluere quæ nuper carmina pactus eram?*
*Mens fluit in numeros, facilesque in carmina vires,*
*Verbaque gaudenti sponte ministrat amor.*
*Putscius, o Diui, mea lux, mea gaudia, Diui*
*Viuit, & e mortis limine saluus abit.*
*Quæ tibi mens scelerata fuit? tune improba rerum*
*Surriperes manibus tot bona iuncta meis?*
*Corporibus vitam mens sufficit vna duobus:*
*Hæc ego cum cernam funera, funus ero.*
*Heinsius infelix alio pereunte peribit:*
*Alterius lethi causa, futura mei est.*
*Nunc tamen emersit: simul emersère lepores,*
*Et, mea qui dictat carmina, mollis Amor.*
*Heinsius exultat: lepidæ gaudete Camœnæ:*
*Heinsius inuitam sub pede tundit humum.*
*Pes præit, in choreasque suas dilabitur vltro.*
*Dulcia quid cessant carmina? cura vale.*
*Heinsius exultat: nec enim queat Heinsius vltra*
*Gaudiaque, & risus dissimulare suos.*
*Bacche pater, lux sacra mihi est: quia Putscius illa*
*Non obijt, viuit Heinsius: alme pater,*
*Bacche pater sacros hederæ confunde corymbos,*
*Festaque ter circum tempora vitis eat.*
*Laurea nam cuncti sibi iam tribuère poëtæ,*
*Temporibus veniat rara corona meis,*

I puer I,

*I puer I, cessas tremulos effundere rores,*
*Mitiaque in cyathos didere vina suos?*
*Funde puer, fundet simul Heinsius: ibit vterque:*
*Vina puer fundet dulcia: carmen ego.*
*Heinsius in Musas facili dilabitur æstu;*
*Dum subeunt mentem dulcia vina meam.*
*Quid dubitas totos cyathi versare liquores?*
*Dimidium, Putsci, non amat ille* Deus.
*Scriuerius noster monet hinc, monet Hondius illhinc,*
*Hic monet, exemplo te monet ille suo.*
*Castalis antiqua cyathis despumat ab illis:*
*Quid dubitas? versus aspiciuite meos.*
*Heinsius exultat: iubet exultare Lyæus:*
*Heinsius exultat: sic iubet ille Deus.*
*Sic iubet illa dies: quid enim nisi debita restat*
*Soluere quæ nuper carmina pactus eram?*
*Iam meus* Elysijs, *Di, Putscius iret in hortis,*
*Me sine: nec sacrum cerneret ille diem.*
*Cerneret at blandi iam basia mille Secundi:*
*Cerneret amplexus, Iulia pulchra, tuos.*
*Nasonemque meum, lepidosque in gramine vates,*
*Non tamen & lusus cerneret ille meos.*
*Tutius, o noster, pariter properabimus illhuc:*
*Quæque tibi vitæ meta, futura mihi est.*

## ELEG. V.

### Ad Batauos,

### De expeditione Flandrica.

*SIc decet o Batauì, patriā decedite; virtus*
*Exiguo claudi limite vestra nequit.*
*Haud decet angustis animum summittere curis,*
*Et gerere ingenio sceptra minora suo.*
*Victores animi, titulos diffundite vestros:*
*Terra pauet, trepidant æquora, fata vocant.*
*Miles adest, cœlum grauibus prætexitur armis:*
*Et metuit dominos æquoris ora suos.*

E 4 Cernitis

*Cernitis immensam subsidere puppibus undam,*
*Et numero vastas diriguisse vias?*
*Ipse pater Nereus Batauus summissus habenis*
*Substitit, & placidas cedere iussit aquas.*
*Vnda latet: fuge mollis Iber: trahit æquor euntes,*
*Proque suâ ventus prælia gente gerit.*
*Ite viri, date vela, leuique incumbite remo,*
*Anchoraque hostilem ferrea radat humum.*
*Heroes Batavi, Batauis sit crescere fastis:*
*Materies curæ sit tibi, Dousa, tuæ.*
*Sic decet annales patriasque extendere chartas,*
*Non faciles aditus gloria Martis habet.*
*Arma sonant: properate viri, qua squallida nubes,*
*Qua seges aduersam ferrea cingit humum.*
*Audaceisque aquilas medijs infigite campis:*
*Haud decet inuitas cogere in arma manus.*
*Cerne licet crudelis Iber: amat ille videri:*
*Quò properas? terris præsidet ille tuis.*
*Flandria, si fas est, membris rapiêre tuorum,*
*Agminaque in cædes sunt tua versa tuas.*
*Ah patriæ sedes, patriæ percussus imago,*
*Ducitur hæc opibus vltima meta meis.*
*Ipse tubas vidi, fremitusque, ausúsque virorum,*
*Fixaque magnanimâ fortia castra manu.*
*Ardentesque oculos heroum, Martiaque ora,*
*Et proprio sparsos puluere semper equos.*
*Signaque Cattorum medijs infixa maniplis,*
*Aut modò cum circum tempora fusa volant,*
*Fusa volant: date tela: iuuat Mars: cedite Musæ,*
*Hæc iterum liceat cernere, miles ero.*
*Heinsius incipiet rigido dare nomina Marti,*
*Perque acies totas rumpet, & æra ducum.*
*Et mihi sunt vires, & me trahat ardor in hostem,*
*Et mea iam circum tempora cassis eat.*
*Nec metuam ne me mors arguat vlla timeris,*
*Si quis in hoc pulcher pectore sanguis erit.*
*Pro patriâ hæc anima immiti debetur Ibero,*
*Hic tibi libertas victima sanguis erit.*
*Ah miser, ah, tune ut cupidas in prælia dextras*

Pectoribus

*Pectoribus valeas sustinuisse tuis?*
*Tutius ah quanto est lepidum deducere versum,*
*Inque sinu dominæ nectere verba suæ.*
*Tutius ah placido labuntur flumine Musæ:*
*Nullaque quæ lædant spicula versus habet.*
*Hoc opus, hæc fortuna mea est: date fortibus arma:*
*Aptior est manibus blanda puella meis,*
*Me decet in tremulis dominæ pallere labellis,*
*Et mea cum Musis iungere castra meis.*
*Sic mihi primæua voluuntur mollia vitæ*
*Tempora, perque suas blanda iuuenta vias.*
*Castraque Cattigenûm senior cladesque virorum,*
*Et referam Batauis tristia bella meis,*
*Sidneos, Dracumque, tenentemque æquora Worstum,*
*Et Flissinga tuas in noua bella manus.*
*Atque aliquis, priscos patriæ veneratus honores,*
*Optabit capiti dulcia serta meo.*
*Virginibus satis est placuisse: in prœlia Mauors*
*Grandia sublimi pondere dicta vocat.*
*Mattiaci properate: per inuidiæque luisque*
*Tela, feram vestri oppida capta viri.*
*Nereaque æratis domitum spumare carinis,*
*Sauaque lustrantem prælia, vincla pati.*
*Et debellatos armorum fulmine campos:*
*Cede fatigato robore turpis Iber:*
*Heinsiades volat, heroo succincta cothurno*
*Crura gerens, bellis prompta: recessit amor.*
*Aeneadásque inter, Pallantæásque ruinas*
*Qui Walachrûm tollat robora, miles erit.*
*Vos tamen o Batauûm manus, o fœcunda iuuentus*
*Signa ducum properâ tollite rapta manu.*
*Nescio vt ingentes mea mens se tollit in ausus,*
*Et grauius toto pectore surgat opus.*
*O decus armorum' o regina Batauia! certe*
*Tollitur in laudes spiritus ille tuas.*

## ELEG. VI.

### Elegias aliquot amissas deplorat.

*ITe leues Musæ: teneri periêre libelli:*
*Quæ modò condideram carmina, ventus habet.*
*Surripuit nostros Boreas prædator amores:*
*Surripuit lusus ferreus ille meos.*
*Ipsa Venus nostras gemuit miserata tabellas,*
*Perditaque infelix carmina quærit Amor.*
*Inuia perlustrat, latebras scrutatur inanes,*
*Antraque percurrit saxaque blanda Venus.*
*Scrutatur lepido ridentem nectare syluam,*
*Quam Veneres parua, quam colit omnis Amor.*
*Ah periŷt labor ille mihi: mea cura, iocique,*
*Et mea cum ventis pignora mentis eunt.*
*Quod peperi infelix, pro me tenet improbus Auster,*
*Ventilat ab fœtum mobilis aura meum.*
*Naufragium dulces animi subiêre lepores:*
*Primitiæ mentis interiêre meæ,*
*Ridentesque Elegi: periŷ Cythereia mater,*
*Tot mihi surreptis millibus, orbus eo.*
*Progenies fuit illa mihi: mea pignora turbo,*
*Dulciaque immitis nomina voluit hyems.*
*Atthida qui rapuit, nostros quoque perdidit ignes.*
*Raptaque tam sæuo numine charta mea est.*
*Quid tibi crudelis mecum? quis carminis vsus*
*Est tibi? num lusus, num mea furta leges?*
*Aptior es vastas pelago iactare carinas:*
*Et maris insanas sollicitare vias.*
*Perdidit insontem rabies tua nescia Musam,*
*Innocuosque modos, & leue pacis opus.*
*Non mea sudantes iactauit sanguine campos*
*Pagina, nec versos in noua bella viros.*
*Sed faciles iuuenum rixas, facilesque susurros,*
*Et toties curis gaudia mixta suis.*
*Et nunc illa dabis socijs ludibria ventis,*
*Oceanusque aliquas obruet inter aquas.*
*Haud impune feres, scelerum scribêre tuorum:*

*Hip-*

*Hippotadæque tuum carcere nomen erit.*
*Perfide, sex saxo claudare in carcere soles:*
*Hoc precium, hac culpæ pœna futura tuæ.*
*Interea leuibus roris pater aureus alis*
*In vacuâ Zephyrus luxuriabit humo.*
*Ille mea Rossa tenues crispabit amictus,*
*Inque meæ dominæ pectore semper aget.*
*Ipsa tamen cunctos scrutatum misit amores,*
*Et volucres Diuos, agmina parua, Venus.*
*Ite meæ blandum Veneris genus: ite puelli:*
*Qui mea repperierit carmina, mulsa feret.*
*Libaque Mopsopia, aut Phrygijs e collibus vuam:*
*Aut aliquid mater candida dulce dabit.*
*Interea tamen hæc foribus præfigite nostris:*
*Porticus aut si qua publica forte patet.*

SI QVIS HABES HEINSI TENERAS MONVMENTA TABELLAS,
BLANDAQVE FESTIVA CARMINA DVCTA MANV;
BASIA BINA VENVS ROSEIS FVRTIVA LABELLIS
SPONDET, ET HIS SI QVID DVLCIVS ESSE POTEST.
ILLA REPERTORI LIMO ARRIDEBIT OCELLO,
PLVRAQVE SI POSCAS, NON GRAVIS ILLA DEA EST.
HEINSIVS INFELIX ELEGOS SEX REDDET HABENTI:
ILLE SVVM BLANDO CARMINE CARMEN EMET.

## ELEG. VII.

### Ad Amicam.

*DVm mediā nuper propero, mea Vita, per vrbem:*
*Publica quà latam semita pandit humum,*
*Et pariter laterique tuo, pariterque sinistræ,*
*Dum peragit cursus Cynthia, iunctus eo;*
*Vidimus hic celsis assurgere molibus ædes,*
*Culminaque æthereos sollicitare Deos.*
*Luxuries, dixi, quò non abit? æmula Diuûm est:*
*Quæque potest ipsam linquere, linquit humum.*

*Scandi*

*Scandimus exemplo cœlestia regna Gigantum,*
*Gensque suas cœlo turgida monstrat opes.*
*At mihi si fausto liceat decurrere vento,*
*Et faueant votis prospera fata meis,*
*Non ego sublimes poscam, mea Vita, Penates,*
*Finitimamque Deis condere posse domum.*
*Sed tepidis figens dominæ roseisque labellis*
*Perpetuosque lares tectaque, tutus ero.*
*Hic habitem: domus illa mihi sit, Iupiter: illhic*
*Hospitium curæ sit requiesque meæ.*
*Hic ego sim: cunctique simul pereatis auari:*
*Conuiuium omnis hac erit aula mei.*
*Spiritibus pascar dominæ, tepidisque saliuis:*
*Scilicet hæc nobis fercula semper erunt.*
*Tum qui se patulo leuiter diffundit ab ore,*
*Ille cibus, dulces ros erit ille dapes.*
*Halitibus succisque, & inanibus Heinsius auris*
*Viuet, & his mensas instruet ille suas.*
*His dapibus se pascet amans: quotiesque labelli*
*Purpureas pandes officiosa fores;*
*Tunc epulas, mea Vita, natabimus inter inemptas:*
*Oraque desudans per tua serpet odor.*
*Ebrietas erit illa mihi: saliamque canamque:*
*Illa Ceres nobis, ille Lyæus erit.*
*Excubias hic semper agam: statione relicta*
*Riuali pateat ne locus ille meo.*
*Non bene consortem regno patiemur in illo:*
*Gens nimium reges suspiciosa sumus.*
*Hic ego nec ruptas metuam descendere nubes:*
*Dum pluuius totam Iupiter ambit humum.*
*Non rigor hic aut nix: tepidaque resoluar ab aurâ,*
*Perpetuique illhic tempora veris agam.*
*Blanda domus nobis, placidique valete libelli:*
*Et comites, quondam nomina chara, mei.*
*Vos quoque, vos dulces, mea cura, valete parentes:*
*Dulce animo quicquam si fuit ante meo.*
*Heinsius hinc migrare parat, veteresque penates*
*Deserit exemplo terra Batana tuo.*
*Maius adest: priscas iubet ille relinquere sedes:*

Ille

*Ille nouis aptus sedibus esse solet.*
*Non tamen Esquilijs habitabo inglorius hortis,*
*Quos coluit vates, Cynthia blanda, tuus.*
*Longe alius mihi collis erit, lepidusque nouusque:*
*Di Superi, soli sit sacer ille mihi,*
*In roseis dominæ conduximus esse labellis:*
*Hæc domus, hæc sedes vna futura mihi est.*
*Hic ego vicinis caream: vicinia tota,*
*Et domus, & dominus, & pater, vnus ero.*
*Pande fores, sed enim tepidas, sed dulce rubentes:*
*Purpureas sed enim, lux mea, pande fores.*
*Incola iam veniet, sed perpetuusque nouusque:*
*Viuere conducta non amat ille domo.*

## ELEG. VIII.

### De Iosepho Scaligero, & lib. de emend. temporum.

*Hanc cecinit lucem Diui mens Cæsaris olim,*
*Scaligeris nondum fax noua iuncta Deis.*
*Hunc fore sublimes rerum qui panderet ortus:*
*Et quateret mentis orgia vasta suæ.*
*Vidit & obstupuit gemino gens sidita mundo,*
*Axis in immenso quà via secta polo est.*
*Corniger Aegyptius cubitonon semper eodem*
*Fertilis, aucturas aera sistit aquas.*
*Sistraque Graiugenæ boum, & latrator Anubis:*
*Et subijt vultus condita cista tuos.*
*Ipsa tibi Nisi spinosos explicat orbes:*
*Temporaque ingenio succubuere tuo.*
*Iunge rotas victor, leuibusque insiste quadrigis*
*Iuliade: quicquid discimus, omne tuum est.*
*Tempus erit cùm te gradibus sublimis eburneis*
*Currus, & aurato mobilis axe vehet.*
*Phœbeique duces, & Eoo è littore gentes*
*Tristia succumbens vincula turba geret.*
*Pone rebellantes Italûm spectabimus ausus*
*Feruere, & ardentes vix posuisse minas,*
*Et debellatas iuuenum pallescere turbas,*

*Et prius ardentes succubuisse viros.*
*Iuliade scintilla Deûm, solemnia pompa*
*Ante tuos axes munera Celta feret.*
*Et circum ter Io, ter Io leuis ibit imago,*
*Et Batauûm festus littora cinget honos.*
*At circa patrium prorumpet vultibus astrum,*
*Inque Dioneus vertice ludet apex.*
*Regalisque aquilæ, Superûm monumenta Deorum,*
*Lambet inexhaustum nobilis ala caput.*
*Ibis, & ,o Diuûm genus, e temonibus altis*
*Subijcies radijs nomina victa tuis.*
*Ast ego, summa legens tenui vestigia passu,*
*Exiguoque insistans tramite, castra sequar.*
*Paruus ego, blandis Veneris prouectus habenis,*
*Dulcia votiua munera mente feram.*
*Temporaque hinc illhinc roseâ lambente coronâ,*
*Frana mihi mitis mollia flectet Amor.*
*Assurgam tamen, & solito sublimior ansu*
*Effluet ingenij vis operosa mei.*
*Et modò sublimes optabo accedere bigas,*
*Et leuiter currus tangere posse tuos.*
*Et modò procurrens leuiter leuiterque recurrens*
*Experiar vultus prospera signa tui.*
*Ille tuus vates, tam magni nominis autor*
*Ibit, & imperij pars erit vna tui.*
*Ah leuiter saltem demittes lumina: saltem*
*Aspicies animi gaudia pura mei.*
*Iam propero, iam signa fero, iam tollor in altum:*
*Iam tuor errantes per iuga summa viros.*
*Iam mihi immensum properans deducitur heros,*
*Perque suas turmas & sua castra ruit.*
*Victor adest: annus solitos se flectit in orbes,*
*Cumque suo priscus pegmate cingit Athur.*
*O ego dum Pæana sequor, dum sacra peterro,*
*Omnia quot circum candida turba dabit!*
*Tu modò labentis Sol aurea lucis imago,*
*Temporis auctores qui vehis axe dies,*
*Si nil Iuliadæ vasto par despicis orbe,*
*Dulcia ne careant pondere vota suo.*

ELEG.

## ELEG. IX.

### Ad Petrum Scriuerium.

*Scilicet est tanti veterum meminisse malorum,*
*Post nebulasque aliquem posse videre diem.*
*Postque suos imbres radiantem tempora Phœbum,*
*Exerit vt vultus purior ille suos.*
*Finis adest ceptis: Veneris pendete corona:*
*Scriuerius voto celsior ipse suo est.*
*Dulce caput nostrum, parili subridet amore,*
*Labitur in vultus & tua Vita tuos.*
*Dij faciant oculisque habites defixus in illis*
*Semper, & argutus pectora nectat Amor.*
*Et tua dum blandæ decurrunt prima iuuentæ*
*Tempora, delicijs immoriare tuis.*
*Me varius labor, & Superûm inclementia Diuûm,*
*Me ferus insano turbine versat Amor.*
*Atque vt amen malesanus amo: (quis credat?) amori,*
*Finis amor tantum principiumque mei est.*
*Ergo ego natus in hoc, placidam spectare puellam?*
*Excipiet cineres terminus ille meos?*
*Vlterius nihil est: oculos mihi demite Diui,*
*Ne mihi sit dulces pœna videre Deas.*
*Natus ego spectare fui, caueaque dicauit*
*Ingenium tantùm Parca seuera meum,*
*Cernere purpureasque genas, nutusque, iocosque:*
*Vlterius fatis non licet ire meis.*
*Ah pudet infelix, vario feror irritus æstu,*
*Et miser huc illhuc, quò rapit vnda, sequor.*
*Et quoties mites mea lux deflectit ocellos,*
*Tunc oculos cupio non habuisse meos.*
*Crudeles oculi, mea vulnera, scilicet illhic*
*Ille sibi sedes castraque fixit Amor.*
*Ne peream, nostri decet vt pereatis ocelli?*
*Ille domos illhic & sua regna tenet.*
*Vos tamen vlciscar mea lumina: semper oportet*
*Stilletis lachrymis nocte dieque meis.*

Te

*Te nequeo vlcisci mea lux, nisi semper amando:*
*Et tua quæ noui crimina, solus amo.*
*Scriuerius dulces placidus cubet inter amores,*
*Figat & aureolis basia luminibus,*
*Innocuusque leui diffusus pectore somnos*
*Hauriat e domina molliter ore suæ.*
*Tu tumulum Cytherea meum curare memento,*
*Binaque cum lachrymis carmina ducat Amor.*
QVI IACET INFELIX MODICO SVB MARMORE, VITAM
DEBVIT AVT OCVLOS NON HABVISSE SVOS.

## ELEG. X.

### De Nonno, & quæ in eius Bacchicis.

*IAm satis antiquis Italorum viximus hortis,*
*Et dedimus Latijs ocia iusta viris.*
*Roma vale, decus eloquij: gaudete Latini,*
*Æmula gens Graios sollicitare choros.*
*Mæonides vocat ingenti clangore tubarum:*
*Et procul horrentem cuspide pulsat humum.*
*Ascræusque senex: & qui diffusus in herbas*
*Sub patrio Siculas carmine ducit oues.*
*Turba Pelasga faue: vestris mihi dulce piumque est*
*Saltibus in medijs viuere, dulce mori:*
*Aut mea Socraticis despument pectora dictis,*
*Et grauitas verbis sit comes vna meis.*
*Aut ego sublimeis Naturæ accedere parteis,*
*Sideraque audebo mente poloque sequi.*
*Interea priscos qua dirigit orbita passus,*
*Sæpe mea, Musa, transfuga partis ero.*
*Quale decus veterum: veterum sed proximus arti*
*Qui ferit ingenio sidera, vester erit.*
*Vester erit, priscos Satyros qui mittit ad Indos,*
*Ebriaque insanos ducit in arma Deos.*
*Nonnus ad extremas Nili redeuntis arenas*
*Isidis antiqua dulcia sacra colens.*

*Hic nouus, immensa notus feritate Typhœus,*
*Pro Ioue depulso Iupiter arma gerit,*
*Dum teneras inflans Cadmus properauit auenas*
*Reddere depulso fulmina rapta Deo.*
*Tibia non hæc Cadme tua est, nec arundinis vsus:*
*Harmonia Nonnus coniuge dignus erat.*
*Ille suo tulit arma Deo: surrepta Giganti*
*Iupiter illius munere tela tenes.*
*Iupiter æternas Semeles dum tendis in vlnas,*
*Et pater, & iusto pondere mater eras.*
*Liber in vmbroso Cybeles iuueniliter antro*
*Prauia magnorum dulcia bella gerit.*
*Iam Satyri proceres lentique agitator aselli,*
*Mistaque Centauri corpora, signa mouent.*
*Iam trepidant, totusque in pectore feruet Iacchus,*
*Et iubet instabiles omnibus esse pedes.*
*Bassaris exultat tumidorum more virorum,*
*Armorumque suus munia thyrsus agit.*
*Aspicis armatos his cedere frondibus Indos,*
*Et dare victa sua mollia terga fugæ?*
*Deriade, frustra patrios assurgis in enses:*
*Ensibus vna tuis fortior herba fuit.*
*Oppositos fertur Morrheus violentus in hostes,*
*Quem fera non vincunt agmina, vincit Amor.*
*Chalcomede cunctis fuit vna potentior Indis,*
*Quod nequeunt Bacchi spicula, sola potest.*
*Feste Marongaude: Satyrûm gaudete iuuentus,*
*Deriades medias voluitur inter aquas.*
*Sub gelida Faunus teneram premit arbore Nympham,*
*Blandaque subducta prælia veste gerit.*
*Dulcius hoc, omnes quàm fundere viribus Indos:*
*Et melius Baccho prælia gessit Amor.*
*Bassaris est signis Veneris magis apta ferendis:*
*Nec male cum thyrso Cypridis hasta facit.*
*Bacchus in extremis Minoida cernit arenis,*
*Quæ nimium Thesei nobile crimen erat.*
*Iamque fatigatis lachrymam detersit ocellis:*
*Quod iuuet mœstam dulce peregit opus.*
*Dumque iaces somno dubijsque innixa lacertis,*

*Diffluit in gremium molliter Aura tuum.*
*Quò properas tamen Aura? mane: iam tertius intra*
*Dulcia, si nescis, viscera Bacchus agit.*
*Nonne pater, quis te stimulis furialibus actum*
*In fera vadentem prælia thyrsus agit?*
*Crediderim totas in te descendere vites,*
*Quas tenuit cellis Naxia turba suis,*
*Crediderim totis in te spumare cypellis,*
*Cuncta Maronæâ pocula ducta manu.*
*Nebrida quid cessas humeris innectere? perge;*
*Et mihi qui cingat ista peplus erit.*
*Surripe me tecum: per tristia bella, per enses,*
*Inque tuas acies, & tua signa ferar.*
*Cedite Mæonides Heliconia regna puellæ:*
*Altera iam Liber vatibus arma dabit.*
*Castalis antiquo leuiter spumabit Iaccho,*
*Et male spirantes nectare tinget aquas.*
*Alta Gigantæi meditaberis arma duelli,*
*Et noua miranti prœlia, Nonne, canes.*
*Zagreaque vt celso genitor præfecit olympo,*
*Fortiaque hæredi tradidit arma suo.*
*Me miserum quoties, pleno dum concinis ore,*
*Irruet in gremium Baccha puella tuum,*
*Basiaque inuitum madidis deposcet ocellis:*
*Qualia vix Marti fert Cytherea suo.*
*Bacche tuis nosti placidos infundere motus*
*Vatibus, & mentem tellus, & astra petis.*
*Cornua quid dubitas leuibus vincire corymbis?*
*Aureaque audaci sumere plectra manu?*
*Bassaridesque nouem numero tibi iunge sorores:*
*Si tibi sint totidem numina, Phœbus eris.*
*Ecce redit Nonnus, grauibus prius obsitus vmbris,*
*Cumque tuo pariter milite, Bacche, venis.*
*Nec Ioue te natum sat erat, nisi tertius ille*
*Adderet, & Baccho Iupiter arte foret.*
*Maius opus ternos pariter fuit edere Bacchos:*
*Nec tenebras tantos dissimulare Deos.*
*Zagrea quis nosset? madidum quis nosset Iacchum?*
*Vix etiam Graiis cognitus ille fuit.*

*Ille*

*Ille tamen nunc est, licet indignantibus umbris:*
*Nec sua quo Iuno laedere possit habet.*

## ELEG. XI.

### Ad Amicam nauigantem.

*QVis furor est ventis animã committere & vndis?*
*Lux mea, quo properas? lux mea, vela lege.*
*Quo properas vasti per saeua pericula ponti,*
*Basia quae nuper ter tria pacta mihi es?*
*Nauita crudelis properantem siste carinam:*
*Basia debentur ter tria, nauta, mihi.*
*Dulcius infamem Zephyrus comitabitur alnum:*
*Perfidiae testes non amat ille viros.*
*Nubila, me miserum, grauibus densantur ab Euris!*
*Me miserum, quanta nube minatur hyems!*
*Improbus euersas Boreas sibi vindicat vndas:*
*Et mihi riualis sic puto ventus erit.*
*Me miserum, mea Vita, veni: male credimus vndis,*
*Et nimium lucis prodiga turba sumus.*
*Ah melius tecum media ferar aequoris vnda:*
*Vnaque queis mens est, & labor vnus erit.*
*Incipiam pice nigrantes obducere vultus*
*Nauita, perque vias & freta salsa ferar.*
*Accipiam dominamque simul, vastumque rudentem;*
*Conuenit hic dextrae conuenit illa meae.*
*Alteraque ingentem versabit in aequore remum:*
*Alteraque in collo dulcia vincla tuo.*
*Ah quoties, mea lux, medijs dum voluimur vndis,*
*Injcies operi lumina laeta meo.*
*Et modò ridebis leniter, nautamque vocabis,*
*Aspiciens versas in noua tela manus.*
*Oscula pauca tamen medio surrepta labori,*
*Pace tua, fas sit figere, Vita, tibi;*
*Illis crescit amor, delibatisque labellis*
*Mollia sedatae flumina vocis eunt.*
*Hic licet immiti Boreas me ventilet aestu,*
*Saeuaque deprendant aequora, tutus ero.*
*Naufragiumque feram, trepidamq; amplectar amantem!*
*Et modò qui fueram nauita, nauis ero.*

*Ipse pater Nereus gemitum demittet ab alto,*
*Et faciles si quos sustinet unda Deos.*
*Fluctus adhaerentes scopulo sorbebit amantes:*
*Soluar in amplexus sic, mea Vita, tuos.*
*Ultimaque immitis referet suspiria pontus:*
*Et leuiter dicam, sic tibi iunctus ero.*
*Elisiasque usque ad choreas veteresque poetas*
*Pectore nixa tuo nobilis umbra ferar.*
*Persephone maesto lachrymam demittet ab ore,*
*Deliciasque aspiciens vulnera, victa gemet.*
*Tellus accurret, mediumque amplexus utrumque*
*Iniiciet capiti myrtea serta meo.*
*Illic deliciaeque interceptique calores,*
*Ipsaque post mortis tempora viuet amor.*
*Iungemus choreas, iungemus labra genasque*
*Molliter: & sedes una duobus erit.*
*Interea, mediis dum lux mea fertur in undis,*
*Blanda Venus, dulcis vela ministret Amor.*
*Paruus Amor puppim leuibus moderetur habenis,*
*Flectat & aduersa mollia vela manu*
*Ille sedens ventos prospectet, & aera captet,*
*Et gelidam longo remige findat aquam.*
*Interea dulci careat Cytherea nato,*
*Dum mea festiuus iussa minister agit.*

## ELEG. XII.

### Ad Eliam Putscium.

*HActenus indulsi lepidis sine crimine Musis,*
*Nec potui ingenio vela negare meo.*
*Hic leuibus sit meta iocis, hic terminus esto:*
*Hic teneat puppes anchora iacta meas.*
*Heinsius ad leges, teneri plorate poëtae,*
*Ducitur, & patriae turbida iura suae.*
*Scilicet est aliquid lepidae dare iura puellae:*
*Ingenio populus conuenit ille meo.*
*Bartolus & Baldus, Deciusque & barbarus Azo,*
*Nomina sunt animo non satis apta meo.*

Me

*Me miserum Cytherea vale, facilisque Tibulle,*
*Et requies curis, docte Catulle, meis.*
*Ergo ego pro tandem (lepidæ miserescite Musæ)*
*Expediam nexus Papiniane tuos?*
*Ergo ego desertas accingar dicere causas,*
*Atque aliquis nostro munere diues erit?*
*Dulcius ah quanto placidi scribuntur amores,*
*Et subeunt numeros mollia verba suos!*
*Inque suas Musas facili deuoluitur æstu,*
*Et fluit ad placidas mens mea victa Deas.*
*Ah quoties dixi: tenues procul ite Camœnæ,*
*Non facit ætati versus & vmbra meæ.*
*Omnia cum dixi, subitis tamen auferor vndis,*
*Et solitas cogor, vt prius, ire vias.*
*Fluctibus infelix trahor his, trahor inscius illis,*
*Concutit & votum qualibet aura meum.*
*Nunc tamen infixum est: steriles procul ite labores:*
*In sua nos ipsum munia tempus agit.*
*Iam mihi flos primus niueas lanugine malas*
*Imbuet, & vultus aurea barba meos.*
*Illa iubet maiora sequi: vetat illa morari:*
*Et medio admissum carcere sistit equum.*
*Et subit & memini: sed enim cum vasta recordor*
*Pondera, mensque altùm languida versat onus;*
*Tum stupet infelix immensa volumina legum:*
*Sarcinaque hæc humeris non sedet æqua meis.*
*Tum mihi tum lenti redduntur molliter vngues,*
*Et tenui rursus flamine versus eo.*
*Ast vbi pacatæ mihi subrisere Camœnæ,*
*Et leuiter sensus gens vocat illa meos;*
*Tum feror effuso prouectus in æquora velo:*
*Et faciunt celeres ventus & vnda vias.*
*Hæc fuerant olim: sed enim dulcissima rerum*
*Musa, tuos æstus, & tua vela lege.*
*Heinsius infelix, ille Heinsius, Heinsius ille,*
*Cui Venus insidias nectit, & arma parat,*
*Cui placidæ dulci gaudentes carmine Musæ*
*Leniter insidias opposuère suas;*
*Crede licet, Putsei, teneros pede calcat amores,*

*Inque forum forti pectore vectus abit.*
*Iam mihi desertos videor spectare clientes,*
*Rubraque per leges nomina ducta meas.*
*Accipe palantem dux Papiniane carinam,*
*Meque tuo fixum littore, Cæsar, habe.*
*Non opus hoc lauri est, teneraque Aganippidos undæ:*
*Iam venient capiti cornua parta meo.*

ELEG. XIII.

*Quid mihi cum causis? quid cum strepituq; foriq;*
*Legibus? in curas nos vocat Haga suas. (Ac o,*
*Lis grauis orta mihi est: vix hic mihi Baldus &*
*Vix satis hic ingens Papinianus erit.*
*Totaque doctorum patruo gens turgida fastu:*
*Et Batauum quicquid syrmate pingit humum.*
*Exere fœdatos diuturno puluere vultus,*
*E tenebris altum Bartole tolle caput.*
*Scilicet incertos causarum euolui te casus:*
*Ardua res vobis discutienda venit.*
*Digna supercilio lis est exorta togâque:*
*Iudicium testor Papiniane tuum.*
*Nuper ad vndantem tenui cum murmure riuum*
*In viridi mecum lux mea sedit humo.*
*Pectoribusque impune meis innixa genisque,*
*Risit, & hæc, inquit, præmia, frater, habe.*
*Basiaque impressit, sed qualia Delia nunquam*
*Aut rapuit patri flaua Minerua suo.*
*Basia, Di magni, noua semper: & ora lacessens,*
*Quot dedit, ipsa tulit, quot tulit, ipsa dedit.*
*Lex fuit hæc: legem statuit mea Vita: Lycurgo*
*Acrius offensas vindicat illa suas.*
*Qui foret inferior numero, sed tempore certo,*
*Supplicio victas traderet ille manus.*
*Inferior fuit illa meis: nec, vt ante, negare*
*Sustinuit, pœnæ sed fuit æqua suæ.*
*Soluere ter Leydæ pacta est tria, ter tria Delphis*
*Basia, sed certo non tamen illa die.*
*Interea nobis quater hic occurrit, & illhic:*
*Nec tamen hæc nobis, nec tamen illa dedit.*
*Res grauis est: qualem nec Martia Cæsaris ætas,*

*Nec Beroe legum conscia vidit agi.*
*Pergite causidici: sic vobis plurima Cypris,*
*Multaque lasciuus credere discat Amor.*

## ELEG. XIIII.
### Deplorat versus Scaligeri.

*PRo dolor infelix, Elegi miserabile carmen,*
*Et sequitur lachrymas languida Musa meas.*
*Iuliades dulces neg at ah negat edere fœtus:*
*Pignoribus lucem subtrahit ille suis.*
*Ergone tot fausto prognati sidere versus,*
*Cunctaque solius carmina noctis erunt?*
*Obruat vt dulces genitor, sua pignora, natos!*
*Et geniti tantum quo moriantur erunt?*
*Scilicet ignares & adhuc a patre rubentes,*
*Vulnera, quæ nondum commeruere, ferent.*
*Immitis genitor, poteris voluisse videri*
*Sub tenebris prolem dissimulare tuam,*
*Ingenijque ardentis opus? fuge maxime rerum,*
*Ne tumulus natis sit domus ipsa tuis.*
*Heu tumulus domus ipsa tua est: his condita vinclis*
*Nobilior mentis pars tacet illa tuæ.*
*Quique domum cernit, tumulum simul ille tuorum*
*Cernit, & exequijs funera cassa suis.*
*Ah quoties dixi: quantos tegit illa recessus!*
*Scaligeri quantum possidet illa mei!*
*Iuliade stirps alta Deûm, miserere tuorum,*
*Et genitor natis parcere disce tuis.*
*Quid pia progenies teneri meruere libelli?*
*Quid bene vix nati cur moriantur habent?*
*Scilicet, vt Musas caries sibi vindicet istas?*
*Hospitium blattis nobile carmen erit?*
*Ingeniumque tuum tineis tradetur & vmbræ,*
*Vnaque tam raras ianua condet opes?*
*Dî precor hoc nolint, Latia prohibete Camœnæ.*
*In Zephyros tanti criminis omen eat.*
*Criminis illius noster miserescat Apollo,*
*Qui procul in solas crimina vertit aquas.*
*Iuliades doctas damnabit nocte tabellas:*
*Et tenebris, nobis quæ negat, illa dabit.*

*Eripit ab nobis, tenebris vt tradat & vmbris:*
*Maluit hoc tenebris, quàm tribuisse suis.*
*Ah genus infelix, placidi sine crimine nati,*
*Vos procul ignoto limine carcer habet,*
*Forsitan & summo dum pendet aranea tigno*
*In tenero fœdum carmine nectit opus.*
*Heu nimium magni soboles infausta parentis,*
*Scaligeri nati, gens miseranda, mei.*
*Non ego te cernam titulo fulgere superbo:*
*Et domini nomen dulce referre tui.*
*Nænia natalem miseris præcedet, & ipsa*
*Mors prior est vitâ vestra futura suâ.*
*Non genitus mortere tamen labor ille, nec vnquam*
*Heinsius aspiciet, verbaque pura leget.*
*Imprimet aut vitro teneræ pia basia chartæ,*
*Discet & ad numeros flectere verba tuos.*
*Heinsius vt careat caries habet, atraque nectis*
*Vincula: quæque mihi non licet, vmbra tenet.*
*Vmbra tenet dulces animi monumenta libellos:*
*Ah radios lucis possidet illa tuæ.*
*Ah dolor ah, molles lachrymas effundite Musæ,*
*Et lachrymas noster fundere discat Amor.*
*Me miserum, tumulumque solo statuamus inanem,*
*Solaque quæ restant nomina seruet humus.*
*Scilicet vt nostri mecum quoque flere nepotes,*
*Et lachrymas discant fundere posse suas,*
*Posthuma gens dulces sciet interiisse libellos,*
*Discet & a lachrymis id meminisse meis.*
*Atque aliquis mæsto stillabit flumina vultu,*
*Et leuiter dicet: quot tulit vna dies!*
*Quodque alijs tempus, magnus sibi Scaliger ipse est:*
*Quaque dies multis sustulit, ille sibi.*
*Lux hominum, pars magna Deûm, miserêre nepotum:*
*Hos vocat hæredes mens generosa suos.*
*Hanc sibi progeniem mens ignea possidet: illi*
*Ingenij sacras prouida seruat opes.*
*Ergone qui genuit genitum ferus obruet? ergo*
*Ne tibi non noceant tempora, tempus erit?*
*Heu dolor, heu lachrymæ, heu Elegûm vis tota meorum,*

*Inque*

*Inque meo si quod pectore numen agit,*
*Per Superas atauorum animas, aquilasque tuorum,*
*Et consanguineos, numina vestra, Deos.*
*Perque tuas Musasque meas, per Caesaris vmbram:*
*Sic bene tecta suam corpore gestet humum.*
*Caesaris ingentemque animam, versasque phalanges,*
*Et toties faciles in tua vota Deas.*
*Sic tibi sublimem vaga mens perrumpat Olympum,*
*Debitaque inuectus sidera tardus eas.*
*Aetheraque illustres, patriamque interritus aulam,*
*Et videas proauis debita regna tuis.*
*Magne pater, miserere tui, miserere tuorum,*
*Et tribuas natis viuere posse tuis.*

## ELEG. XV.

### De Iani Dousae iudicio triumphat.

*VIcimus, o dulci volucer cum matre Cupido:*
*Vicimus, o Elegi, viuida turba, mei.*
*Vicimus: o nostris iam gens inimica Camoenis*
*Cedite: da victas, inuida turba, manus,*
*Inuidiam calcare meum est: date sacra poetae*
*Serta leues Musae donaque, finis adest.*
*Dousiaco nostri genio placuêre libelli:*
*O decus, o dulcis carminis aura mei.*
*O faciles Heinsi choreae, o ludique, iocique:*
*Tuta Dei, quanto iudice Rossa mea est!*
*Vlterius tentare pudet, leuibusque quadrigis*
*Tollor, & , o Diui, sidera celsa peto.*
*Blanda vale Cytherea, vale: vehit impetus vltra,*
*In Tragicosque aestus verbaque vectus eo.*
*Mensque cothurnatos animi sibi vindicat ausus:*
*Et validus thyrso pectora Liber agit.*
*Magne sequor chorea genitor, grauiusque sub imo*
*Spiritus exultans pectore versat onus.*
*Interea furtim prouectus in oscula rursus*
*Labor, & antiquus pectora pungit Amor.*
*Ah quoties, cum se tragico mens ardua motu*

G Sustulit

*Sustulit, in lusus ingeniosa suos,*
*Rossa venit, lenibusque animum transfigit ocellis,*
*Et tepido tantum lumine ridet opus.*
*Ah pudor, extemplò grauitas iacet ardua: fitque*
*Iam tragicus verè, qui simulatus erat.*
*Sit procul, humanos quisquis putat esse poëtas:*
*Ignea sordentem gloria reiicit humum.*
*Ipsaque mens ignara sui, sublimia rerum,*
*Et faciles motus, & leue carmen amat.*
*Altaque vicino liquefiunt pectora cœlo:*
*Ipsaque gens magnos condidit illa Deos.*
*Ipse pater vastum tonitru perrumpit Olympum*
*Iupiter, & nostro munere fulmen habet.*
*Si libeat Baccho pharetram dare, Bacchus Apollo est:*
*Si libeat Phœbo cornua,* Bacchus *erit.*
*Dicite Io, ter Io, lepidæ ter dicite Musæ:*
*Sertaque lasciuus florea gestet Amor.*
*Ipse ego sublimem populo praeeunte per urbem,*
*Perque vias omnes, altaque tecta ferar,*
*Famaque festiuas moderabitur aurea bigas,*
*Sub pedibus gestans vincula, Liuor erit.*
*Accurrent teneræ, mea laus, mea damna, puellæ,*
*Et referent vati basia mille suo.*
*Amplexuque lubens hinc circumfundar & illhinc:*
*Atque aliqua arguto lumine signa dabit.*
*Rossaque sopitos aspirans molliter ignes,*
*Sæpius ardentes sistere coget equos.*
*Illius in gremium: sunt hæc Capitolia nostra:*
*Illius in gremium prospera signa feram.*
*Arx, Venus, hæc* Tarpeia *mihi est: grauis ille senator*
*Heinsius, hic fasces colliget ille suos.*
*Rossa triumphales capiet locus ille secures:*
*Ipsaque, erit gremium, curia nostra, tuum.*
*Vicimus: o mea Rossa faue: quot basia tandem*
*Promeritus videor nunc, mea Vita, tibi?*
*Dousiacô nostri genio placuêre libelli:*
*Vlterius votis non licet ire meis.*

DAN. HEINSII

# ELEGIARVM

## LIB. III.

## Amico Lectori.

*AMice Lector, Quod auari Euclìones solent, vt diuersi κόμματ© monetam seponant; idem hic fecimus. Posteriores hos libellos distinximus; vel ætatis causa, vel styli: qui in aliis plusculum variat. Vt si non vni omnia, aliis placere possint alia. Quod si quis malit, hoc saltem concedat, ea vt seiungamus quæ nobis non displicent, ab iis quæ placent. Sicut multorum liberorum patres, omnes amant, vnum præferunt: ita nos qui scribimus; si non cum ratione, non tamen sine causa. Vt enim amare a natura est, ita eligere. Et fortasse vt qui postremo nascuntur, primum in amore locum habent, ita nos fallimur*

Τηλυγέτις ἐπὶ ζῶσι.

*Si quis contra iudicat, factum a nobis dicet quod benigni principes solent: qui si quem capitis non damnant, in locum proximum relegant: vt non in hominibus esse desinat, sed cum ciuibus versari. Hoc volebam, nescius ne esses.*


DAN-



DAN. HEINSIVS

# HVGONI GROTIO

S. D.



Ertium Elegiarum mearum librum, Groti clariſſime, eundemque primum tibi offero; ſimul patrono, amico, cenſori. Tertium ordine; primum eorum, quos iudicio maiore & ætate cõſcripſimus. Ante annos enim aliquot nati ſunt reliqui, & ætatis veniam pro laude habent. Cuius quidem rei, rationes omnes afferre poſſum, præter laudes tuas. Ne cum Diomede audiam:

*Τυδείδη, μήτ' ἄρ με μάλ' ἄινεε, μήτε τι νείκει.*
*Ειδόσι γάρ τοι ταῦτα μετ' Ἀργείοις ἀγορεύεις,*

cum nihil vnius præconio illius virtutibus accedat, qui mundũ hunc diuini ingenij ſui teſtem fecit: priuſque ad famam, quam ad pubertatem peruenit. Hoc dicam tamen: fructum vitæ

totius eo die me tulisse, cum tibi innotui. Ex eo tempore colui, suspexi, veneratus sum te; non quidem vt reliqua ingenia, quorum hodie maxima frequentia, sed vt σεβάσμιόν τι καὶ ἐκ Διὸς πεπλασμένον. Istum animi affectum confirmarunt cum alia, tum vel maxime humanitas tua, & morum suauitas, quæ reliquas ingenij tui dotes, & fortunæ, a duobus malis muniunt, τῆς νεμέσεως, καὶ τοῦ φθόνου: quæ plerumque τὰ τῶν κρειττόνων, vt apud Aristotelem est, inuadunt. Conciliatrix enim animorum est modestia, καὶ τῆς ὁμιλίας τὸ ἐπαγωγόν. Accedunt & similia multa in vtroque, ætas, mores, odium fastus & insolentiæ: quâ non vlla via magis ad virtutem lubrica. Studia etiam eadem ex parte, licet eruditio diuersa quàm tam libenter in te agnosco, quam ipse eâ inuitus careo. Præcipuè autem ea quæ e poeticæ petitur voluptas. Quam hactenus tractasti, vt excellas, non vt nunquam desinas. Vulgo dessimilis, de quibus illud dicas,

> Οἱ μὲν οὖν τέττιγες ἕνα μῆν' ἢ δύο
> Ἐπὶ τῶν κραδῶν ᾄδουσιν, οἱ ποιηταὶ δ' ἀεὶ
> Νεανικῶς ᾄδουσι πάντα τὸν βίον.

Sicut

Sicut pueri, ignem si videant, splendorem mirantur, accedunt, manum admouent; de periculo suo securi. ita miseri illi poesin tractant, cum dispendio temporis, & sui. Accedit & Hospitiale ius, & τῦ ξενίυ religio, mensæque tuæ tessera, quam plerumq; decedenti offers; non ζωστὴρ πανάιολος, aut δόρυ μείλινον, aut δέπας ἀμφικύπελλον sed versus diuini, acuti, admirandi, &, vt his omnibus plus dicam, tui. Accedit & hoc, quod vt non vituperari ab omnibus, ita nec laudari a quouis optarim: vt enim alijs culpari, ita mihi laudari a multis molestum est. Quod si tibi me probaro, non dubitabo de reliquis, qui in his agmen ducunt. Vale, Vir clarissime, & me ama.

# ELEG. I.

## De Musis suis.



*Egia, quam cernis tenui se tollere cultu*
*Delicijs cinctam millibus, illa mea est.*
*Exsilat hinc omnis gemitus, lachrymaque dolorque,*
*Curaque in hac partem non habet ulla suam.*
*Heinsius hic habitat: iocus hunc hilaresque lepores,*
*Et posita paruus cuspide cingit Amor.*
*Totaque Musarum domus est: hac tutus in aula*
*Molliter optatos aspicit ire dies.*
*Altaque fallacis declinat vulnera fati,*
*Et dubios casus, & graue mortis onus.*
*Imperij Rex ille sui est, placidisque libellis*
*Imperat, & chartis mollia iura suis.*
*Et quoties dulces circumspicit ordine ciues,*
*Gaudet, & a populo nil timet ille suo.*
*Aspicit hic paruum leuiter ridere Catullum:*
*Aspicit hic numeros, blande Tibulle, tuos.*
*Battiademque suum, patrijs qui ludit in Vmbris,*
*Quique fuit Graijs cognitus ante suis.*
*Hic senij ignarus prosultat Teius: illhic*
*Simichides teneras carmine ducit oues.*
*Hic lepidos Moschus calamis inuitat amores,*
*In choreas paruos dum docet ire Deos.*
*Scilicet hos ciues habet Heinsius: Heinsius illhic*
*Cum placidis Musis dulcia regna gerit.*
*Nec tremit, aut circum subsellia pallidus errat?*
*Ambitio curis non tremit illo tuis.*
*Cumque petit consul fieri, fit protenus: estque*
*Iudicio, quicquid postulat esse, suo.*
*Et regni sibi causa sui est: ridetque, salitque:*

Quaque

*Quaque petit solus munia, solus habet.*
*Seu patriam cingit, patriam seu deserit hostis,*
*Nec metuit, somno nec caret ille suo.*
*Sanctaq; paupertas Superûm contermina regno est,*
*Et nimiam Musis conuenit illa meis.*
*Cumque nihil cernam, tamen exultoque, canoque,*
*Et melius, nullo pondere, liber eo.*
*Ipsa licet totis fortuna erumpat habenis,*
*Surripiet tantum, quod dedit ipsa, mihi.*
*Si nihil est, nihil illa feret. quid perfida rerum*
*Heinsiadæ possis demere? carmen habet.*
*Hoc, licet inuitâ te, possidet ille, canetquè*
*Semper, & has vnas pectore seruat opes.*
*Hæc domus, hæc res tota mea est: plorate tyranni,*
*Inuideasque opibus regia turba meis.*
*Si mihi non ficti circumdant atria vultus,*
*Gensque terit nostras ambitiosa fores:*
*Sed facilis, sed tuta quies, piaque ocia; sed quæ*
*Ingenij dux est aurea Musa mei.*
*SVNT ET OPES opibus placidè caruisse, nimisque*
*Simplicitas magnis est Dea digna viris.*
*Iupiter angustas penetrauit Baucidis ædes*
*Exiguo fultas stipite: Dousa meas.*
*Iupiter ille mihi est: nec enim pia sacra domumque,*
*Aut tenues Hensî negligit ille lares.*
*Vulgus abi, sterilesque animæ: mihi sacra quotannis*
*Soluere sit genio, maxime Dousa, tuo.*
*Instituamque leues, tumuli certamina, ludos,*
*Et similis nobis cura Secundus erit.*
*Illius ad tumulum pariter, vir magne, tuumque*
*Ibit amatori iuncta puella suo.*
*Hic qui mobilibus leuius premit ora labellis,*
*Pluraque figit ouans basia, victor erit.*
*Scilicet hos nouit mea quondam Gracia ludos,*
*Blandaque defunctis basia munus erant.*
*Sic iuuenum dulces cinxêre Dioclea turba,*
*Qui docuit pueros basia prima suos.*
*Interea, mea gens, lepidi salvete libelli,*
*Tuque domus, Musis regia parua meis.*

*Heinsius hunc nullum defendit moenibus hostem,*
*Nec sibi consortem, nec genuit esse parem.*
*Diuitiasque suas tacitè miratur, amatque:*
*Et loquitur populo, vel sine voce, suo.*

## ELEG. II.

### Rossae valedicit in Galliam abiturus.

*TVrba leuis, tenerae, cuius haec habet ora, puellae,*
*Tu quoque carminibus Rossa superba meis.*
*Rossa vale, mea Rossa vale, tuus Heinsius ille,*
*Qui tibi deliciae, qui tibi cura fuit.*
*Hinc abit infelix, placidisque excedere terris*
*Cogitur, & Batauum linquere solus humum.*
*Dum fueram praesens, te deliciisque, iocisque,*
*Et lachrymis poteram demeruisse meis.*
*Saepè ego te latis cingebam molliter vlnis,*
*Saepè fui collo sarcina grata tuo.*
*Vel fueram verè, mea Rossa, vel esse putaui:*
*Fallitur, aut certè fallere gaudet, amor.*
*Innocuus meus ignis erat, simplexque: sed ille*
*Ille tibi ludus ludibriumque fuit.*
*Nunc mihi cum ventis igitur res omnis & vnda est:*
*Di faciant, similis ne sit & illa tui.*
*Nauita crudelis, dum scribimus, instat: eundum est:*
*Vixque moras patitur ventus & vnda meas:*
*Ergò iterùm, mea Rossa, vale: lachrymamque vicissim,*
*Si merui, nostris luctibus adde tuam.*
*Tu lachrymis saltem leuioribus ora rigato,*
*Si lachrymas nequeas fundere, finge, tuas.*
*Scilicet & summo gemitum de pectore ducas:*
*Ducere si nequeas, vt videare tamen.*
*Exiliam, credamque tibi: mens candida nostra est:*
*Ah melius fraudes non capit illa tuas.*
*Basia quid poscam? simul haec metuoque, petoque:*

*Ora*

*Ore tamen leni leniter ora foue.*
*Dulcia, nam vereor, ne ſi ſit ad oſcula ventum,*
*Perfidiæ poſsim non meminiſſe tuæ.*
*Nunc odijs opus eſt: odijs ſi fortiter vtar,*
*Forſitan in tuto iam meus ignis erit.*
*Roſſa, per hiis ego te lachrymas, falſaſque tuaſque,*
*Et nimium veras, improba Roſſa, meas.*
*Baſiaque hac teſtor properantibus humida linguis,*
*Meque oculoſque meos, teque oculoſque tuos,*
*Auferor, inuitus rapior: quò quærere noli:*
*Non facit ad votum noſtra carina tuum.*
*Gallia me vocat hinc, celebriſque Lutetia: tu me*
*Interea memorem vis tamen eſſe tui.*
*Quin etiam peccare vetas, nimiumque vereris*
*Ne ſubeat partes Celtica Nympha tuas:*
*Me miſerum, blandas gens educat illa puellas,*
*Me miſerum, faciles gens habet illa Deas.*
*Ipſaque ruſticitas terris, vt dicitur, illis*
*Exulat, & grauitas, & rigor omnis abeſt.*
*Et peream, ſi non metuam nobiſque, tibique:*
*Et peream, ſi non ferreus eſſe velim:*
*Non tamen, vt fas eſt, promittere cuncta timebo:*
*Tu modò, quod durum credere, crede mihi.*
*Cuncta ego promittam: tu credere cuncta memento:*
*Credibilem nobis ſic licet eſſe fidem.*
*Vtque ego ne peccem, tu me peccare timebis,*
*Et timor ille mei criminis inſtar erit.*
*Simplicitas tibi nota mea eſt, & amare neceſſe eſt:*
*Ah pereat monitis turba ſeuera tuis.*
*Nos faciles Muſæ, teneræ cognata Dionæ*
*Inſtituit ſacris candida turba ſuis;*
*Ingeniumque mihi cum carmine mutat, & illud*
*Materiem tuſti ſemper amoris habet.*
*Et ferus eſt, quiſquis lepidam ſpectare puellam,*
*Et faciles oculos, blandaque colla poteſt,*
*Nec leuibus ſaltem circumdabit illa lacertis,*
*Inque genas dulces tendet, & ora petet.*
*Cætera ſi taceam: teneræ quis baſia Nymphæ*
*Deneget, aut vultum iungere, Roſſa, ſuum?*

Ipſa

*Ipsa poëtarum gens mellis ad oscula nata est:*
*Præcipuum hoc nostræ creditur artis opus.*
*Vix ego vix Phœbo, vix ipsi denique patri*
*Crediderim, si sit, Rossa, poeta meo.*
*Vix ego constantem me suspicor esse, sed esse*
*Si nequeam, tu me posse putare potes.*
*Teque ego si non sis castam tamen esse putabo:*
*Et minuam vitium credulitate tuum.*
*Ad Venerem quoties Mars tenderet, illa negabat*
*Mulciberis noctes ingeniosa sui.*
*Quid faceret? Diuæ Mars credidit: vtile Marti*
*Credere, quod nullus crederet esse, fuit.*
*Rossa vale: nostram iam iam feret aura carinam,*
*Di faciant, votum ne ferat aura meum.*

## ELEG. III.

### Ad Lunam.

*DIcite, qui cœli tremulos percurritis ignes,*
*Nox quoties tacitam languida cōdit humum,*
*Sideraq́ue auratum distinguunt pallida mundum,*
*Cur tegat aspectus Cynthia mœsta suos.*
*Candida cur cæcis obducat lumina nymbis,*
*Et toties populo subtrahat ora suo.*
*Credite, nescitis dubias cognoscere causas:*
*Ingenio res est hæc agitanda meo.*
*Credite, nescitis: nec enim natura creatrix*
*Omnibus a sacris præbuit esse suis.*
*Illa suo libat secedens basia Phœbo,*
*Virgineus quoties pectora pungit amor.*
*Interea totus dominam desiderat æther,*
*Et peragunt cursus sidera parua suos,*
*Sidera, quæ positis subsultant aurea curis,*
*Ad placidas cœli currere iussa fores.*
*Currite turba leuis, lepidæque ignoscite Diuæ:*
*Mox aderit, vultus restituetque suos.*
*Interea metam teneri decurrat amoris,*
*Et nimium gratum condita curet opus.*

Inuidet

*Inuideo, Dea blanda, tibi: vel basia differ,*
*Vel tibi sit voti pars quotacunque mei.*
*Quam bene subuectus simili super æthera curru,*
*Hic poteram Rossæ proximus esse meæ.*
*Ah quoties densâ subitò sub nocte laterem,*
*Artibus eludens sidera cuncta meis.*
*Inuideo, Dea blanda, tibi: quid Cynthia pergis?*
*Quid nimium properas, nec fugitiua manes!*
*Scilicet Endymion reduces expectat habenas:*
*Hæc quoque sunt domino tempora danda suo.*
*Nil vacuum sine amore tibi est: partiris vtrumque:*
*Vix satis est animo noxque diesque tuo.*
*Et metuis, ne si maneas ingrata vocêris.*
*Præcipitat curas altera cura tuas.*
*Nos homines pia turba sumus, Diuosque veremur,*
*Atque aliquid, quicquid vel leue numen habet.*
*Sub lepidis figunt hi basia nubibus: estque*
*Nunc etiam duros qui putat esse Deos?*
*Credibile est illam, quoties videt æthere ab alto,*
*Inque suam flectens lumina cernit humum,*
*Heinsius vt placidas obtundat carmine Musas,*
*Mox tamen immites vt cubet ante fores,*
*Credibile est ridere Deam, si rustica non est.*
*Non ego tam toruos suspicer esse Deos.*
*Forsitan & nostros digito demonstrat amores,*
*Atque ait, infelix hunc male torquet amor.*
*Fabula sideribus, lepidisque ex ordine Diuis,*
*Gens hominum, frustra relligiosa, sumus.*
*Oscula qui fixit Deus est, quæ basia, Diua:*
*Qui nihil, hunc cœlum totaque ridet humus.*
*Tardius ire tamen poteris, paulumque morari,*
*Ne properes noctem perdere, Diua, meam.*
*Hæc misero nox dicta mihi est: quod surripis illi*
*Surripies vetis, aurea Diua, meis.*

ELEG.

## ELEG. IV.

### Ad Didericum Dousam ex Poloniâ reducem, in prœlium abeuntem.

*A Schyticis ergò niuibus, Bessisque, Getisque*
*Redditus ab patria vix, Diderice, tuæ,*
*Protenus e matris teneræ complexibus ibis,*
*Prœliaque audebis miles & arma sequi?*
*Ab poteris dulcem miserande relinquere Dousam?*
*Ingenij testem postulat ille sui.*
*Omnia suspensâ metuit pater omnia mente:*
*Hei mihi, virtuti non fauet ille tuæ,*
*Post cineres Iani, post tristia fata Georgi*
*Dousa meus tandem, quod vereatur, habet.*
*Certus es ire tamen, mediumque inuadere Iberum,*
*Blandaque Nordvvici linquere regna tui.*
*Nec faciles Musæ, nec te Venus aurea tanget,*
*Nec tibi, quæ furtim vincula nectat, erit?*
*Sæpè Venus potuit, quod non potuêre Camœnæ,*
*Quodque nouem nequeunt, vna puella facit.*
*Me tenet obsessum leuibus mea Rossa lacertis:*
*Militiæ titulum vindicat illa meæ.*
*Heinsius infelix, hac sub duce, tendit ad arma:*
*Cum vocat illa, volat; cum vetat illa, manet.*
*Nec minor est Mauorte Venus: quarasque licebit,*
*Vix Veneri sese præferet ille suæ.*
*Nec minor est Veneris, quàm sæui gloria Martis:*
*Vos patriæ curam, nec minus illa gerit.*
*Illa viros Marti: patriæ Mars tradit habendos:*
*Præsidijs Veneris Mars iuuat, illa suis.*
*Si deerunt homines, hominum quis bella mouebit,*
*Aut referet validas ad fera tela manus?*
*Cum vacuum misit lapides Epimethis in orbem,*
*Tristia pro patrijs quis tulit arma focis?*
*Hostis erat nullus, fuerat quia terra duorum:*
*Cumque viro totus femina mundus erat.*
*Par dolor est nobis, geminique pericula belli;*

*Tristia*

Tristia Mars spargit vulnera, spargit amans.
Cumque dolor par sit, non est constantia vobis:
Horrida vos tremitu vulnera, sperat amans.
Atque aliquis figi lepidis optauit ocellis:
Atque aliquis lædi dulce vocauit opus.
Si tamen & testes res postulet, his quoque Cypris
Vtitur: exemplis non caret illa suis.
Coclita Mars referat: referet Cytheræa Leandrum,
Cassus vterque suas remige fugit aquas.
Hostibus ille suis, hic gessit prælia ventis:
Ille hominum vires pertulit, ille Deûm.
Mucius æternæ meruit præconia famæ,
Impauidam flammis tradidit ille manum.
Vidi ego qui saeuis cor traderet ignibus, & cui
Vulneris expertem viuere, vulnus erat.
Si libet in mea castra veni. rursusque vicissim
In tua, si libeat, me quoque castra voca.
Aspiciam tristes aquilas, saeuasque bipennes,
Armaque, & ardentes in tua fata manus.
Tu facilesque genas, oculosque suaue minaces,
Pectoraque, & Dominæ mollia colla meæ.
Mania tu cinges gladijs: ego colla lacertis.
Nos precibus gremium: milite Dousa solum.
Si superor: sic sub Peneide victus Apollo est.
Si fuero victor: cum Ioue victor ero.
Omnia Mars subigit: sed & hunc Cythereïa mater:
A vestro spolium præside nostra tulit.
Post superas acies, & tristia bella Gigantum,
Per Libycam Mauors ferreus ibat humum.
Vtque recens victor ferrugine pectus Iberâ,
Et galeâ vultum cinxerat ille suum.
Dextera præfixo quatiebat spicula ferro,
Qui latus horrendum cingeret ensis erat.
Omnibus ille acies iactabat & arma Deorum:
Se quoque, qui belli pars quotacunque fuit.
Mobilis occurrit facili Cythereïa vultu,
Quæ, nisi quod dulcis esset, inermis erat.
Pone sequebatur lepida vestigia Diuæ,
Paruaque gestabat spicula paruus Amor.

Mars

*Mars Venerem risit, puerumque: nec his, ait, armis*
*Enceladus matrem sanguine tinxit humum.*
*Rusticitas Mars quanta tua est! ignosce Dione,*
*Delicijs dignus vix fuit ille tuis.*
*Quid faceret? risit lepido Venus aurea vultu:*
*Hoc satis, vt Martem perdere posset erat.*
*Non clypeis validis opus, aut crudelibus armis*
*Vt caderet validus Mars, sed Amore fuit.*
*Cede pater Mauors: nisi vincere, victus abibis:*
*Teque capi nisi vis, sic quoque captus eris.*
*Quam bene neglectos Cytherea vindicat ignes!*
*Vt doleant, hostes cogit amare suos.*
*Ipsaque pœna iuuat: nec Cypride mitior vlla est:*
*Quæ nocet, vt placeat, vt placeatque, nocet.*
*Scilicet ex illo socio Mars gaudet Amore,*
*Et Venerem, frustra quam prius odit, amat.*
*Tu quoque peccato sic cum Mauorte, tuamque*
*Linque Deam posthac, Dousa, vel adde meam?*

## ELEG. V.

### Ad Amicam.

*OBijciunt nobis duo crimina, Rossa, puella:*
*Iudicij posthac res erit illa tui.*
*Displicet his gressus leuitas: his displicet oris,*
*Hæc celeres voces arguit, illa pedes.*
*Tarda iuuant alios dubio vestigia passu,*
*Ponderat hic gressus, ponderat ille suos.*
*Heinsius æquales volat inter, & alite cursu*
*Perque vias omnes & fora vectus abit.*
*Da veniam vaga turba mihi: mora displicet omnis.*
*Si cupiam, tardo non licet esse mihi.*
*Mens leuis exultat, perque æthera nostra vagatur,*
*Et male vicinam tangere nescit humum.*
*Cumque alij torpent, volat hæc, linguamque pedesque*
*Segnius exemplo non sinit ire suo.*
*Ingenium certat cum corpore: corpus eundo*
*Ingenio metuit tardius esse suo.*

Natus

*Natus ego cum matre meâ diuortia feci:*
*Et nimium tellus est onerosa mihi.*
*Quis superos ignes, cognataque lumina mundi,*
*Quis celeres Phœbum sistere mallet equos?*
*His chaos antiquum tacitâ distinxit ab vmbrâ*
*Iupiter, & leges iussit habere suas.*
*At grauior subsedit humus: suppositaque cœlo*
*Degeneres animos improba mater habet.*
*Prima Deos fecit currentia signa vetustas:*
*Et leuitas tanto nomine digna fuit.*
*Esse Deus poteram, nisi tempore serior essem:*
*Et merui pedibus numen habere meis.*
*Græcia quod multis dedit, hoc concederet vni:*
*Atque aliqua in cœli parte locandus eram.*
*Nunc, licet in terris, trahor ad commercia cœli:*
*Et superos ignes, & vaga signa sequor.*
*Illaque pars nostri subitis se tollit habenis,*
*Quaque potest tardam fallere fallit humum.*
*Interea sese subducit, & inuia quæque*
*Lustrat, & huc illuc corporis exul abit.*
*Et modò per rupes, modò per decliuia saxa,*
*Antraque Musarum, blandaque sacra volat.*
*Sed tamen in gremioque tuo, mea Rossa, sinuque*
*Sæpius: hic aulam condidit illa suam.*
*Inque tuis absens tunicis impune vagatur*
*Heinsius: hic sedes, hic sua tecta colit.*
*Subsequitur corpus, licet haud discrimine nullo:*
*Atque aliquid tantæ mobilitatis habet.*
*Depositum sit terra tuum cuicunque libebit,*
*Et miseram vasto pondere tundat humum.*
*Heinsius, ignauas cum si properabit ad vmbras,*
*Gestet humum facilem, cui leuis ante fuit.*

## ELEG. VI.

### Ad Hugonem Grotium.

*Spes patriæ, cuius venturi tempora sæcli*
*Ingenio nullam sunt habitura fidem,*
*Per placidas Musas, & per communia nobis*
*Orgia, per teneras, numina nostra, Deas,*
*Accipe quæ ferimus: vultuque ad gaudia verso*
*Surriptas Batauus tempora pauca tuis.*
*Aurea lux primas hesterna remouerat vmbras,*
*Tertiaque instantem vexerat hora diem.*
*Me sopor, & blanda tenuêre silentia noctis:*
*Nec grauis in toto pectore cura fuit.*
*Cum subito nostræ feriuntur murmure valuæ,*
*Et tremit oppositâ ianua pulsa manu.*
*Obstupui: Cythereia fuit, leuiterque reuulso*
*Cardine, per summam flebilis ibat humum.*
*Qualiter extincto lachrymis tibi fudit Adoni,*
*Sanguineis madidas vnguibus icta genas.*
*Atque ait: o vates operis dulcissime nostri,*
*Qui lepidum, nostro munere, nomen habes,*
*Hac meus, hac ipsâ cecidit mihi nocte Cupido:*
*Occidit immiti vulnere paruus Amor.*
*E pharetrâ sæuam deprompserat ille sagittam:*
*Exitium domino consulit illa suo.*
*Occidit ille puer, quo solo nomine felix,*
*Dictaque quo solo nomine mater eram.*
*Aspicis has pharetras, &, dulcia tela, sagittas?*
*Scilicet has solas ille reliquit opes.*
*Hæc pueri res tota mei est: hoc accipe munus:*
*Scilicet hæredem te iubet esse suum*
*Nec mora: iam pharetramque suam suspendit & arcum.*
*Protenus ex humeris aurea Diua meis.*
*Quid faceret? fuit alter Amor tuus Heinsius: illi*
*Iam faciles ibant ad noua bella manus.*
*Spicula fundebam geminata, sine ordine, passim:*
*Nec fuit a iaculis tuta puella meis.*

*Sed nimium violentus eram: prô blanda Dione!*
*Vis stabilis regni non fuit illa mei*
*Ressa caue, dixi, non te, pulcherrima rerum,*
*Eripiet manibus Iupiter ipse meis.*
*Fulmina dicuntur iaculis concedere nostris:*
*Et Iouis in terris, Iupiter alter ero.*
*Interea totâ meditabar prœlia mente:*
*Et satis in lusus ingeniosus eram.*
*Iam Venerem poteram non dedecuisse videri:*
*Nec poterat nati iam meminisse sui.*
*Virgo leuis quæcunque meis occurreret armis*
*In gremio matris concidit icta suæ.*
*Vulneribus solæ nostris cecidere puellæ,*
*Nec fuit e votis altera turba meis.*
*Iam faciles ibant demisso lumine Nymphæ:*
*Et sua iungebant mollia corda viris.*
*Sponte sub amplexus iuuenis veniebat amica:*
*Atque aliquis precio sollicitandus erat.*
*Dulcia poscebat sibi basia qualibet, & quæ*
*Dulcia non dederat verba, repulsa fuit.*
*Me quoque iam mollis circumdedit vndique turba,*
*Ausa sub amplexus turba venire meos.*
*Quin etiam, pulcher, totâ iactabar in vrbe,*
*Et volui formæ credulus esse meæ.*
*Protenus accessit grauitas: dignusque videbar*
*Posceret vt noctes, illa, vel illa, meas.*
*Facta ferebatur cui blanda aduertere vellem*
*Lumina: quæ tulerat basia, Diua fuit.*
*In noua lassabar miser oscula, vixque ferendis*
*Delicijs tot, par, millibus vnus eram.*
*Vnica restabat iaculis impervia nostris,*
*Sæuitiæ pœnas soluere digna suæ,*
*Vnica restabat mea Ressa, nec ebria curis,*
*Vulneribus nec adhuc saucia facta meis.*
*Hanc procul vt vidi, ter inanem dextera motum,*
*Dulciaque intentans vulnera, lapsa fuit.*
*Senserat, & blandi stimulis agitata furoris,*
*Arma parat, telis obuia tela meis.*
*Opposuit tædis oculos, vultumque sagittis,*

*Et iaculis frontem, vulneribusque manum.*
*Nec clypeis opus, inquit, erit, nec cedimus hosti:*
*Sit procul, hostiles qui tremit ante manus.*
*Pugna diu caluit, blandusque Cupidinis hares,*
*( Seu quod adhuc tyro, seu quod inermis erat)*
*Concidit, & versa pharetris cecidere sagittæ,*
*Quas subitò facili sustulit illa manu.*
*Nunc pharetram mea* Rossa *gerit: mea Rossa Cupido est:*
*Imperium victrix possidet illa meum.*
*Vtque ego ridentes poscebam in bella puellas,*
*Sic iaculo sæuos territat illa viros.*
*Perque vias omnes iaculis impunè vagatur:*
*Atque iterum gentem vindicat illa suam.*
*Dij faciant ne tu primus feriare: caue bis*
*Si poteris monitis tutior esse meis.*

## ELEG. VII.

### Ad Iouem.

ANne *aliquod munus, Diuûmq; hominumque potestas,*
*Nunc vacat in regno, Iupiter alme, tuo?*
*Dic precor hoc vnum: veniam, terrasque relinquam:*
*Et referam sedes ad tua tecta meas.*
*Forsitan inquires, cui sim magis vtilis arti:*
*Ingenio res est non aliena tuo.*
*Sum lepidus, sum dulcis amans, quod sæpe fuisti.*
*Omnibus exemplo res placet illa tuo.*
*Basia præterea non tam bene figeret vllus,*
*Labraque cum labris iungeret vda suis.*
*Ambitio sedes hominum possedit & vrbes:*
*Impatiens hic est sortis & ille suæ.*
*Hic domines fasces sibi vindicat, ille secures:*
*Ast ego, quod potero, semper amator ero.*
*Hic ego sim, sortemque meam mea vota sequantur:*
*Non placet optanti sors aliena mihi.*
*His merui superis asscribi, Iupiter, oris*

*Moribus:*

*Moribus: his ciuem me decet esse tuum.*
*Exiguum posco, Ganymedi proximus esse,*
*Officio vires non superante meas.*
*Pocula prælibat tenero tua Dardanus ore,*
*Et monitu tutum te facit esse suo.*
*Sic ego prælibem cum tendis ad oscula primum,*
*Et tua prægustem basia, tutus eris.*
*Siue leuem Nympham viride: seducis in herbas:*
*Seu pepigit noctes illa vel illa suas;*
*Me pete, me præmitte tibi, securior ut sis:*
*Iudicio nunquam decipière meo.*
*Protenus os iungam leuiter, labrumque labello,*
*Inque Deæ vultus blandaque colla ferar.*
*Præludamque tibi, carpendaque basia primus*
*Experiar, nec me promptior alter erit.*
*Dicere si nequeas quicquid lubet, annue tantum:*
*Tutius haud poteris quam sine voce loqui.*
*Omnia cognoscam, si forte vel aspera Iuno*
*Ætheris auratas excubat ante fores;*
*Aut aliquis nostros Superûm qui captet amores,*
*Aut aliquis fluxâ quem rear esse fide.*
*Crede supercilio, si quando vocabere, nostro:*
*Crede meis oculis, signaque redde tuis.*
*Dulcia si fuerint, si te mihi digna videntur*
*Basia, nec labris displicuêre meis:*
*Blande pater, dicam, venias: tibi cætera restant:*
*Dicere si nequeam, mollia signa dabo.*
*Basia sufficient mihi, tu potiora tenebis:*
*Non ego promissæ fur tibi noctis ero.*

## ELEG. VIII.

*SPes ego crediderim teneros genuisse poetas:*
*Principium nobis non aliunde fuit.*
*Omnia speramus, promissaque vana fouemus*
*Molliter, & faciles ad noua vota sumus.*
*Interea totum paupertas possidet æuum,*
*Cæcaque voluendo somnia, vita perit.*

*Et iaculis frontem, vulneribusque manum.*
*Nec clypeis opus, inquit, erit, nec cedimus hosti:*
*Sit procul, hostiles qui tremit ante manus.*
*Pugna diu caluit, blandusque Cupidinis hæres,*
*( Seu quod adhuc tyro, seu quod inermis erat)*
*Concidit, & versæ pharetris cecidere sagittæ,*
*Quas subitò facili sustulit illa manu.*
*Nunc pharetram mea* Rossa *gerit: mea Rossa Cupido est:*
*Imperium victrix possidet illa meum.*
*Vtque ego ridentes poscebam in bella puellas,*
*Sic iaculo sæuos territat illa viros.*
*Perque vias omnes iaculis impunè vagatur:*
*Atque iterum gentem vindicat illa suam.*
*Dÿ faciant ne tu primus feriare: caue bis*
*Si poteris monitis tutior esse meis.*

## ELEG. VII.

### Ad Iouem.

A*Nne aliquod munus, Diuûmq; hominumque potestas,*
*Nunc vacat in regno, Iupiter alme, tuo?*
*Dic precor hoc vnum: veniam, terrasque relinquam:*
*Et referam sedes ad tua tecta meas.*
*Forsitan inquires, cui sim magis vtilis arti:*
*Ingenio res est non aliena tuo.*
*Sum lepidus, sum dulcis amans, quod sæpe fuisti.*
*Omnibus exemplo res placet illa tuo.*
*Basia præterea non tam bene figeret vllus,*
*Labraque cum labris iungeret vda suis.*
*Ambitio sedes hominum possedit & vrbes:*
*Impatiens hic est fortis & ille suæ.*
*Hic dominos fasces sibi vindicat, ille secures:*
*Ast ego, quod potero, semper amator ero.*
*Hic ego sim, sortemque meam mea vota sequantur:*
*Non placet optanti sors aliena mihi.*
*His merui superis asscribi, Iupiter, oris*

*Moribus:*

*Moribus: his ciuem me decet esse tuum.*
*Exiguum posco, Ganymedi proximus esse,*
*Officio vires non superante meas.*
*Pocula prælibat tenero tua Dardanus ore,*
*Et monitu tutum te facit esse suo.*
*Sic ego prælibem cum tendis ad oscula primum,*
*Et tua prægustem basia, tutus eris.*
*Siue leuem Nympham viridi seducis in herbas:*
*Seu pepigit noctes illa vel illa suas;*
*Me pete, me præmitte tibi, securior vt sis:*
*Iudicio nunquam decipiere meo.*
*Protenus os iungam leuiter, labrumque labello,*
*Inque Dea vultus blandaque colla ferar.*
*Præludamque tibi, carpendaque basia primus*
*Experiar, nec me promptior alter erit.*
*Dicere si nequeas quicquid lubet, annue tantum:*
*Tutius haud poteris quam sine voce loqui.*
*Omnia cognoscam, si forte vel aspera Iuno*
*Ætheris auratas excubat ante fores;*
*Aut aliquis nostros Superûm qui captet amores,*
*Aut aliquis fluxâ quem rear esse fide.*
*Crede supercilio, si quando vocabere, nostro:*
*Crede meis oculis, signaque redde tuis.*
*Dulcia si fuerint, si te mihi digna videntur*
*Basia, nec labris displicuêre meis:*
*Blande pater, dicam, venias: tibi cætera restant:*
*Dicere si nequeam, mollia signa dabo.*
*Basia sufficient mihi, tu potiora tenebis:*
*Non ego promissæ fur tibi noctis ero.*

## ELEG. VIII.

*SPes ego crediderim teneros genuisse poetas:*
*Principium nobis non aliunde fuit.*
*Omnia speramus, promissaque vana fouemus*
*Molliter, & faciles ad noua vota sumus.*
*Interea totum paupertas possidet æuum,*
*Cæcaque voluendo somnia, vita perit.*

*Sic ego vix tandem, spe multùm lusus inani,*
*Incipio fati conscius esse mei.*
*Cum domitos cecini vi libertatis Iberos,*
*Et Tragico Princeps syrmate rasit humum,*
*Omnia visus eram nostris meruisse Batauis:*
*Causaque, vel populo teste, probata mea est.*
*Terque theatrales fremitus, plaususque notaui:*
*Et caueæ assensus signa dedere sui.*
*Astiterat iudex, hinc Dousa, hinc Scaliger: illhinc*
*Astiterat Groti vis generosa mei.*
*Testibus his (fas sit modò dicere) præmia laudum*
*Debita nec votis inferiora tuli.*
*Hoc miser esse aliquid, vel tantum posse putaui,*
*Ne mihi cum fatis vlla querela foret.*
*Omnia destituunt: laudata Batauia tanti*
*Hospitium Musis non putat esse meis.*
*Gallica me sibi poscit humus: gaudete Bataui,*
*Et memores saltem nominis este mei.*
*Atque aliquis dicat, Tragicos dum perlegit ausus,*
*Heinsius his terris viuere dignus erat.*
*Nauita quid cessas intendere vela carinæ,*
*Carbasaque in ventos tota mouere suos?*
*Cætera fortunæ committimus: Heinsius illi,*
*Perfida si fuerit, non leue crimen erit.*
*Per Superos iuro, Phœbique ignobile numen,*
*Per malè nota mihi numina vestra Deæ,*
*Non ego crudeli metuam dare nomina Marti,*
*Destituat puppem si leuis aura meam.*

## ELEG. IX.

### Ad inuidum pro Amicæ staturâ.

*INuide quid nostros toties proscindis amores,*
*Quæque mihi placuit, non placet illa tibi?*
*Ardua si non est, veteresque imitata Latinas,*
*Et nimio fessam corpore pulsat humum.*
*Si gremio satis illa meo est, nostrisque lacertis*
*Conuenit, atque aliquid corpore maius habet.*

*Si vigor & lenes faciunt cum corpore mores,*
*Grataque mobilitas, & lepor omnis adest,*
*Et faciles risus, risuque suauior ipsa,*
*Pluraque quæ sensus surripuêre meos.*
*Quid Phædram Procrinque mihi, quid nomina iactas*
*Cætera? gens prisci temporis illa fuit.*
*Andromaches memini: sed militis illa mariti*
*Sanguineo coniux Hectore digna fuit.*
*Militis hæc votum decuit: decet illa poëtæ,*
*Et tenerum vatem quem tueatur habet.*
*Ille thorum positis victor repetebat ab armis:*
*Omnibus hic armis durior vxor erat.*
*Quaque ibi mentitum Phrygijs mactauit Achillem,*
*Sustinuit rigidâ coniugis ora manu.*
*Adde quod antiquis fuerant e rupibus orti,*
*Et generis princeps vltima, quercus erat.*
*Sylua (quis hoc nescit?) veteres genuisse parentes*
*Dicitur, & nostri sanguinis auctor erat.*
*Non iuuenis placidæ cingebat colla puellæ,*
*Nec mulier prisco tempore nota fuit.*
*Aëriæ pinus, abiesque puerpera quondam*
*Protenus in rigidam corpora misit humum.*
*Glandibus agnati fuerant hominesque feræque:*
*Arbore quâ cecidit bacca, repertus homo est.*
*Rustica Saturno sub præside desijt ætas:*
*Iupiter excepit, blandaque regna tulit.*
*Diû tamen antiquo non degenerauit ab æuo,*
*Et soboles trunco digna parente fuit.*
*Vltima successit, Diuisque volentibus ætas*
*Emendata fuit, paruaque turba sumus.*
*Præcipuè nostra gens insidiosa puellæ,*
*Queis sua lasciuus tela ministrat Amor.*
*Iupiter è Diuûm toties cur fugerit aulâ*
*Quæritur, & priscâ coniuge, vasta fuit.*
*Non placuit grauitas, & nostrâ maior imago,*
*Nec potuit lecti tædia ferre sui.*
*Ad Semelen supplex, ad Naïada quamlibet ibat:*
*Et precium cœli parua puella fuit.*
*Si breuitas placuit, non sum sapientior illo:*

*Et Iouis exemplo cæcus amator ero.*
*Adde, quod in paruâ minimum est quod displicet vlli,*
*Nec grauius toto corpore crimen habet.*
*Paruaque quæ tota est, paruum est quod dedecet illam:*
*Peccat ad exemplum corporis illa sui.*
*Quid quod & extremis gens inueniatur in oris,*
*Quæ pede vix maior dicitur esse meo?*
*Prœlia quæ gestat gruibus metuenda, manuque*
*Agminis hostiles fundere gaudet aues.*
*Huc ego cum Rosâ veniam: regnabimus illhic:*
*Regibus occurrent agmina parua suis,*
*Præficientque sibi, iurataque ducar in arma:*
*Scilicet & turmæ dux fugientis ero.*
*Prœlia quæ restant dominæ peragentur in vlnis:*
*Sufficiet voto nulla vel illa meo.*

## ELEG. X.

### Ad Bohemum quendam amicum, de poetriâ celeberrima.

*SIccine cui tanti Batauas accedere Musas,*
*Scaligerumque meum Dousiademque fuit,*
*Regna Bohemorum repetes arcesque tuorum?*
*Strictaque pro nobis Cæsaris arma tui?*
*Scilicet est aliquid patrijs insistere terris:*
*Est aliquid reducem posse venire suis.*
*Omnia sunt aliquid: tamen his maiora supersunt*
*Nec male nota mihi, nec male nota tibi.*
*Nescio quæ vestris ( si fas sit dicere ) terris*
*Eminet ingenij dote puella sui.*
*Ingenio cunctas supereminet illa puellas,*
*Atque aliquid sexu nomine maius habet.*
*Inuideo tua vota tibi: tu molliter illi,*
*Dulcia prætendens carmina, iunctus eris.*
*Et modò donabis quem perlegat illa libellum;*
*Quodque verecundo possit ab ore legi.*
*Nunc Batauûm laudes referes, ipsosque poëtas,*
*Atque ita per causas omnia tutus ages.*

*Forsitan*

*Forsitan hos inter dabitur tuus Heinsius illi:*
*Atque aliquâ saltem parte beatus ero.*
*Vel Tragico nuper quæ fudimus ausa cothurno?*
*Vel potius Rossa carmina dicta mea.*
*Quicquid id est, tantùm precor ut commender ab illo?*
*Et referas animi munera multa mei.*
*Plus quoque quàm verum vel fas est adijce nobis:*
*Nec dubites laudes accumulare meas.*
*Non ego tot terris non tot disiunctus ab undis*
*Præripiam partes, blande poëta, tuas.*
*Omnia sunt tentanda tibi: sub mille figuris*
*Molliter occultus serpere gaudet amor.*
*Illius ingenium placidè laudabis & artem,*
*Ingenio pluris sit licet ipsa tibi:*
*Sub studio communis amor celabitur uno,*
*Et facilè immunis suspicionis eris.*
*Forsitan aduentus tibi nomine basia figet:*
*Hinc venient animi vulnera prima tui.*
*Dispereat, quisquis non hæc sperabit ab vllâ:*
*Gens nimiùm vates ingeniosa sumus.*
*Si metuis, nimiumq; tuo diffidis amori,*
*Incipiam partes ipse subire tuas.*
*Scaliger ignoscas: non sunt tua numina tanti:*
*Da veniam fasso, Dousa, Bohemus ero.*
*Non ego sum tardus, nec cui malè credere possis:*
*Si dubites, poterit dicere Rossa tibi.*
*Iam propero: iam Praga mihi, iam Cæsaris arces*
*Mœniaque apparent: terra Batava vale.*
*Protenus accedam, nec me via fallet euntem,*
*Atque aliquid maius Cæsare quæret amor.*
*Aspiciam vultus cuius tot carmina legi,*
*Quam prius aspexi, quàm mihi nota fuit.*
*Hic aditus molles, & tempora prima per artem*
*Experiar, si quâ possit ab arte capi.*
*Cæterea de facili venient, & verba sequentur,*
*Ipsaque quos iungunt carmina, iunget amor.*
*Blanditiæ accedent, festiuaque turba poëtæ,*
*Auxilio flammis turba futura meis.*
*Talibus his blandus quid non sperabit amator?*

*Ingenio venient qualibet apta meo.*
*Siue leges Nemesin, Nemesis mihi fiet in illâ:*
*Siue alios ignes, protenus illud erit.*
*Basia si quisquam petijt, petet illa duobus:*
*Si petat illa sibi, poscet & illa mihi.*
*Quaque pudor prohibet mihi dicere, perleget ipsa:*
*Subueniet voto charta benigna meo.*
*Tot mihi patroni, quot sunt tibi Roma poëta,*
*Aduenient, quorum luxuriauit amor.*
*Omnibus his formis meus occultabitur ignis:*
*Inueniam flammis nomina mille meis.*
*Quo feror infelix? quo me temerarius error,*
*Et malè festini pectoris ardor agit?*
*Catera qua restant pro me paragenda relinquo:*
*Da veniam votis tu modò, Rossa, meis.*

## ELEG. XI.

### De columbis in Lugdunensi obsidione.

*PRospera lux oritur: Batauæ properate puellæ,*
*Ad Veneris sacram turba venite diem.*
*Luxurientque leues oculi, facilesque lacerti:*
*Et procul a sacris inuida vestis eat.*
*Tu quoque, Rossa, veni, teneras discincta papillas:*
*Sic precium vati dulce laboris erit.*
*Hac fuit, hac fuit illa dies, quâ mollis Iberus*
*Deseruit muros, Leyda beata, tuos.*
*Altera pars Veneri vacat hinc, vacat altera Marti:*
*Marsalijs, Musis est Venus apta meis.*
*Viderat obsessos externo milite muros,*
*Et Batauam latè feruere Cypris humum.*
*Ah quoties Martem leuibus circundedit vlnis,*
*Inque Dei vultus collaque lapsa fuit.*
*Vinculaque admonuit socij communia lecti,*
*Fœderaque indicio prodita, Phœbe, tuo.*
*Admonuit lachrymasque suas adiunxit, & illa*
*Molliter occulti murmuris instar eunt.*
*Quis gemitus nescit? lachrimas quis nescit amantum*

Scilicet

*Scilicet his Martem vindicat illa suum.*
*Ah quoties dixit: fortissime, si tibi quicquam*
*Cypridis ex illo tempore dulce fuit,*
*Basia quo primùm tacito suppressimus ore,*
*Mulciberi frustra dissimulata meo.*
*Blandaque praebuimus lepido spectacula caelo,*
*Et fuimus magnis fabula nota Deis;*
*Disjice nigrantem Batauo de littore gentem:*
*Indicium Phoebi sentiat illa sui.*
*Dixerat, & Cypron gemino Dea tendit olore,*
*Perq; leuem properans aëra vecta fuit.*
*In violisque suis placidum collapsa soporem*
*Duxit, & è luctu tota soluta fuit.*
*Quis sopor ah fuit ille Dei? simplexque, leuisque:*
*Qualiter in magnis luctibus esse solet.*
*Pectora captabant tenuem pellucida somnum,*
*Et Zephyrus lenem sollicitabat humum,*
*Oraque lambebat strepitans & colla Dionae,*
*Lapsaque de niueo pectore vestis erat.*
*Languebant placido velut inter gaudia somno*
*Lumina, paxq; oculis simplicitasque fuit,*
*Simplicitas, qualem Venerem decuisse putares,*
*Cùm fluit è thalamo semisopita suo,*
*Qualis in amplexu iacuit tibi, pulcher Adoni,*
*Fessa, peregrinis fusa sub arboribus.*
*Mars pater extremum forte hac properabat ad Istrum,*
*Inque suam longè ferreus ibat humum.*
*Vtq; solet (nec enim Veneri dilectior hospes)*
*Cypridis in dulcem labitur ille domum.*
*Quidq; gerat rerum visurus, & oscula saltem,*
*Notaque tacturus limina, tecta petit.*
*Vixque fores dulces ferijt, cùm ianitor aulae*
*Mollia festiuus limina pandit Amor.*
*Vtq; Deum vidit, leuiter subrisit: at ille*
*Dulcia priuigni circuit ora sui.*
*Paruaque largitur puero munuscula, mala*
*Scilicet, & similes officiosus opes.*
*At Venus occulto procul aurea victa sopore,*
*In violis iacuit nescia Diua sui.*

Rosq; per vmbrosas descendens leniter herbas
Perq; oculos Diuae collaque fusus erat.
Ipsaque deductas percurrens aura papillas
Soluerat arbitrio pectora laxa suo.
Mars pater obtutu, simul illam vidit, eodem
Hasit, in aduersam lumina fixus humum.
Bisque Dea dulcem voluit turbare soporem,
Candidaq; iniecta cingere colla manu.
Bis voluit, nequijtq; tamen, dubitansq;, pauensq;,
Bis fuit è coeptis dextera versa suis.
Ah quoties dixit tenui, Cythereia, voce:
Ah quoties dixit: o Cytherea veni.
Saepè iterum vocem dubio repressit in ore,
Inque oculos versus, blandaque cella fuit.
Paruus Amor saues placidè defendere soles
Cypridis e molli corpore iussus erat,
Qui procul vt vidit tenuem prodire cicadam,
Muneris oblitus officijque fuit.
Vtque puer paruis tendebat retia muscis,
Insidijsque aliquam sollicitabat auem.
Dumque ita Gradiuus miratur ab arbore ramus
Decidit in vultus, aurea Diua, tuos.
Obstupuit Deus, obstupuit pulcherrima rerum:
Eque Dea lenis pectore somnus abit.
Luminaque infelix dubio nutantia motu,
Et leuiter vultum sustulit icta suum:
Conspexitque Deum, tenuique offusa rubore est,
Increpuitque ausus, Mars violente, tuos.
Iurgia sed blanda quàm sint metuenda Dionae
Non semel expertus Mars pater ipse fuit.
Iraque pacati Veneris praenuncia risus,
Vt pluuij roris Cynthius, esse solet.
At Deus occultâ pertentans pectora laude
Sollicitat placidâ Cypridis ora manu,
Basiaque adiungit (nec denegat illa Dione)
Rusticitas nostram non decet illa Deam.
Atque aliquod prisci munus pete Diua fauoris
Inquit, & hoc certè me tribuente feres.
Molliter arrisit roseis Cytherea labellis,
(Credibile hoc Marti plus placuisse suo)

Spemque

*Spemque aliquam nobis obsessa mœnibus urbis*
*Mitte, vel has liceat mittere, dixit, aves.*
*Errabant geminæ per terram forte columbæ,*
*Quas procul insultans exagitabat Amor,*
*Annuit, & blandi precium Mars poscit amoris:*
*Sic Boreæ sedes occupat, illa manet.*
*Postera lux aderat: geminas Cytherea columbas*
*Iungit, & in Batauam tendere pergit humum.*
*Vtque suum Dousam mediâ conspexit in vrbe,*
*Quo fugias hostes armaque, dixit, habes.*
*Accipe queis possis dubias mandare tabellas,*
*His poteris mentem credere, Dousa, tuam.*
*His tibi non vanam poteris sperare salutem:*
*Si libet his hostes ludere, lude tuos.*
*Omnia deficiunt (quid enim non claudit Iberus?)*
*Me duce sollicites æthera, tutus eris.*
*Ille Deæ donis percussus in aëra tendit,*
*Et Veneris sacras munera mittit aues.*
*Littera Boisotus refluas cingebat ad vndas,*
*Subsidio Leyda venerat ille suæ.*
*Huic volucrem sacram trepidâ demittit ab vrbe,*
*Qua referat ductus illius: illa volat.*
*Moxque domum gaudens, dulcesque reuisere nidos*
*Per medium rursus aëra lapsa fuit,*
*Scriptaque Boisoti mandataque gestat in alis,*
*Iamque ministerij dulce peregit opus.*
*Nunc quoque Lugdunum geminæ pia corpora seruat*
*Alitis: Elysius cætera campus habet.*

## ELEG. XII.

### Ad Hugonem Grotium.

*DVm male diuiso miseri luctamur in igne,*
*Furtaque tentantes dulcia fallit Amor,*
*Tu faciles curas, tu sub lare tutus eodem*
*Dissimulas ignes, magne poëta, tuos.*
*Ipsa domus blandos pariter coniungit amantes:*
*Præsidium culpæ sustinet illa tuæ.*

*Da veniam, si cui non rusticus esse videris:*
*Non facit ad lusus vita seuera tuos.*
*Quid referam Musas quæ te comitantur, & illa*
*Sub quibus occultus viuere gaudet amor.*
*Et stipulis ignes, & vati iunge puellam,*
*Protenus in flammas ibit vterque suas.*
*Igne quis in medio tutum Phaethonta putabit,*
*Dum miser arentem fulgure lustrat humum?*
*Nostraq; mens ipsâ non est crudelior arte,*
*Quæ faciles motus & leue carmen amat.*
*Scilicet est aliud quod te disiungit ab illis,*
*Atque aliquid priscæ iam grauitatis habes,*
*Curia te postquam subitò possedit, & ipse*
*In tua iam prætor verba seuerus abit.*
*Suspiciunt omnes, & bis mirantur in vno,*
*Et iuuenem & vatem verba diserta loqui.*
*Non ego cum vulgo (liceat mihi vera fateri)*
*Nec nimium mentem res mouet illa meam.*
*Iudiciis primum tenero præludis amore:*
*Vix bene patronus factus, amator eras.*
*Adde togam tantum, domus est tua curia tota:*
*Mille domi causas quas tuearis habes.*
*Hic placidæ lites, hic iudice digna puellâ*
*Eloquij crescunt semina prima tui.*
*Insimulat quisquam? reus es: si despicit, actori*
*Suppeditat casus qualibet hora suos.*
*Basia sunt promissa tibi; dare basia differt:*
*Res etiam leges postulat illa suas.*
*Legibus vtendum est: sunt & sua iura Dionæ,*
*Nec minor est magno Cæsare paruus Amor.*
*Ipsa parens legum Venus est: dedit illa Quiriti,*
*Hoc etiam nostrum Papinianus habet.*
*Romulus intactis primùm sua iura Sabinis*
*Prodidit: hinc leges cœpit habere suas.*
*Quid facerent ritus, quid inania nomina legum?*
*Quæ pareret legi turba creanda fuit.*
*Nunc quoq; Natura ius præstat, & ordine primum est:*
*Latius imperium Cæsare Cypris habet.*
*Non male conueniunt pariter tunicæque togæque:*

*Vtraq;*

*Vtraque secura munia pacis agit.*
*His bene munitus ciuilia tendis in arma,*
*Inq́; tuos lusus, magne poëta, venis:*
*His bene munitus, patriam patriaq́; secures,*
*Gestaq́; pro patriâ fortiter arma cat is.*
*Nassouiumque ducem tenebris subduc is & annis,*
*Ne pereant fato tempora nostra suo.*
*Queis, qua tuus Princeps per littora vectus habenis*
*Diciter, his cœlum scandis, & astra petis.*
*Inscia Posteritas plus te mirabitur vno:*
*Inuidiæ cunctis vatibus vnus eris,*
*Nec poteris reperire fidem, nisi desipit ætas:*
*Ipse tuo semper nomine maior eris.*
*Omnia cùm tuleris, aliquid ferat inde puella,*
*Exiguum laudis postulat illa sibi.*
*Illa tibi dulces aspirat molliter ausus:*
*Ingenio motus sufficit illa tuo.*
*Ah pereat rupes Parnassia, vanaque quicquid*
*Temporis antiqui Græcia mater habet.*
*Carmina quæ blandis demixæ scribuntur in vlnis,*
*Cætera si pereant, nescia mortis erunt.*

## ELEG. XIII.

### Ad Iacobum Vischerum.

*QVid toties, Vischere, meos inquiris amores,*
*Nec pateris flammam dissimulare meam?*
*Scilicet obductus melius consumitur ignis:*
*Vult sua celari nomina dulcis Amor.*
*Lesbia nescitur teneri formosa Catulli:*
*Et melius cæcum Cynthia nomen habet.*
*Sic referat Rossam quam nesciet omnis amator?*
*Sit mihi cum dominâ posse latêre meâ.*
*Hactenus instabis: de nomine deprecor vno,*
*Cætera si tacito non licet esse mihi;*
*Inclyta Lugdunum nostros sibi vindicat ignes:*
*Hic fuit ingenij noxia prima mei.*
*Hic lepidi casses, intentaque tela iuuentæ,*

*Primaque militiæ castra fuère mea.*
*Cedite Pierides, vestrâ Venus errat in vrbe:*
*Virgineas sedes occupat hostis Amor.*
*Non ego peccaui, si me Deus abstulit alter,*
*Alteriusque oculi si nocuère meis.*
*Phœbe pater, tuto si non licet esse poëta,*
*Da veniam, blandi miles Amoris ero.*
*Dousa meus sæuos hic olim fudit Iberos,*
*Qui prius a telis concidit, Ida, tuis.*
*Forsitan hoc fatum domini complectitur vrbem:*
*Et fuit exemplum ciuibus ille suis.*
*Me similis languor, sperataque pestis ademit:*
*Seu sortes fati, seu fuit ira Dei.*
*Tertia iam messis, totidem se frigora laxant,*
*Cùm miser, ignoto vulnere tactus, eo.*
*Quos ego non gemitus; quæ non suspiria fudi?*
*Opposuit solas questibus illa fores.*
*Obstupui primùm facili percussus ab æstu,*
*Et metui flammam sollicitare meam.*
*Non aliter, blanda thalamis inclusa parentis,*
*Ad gremium matris casta puella sedet,*
*Quam Venus occulto nondum perterruit igne,*
*Nec tepido strinxit vulnere primus amor.*
*Dum recolit pensum, dum se miratur in illo,*
*Nescia fallaci vulnera fecit acu.*
*Ingemit extemplò: nec adhuc de vulnere certa est,*
*Sed subitus primùm pectora terror habet.*
*Vix equidem sensi dubio deprensus in igne,*
*Cæcaque dum metus spicula, vulnus alo.*
*Sic venit in casses, quos non bene linquit, alauda:*
*Ipsaque quæ vitat retia, tangit auis.*
*Simplicitas nocuit, nocuit vicinia nobis:*
*Et merui damno proximus esse meo.*
*Quid tibi de vultu referam? quid cætera dicam?*
*Dî faciant soli pulchra sit illa mihi.*
*Displiceat cunctis, satis est quod conuenit vni:*
*Hac specie formam vindicat illa suam.*
*Non Helenen laudo, de quâ se iactat adulter*
*Atticus, & rursum Troïus hospes habet.*

Quod

*Quod placuit Menelaë tibi, placet omnibus illud:*
*Et nimium cautè stultus amator eras.*
*Quis Paridem damnat, nisi sit vesanus & excors?*
*Innocuas Thesei quis negat esse manus?*
*Si sapit Atride, quisquis peccabit in illâ*
*Coniuge, iudicium comprobat ille tuum.*
*Nos sapiens damnet, sapiens nos culpet amator:*
*Sic bene munitus, sic bene tutus ero.*
*Non mihi concordes ad publica verba Quirites,*
*Nec populus iudex experiundus erit.*
*Rex Amor est: plebem Venus aurea negligit: odi*
*Alterius placitum, dum placet illa mihi.*
*Si breuis est multis, longa est quæ sufficit vni:*
*Legitimus formæ crimina pensat amor.*
*Cætera conueniunt: aliquot superamur ab annis.*
*Dispereat vanas qui numerabit opes.*
*Non mihi sors fasces, non dotes imputat vllas:*
*Nec potui fluxa debitor esse Deæ.*
*Hæc quoque Di præstant, qui me fecêre poëtam?*
*Dos hedera nobis, dos mihi carmen erit.*
*Omnia cognosces: sine nomine nomen habebis,*
*Nec poteris Rossa nescius esse mea.*

## ELEG. XIIII.

### Ad Iohannem Forestium.

*POsceris ad dulces epulas cupiente puellâ,*
*Vlterius tuto non licet esse tibi.*
*Hactenus in castris, Foresti, mollia Musis*
*Tempora ponebas, & bene tutus eras.*
*Quid facis infelix? medios cur tendis in ignes,*
*Et properas fatum præcipitare tuum?*
*Desine festiuis nimium confidere monstris,*
*Dum rudis est ætas, nec rude pectus habes.*
*Scilicet æquaui sensisti vulnera Diui,*
*Et pueri nosti tela cruenta Dei.*
*Non totidem te terga boum, quot sustulit Aiax,*
*Proderit, aut vires Hectoris esse tuas.*

*Spicula, si nescis, oculis labuntur ab illis,*
*Et melius Teucro pectora tangit amor.*
*Perculit instantem patria Briseis Achillem,*
*Seq; oculis victa est ipsa puella suis.*
*Vulneribus nullis, nullo penetrabilis ictu,*
*Cum placidam Nympham vidit, inermis erat.*
*At tibi languebunt faciles sub pectore Diuæ:*
*Phœbus in aduentum Cypridis exul abit.*
*Et modò desuetam repetes ad carmina mentem:*
*Et modò Musarum sollicitabis opem.*
*Omnia deficient: quid enim non perdit amator?*
*Ingenio latus distituère tuo*
*Nec tibi deliciæ, nec dulcia nomina vatum,*
*Nec tibi tam gratus magnus Homerus erit.*
*Omnia mutantur: facies venit altera rerum,*
*Cum semel ignauus serpere cœpit amor.*
*Sic blandi voluère Dei, sic numina: nostrum*
*In gremio fatum pulchra puella gerit.*
*Iupiter, incerto toties delusus ab igne,*
*Fatidicas illic viuere dixit anus.*
*Delia narratur de virginitate thoroque,*
*Tres dominas fati consuluisse Deas;*
*Atropos assensit, voluendaque fila sorores*
*Pensaq; fatales explicuère manus.*
*Venit, & exponens dubio sua fata parenti*
*In patrios vultus collaque lapsa fuit,*
*Iupiter arrisit, faciemque amplexus & ora,*
*Hic totidem Parcas, filia, dixit, habes.*
*Hoc quoque ius nostris Superi tribuère puellis,*
*Materies illis ludibriumq; sumus.*
*Nec tibi, si vellent, Superi, succurrere possent:*
*Iupiter exemplo defuit ipse suo.*
*Fabula narratur (nisi quatenus omnia vati*
*Scire licet) magnis non nisi nota Deis.*
*Iupiter imberbis, nec adhuc à fulmine dictus,*
*Fulmine seposito factus amator erat.*
*Captus erat primo teneræ Iunonis amore,*
*Nec bene germanam cœpit habere suam.*
*Viderat hoc quondam senior Saturnus in illo,*

*Sed*

*Sed potuit blandâ res pietate tegi.*
*Sæpius accedens Cybele laudauit vtrunq;,*
*Et lachrymas fecit omen habere suas.*
*Sæpius amborum conspexerat oscula furtim:*
*Oscula tunc signum simplicitatis erant.*
*Suspicio nondum diuosque hominesque tenebat:*
*Vltimus erroris terminus ille fuit;*
*Nunc sceleris metus in scelere est: diffidere gaudet,*
*Inq; alio mores quisque timere suos.*
*Interea crebrò suspiria ducere cœpit,*
*Nec fieri voti conscius ipse sui.*
*Quaque suos gressus tacitè germana ferebat,*
*Huc etiam gressus contulit ille suos.*
*Sederat hic Iuno, consedit protenus illhic*
*Iupiter: accessit sidera, iunctus erat.*
*Basia poscebat: sed semper plura iuuabant:*
*Sumptaq; post totidem, rursus amator erat.*
*Basia figebat: sed quid post basia posset*
*Nesciit, & morbum cœpit amare suum.*
*Quid faceret? dulces macies obduxerat artus,*
*Nec vigor in toto corpore priscus erat.*
*Quid faceret? narrat Cybelæ sua vulnera matri,*
*Nec mora: Saturno rettulit illa sua.*
*Protenus admouit senior sua lumina Chiron,*
*Et trepidam cœpit sollicitare manum,*
*Venarumq; vias, momentaque tentat: at vnum*
*Hoc potuit Chiron dicere, febris erat.*
*Audiit hoc curuâ latitans in valle Prometheus,*
*Caucaseam nondum pascere iussus auem.*
*Vtq; fuit primùm teneri consultus amoris,*
*Risit, & ad matrem iussit abire suam.*
*Corycidas rupes, Themis, & loca dicta Camœnis*
*Postmodo, Bœotam forte tenebat humum.*
*Hic superis responsa dabat: non Delphica saxa*
*Scilicet, aut vlli cognita laurus erat.*
*Paruit infelix: Themidis delubra petuntur:*
*Templa Deæ paruum stramen & herba fuit.*
*Huc vbi peruentum est, humilem complectitur ædem*
*Iupiter, & fulmen ponit ad antra suum.*

Reddita

*Reddita vox luce est: vocis meminisse putantur*
*Naiades, & vultus occuluisse suos.*
*Quod petis hinc, Iuno poterit: sub vestibus illa,*
*Quas petis hinc sortes, & tua fata gerit.*
*Obstupuit cæca perculsus imagine vocis*
*Iupiter, & tantæ simplicitatis erat,*
*Rursus in amplexus Iunonis fertur, vt ante,*
*Et leuiter vultum iungit, vt ante, suum.*
*Vtq; nihil desit, velamina linquere iussit*
*Ad thalamum: vestes iussa reponit humi.*
*Constiterant ambo: gremio se mitis amator*
*Molliter infundit, blandaque colla petit.*
*Sic pariter iuncti iacuêre sub arbore eadem:*
*Dum placidè in somnum lapsus vterque fuit.*
*Nil tamen vlterius potuit, rursusque recessit,*
*Et nondum potuit scire, quid esset amor.*
*Nunc quoque nesciret, toties neque factus adulter,*
*Crimine fœcundam sollicitasset humum.*
*Capra viam monstrauit anus, fidissima nutrix.*
*Officio cœlum possidet illa suo.*
*Crimine nunc quiuis proprios præteruenit annos,*
*Et metuit sæclo castior esse suo.*
*Tu quoque, Foresti, nimium peccabis in vnâ,*
*Si pereas aui commoditate tui.*

## ELEG. XV.

### Libri conclusio.

*HActenus optatas placide transmittimus vndas,*
*Nec prohibet cursus ventus & aura meos.*
*Cùm domita bellis acies, cùm nomina regum*
*Materies possent carminis esse mei;*
*Non animi vires, non defuit altus Apollo,*
*Et potui fatis celsior esse meis.*
*Pectora nam, memini stimulo percusserat Euan,*
*Et grauis in dextro crure cothurnus erat.*
*Iam poteram Graios inter placuisse poëtas:*
*Et satis erectus, nec minus ausus eram.*

*Grotius applausit populoque ignotus in ipso*
*Ter pede percussit curua theatra suo.*
*Spiritus assurgens, nec iam leuioribus aptus,*
*Ibat, & ignauam despiciebat humum.*
*Mane erat: egredior, sic Dî voluêre, penates:*
*Sic mea lasciuus fata regebat Amor.*
*Molliter hesternos vt erat turbata capillos,*
*Vtq; erat. è somno languida, Rossa venit.*
*Candida simplicitas placuit, leuiterq; cothurnî*
*Pondere deposito, blandus amator eram.*
*Risit, & ostendens gremium Cythereïa mater,*
*En ait orchestram, magne poëta, tuam.*
*Ex animo reges magnique abiêre tyranni,*
*Et subiŷ* Rossæ *blanda theatra mea.*
*E violis scenam contexuit alma Dione,*
*E viridi myrto pulpita fecit Amor.*
*In gremio cæpi leuibus decurrere soccis,*
*Nec potui dominâ fortior esse meâ.*
*Materies diu lata fuit,* Tragicisque *videbat*
*Questibus, & curis aptior esse meis.*
*Rossa domi seruans miseram proscripsit amantem:*
*Nunc quoque pars operi conuenit illa meo.*
*Candida Posteritas vestro date serta poëtæ,*
*Atque aliquis plausum tollat in astra suum.*
*Diuitias Fortuna meas diuisit Iberque:*
*Vindicat hic partem, vindicat illa suam.*
*Hoc superest, quantum satis est post funera laudis,*
*Ne subeant nomen cæca litura meum.*


DAN-



# DAN. HEINSII ELEGIARVM LIB. IV.

## DAN. HEINSIVS MICHAELI MANDEWYLIO

Reip. Neomagensis medico.



Vod euenire multis ſolet, Mandevvyli clariſſime, qui veteri teſtamento decedunt, vt eos prætereant quos amplectuntur maximè: idem mihi periculum erat, niſi hic libellus accederet, qui nomini tuo debetur: Hoc intereſt, quod nec tempore poſtremus in amicis fuiſti, qui beneuolentiâ primus es.

Sicut autem ætas consumit reliqua, vinum commendat: ita amicitia nulla est optima, quàm quæ diuturna est. Et vt poëta tuus, οἶνον μὲν παλαιὸν amat, ἄνθεα δ᾽ ὕμνων νεωτέρων. Ita me vetus familiaritas, nouum carmen delectat. Quorum alterum tecum commune habeo: alterum tibi dono. Quâ quidem in re, vt in plerisque, Homerum non Platonem sequor: qui nec a veteri vino abstinuit, & nouum carmen non admisit. Melius noster ille,

*Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ᾽ ἄνθρωποι*
*Ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφὶ πέλη).*

Cuius rei præterire causas omnes possum præter vnam. Quod cum ætate & ars crescat & iudicium. Vt enim tyrones in arte suâ pueri, interdum scopum tangunt, interdum oberrant, donec ars fit, quod fortuna fuit: Ita nos quæ solo prius ingenio consequimur, iudicio & vsu confirmamus, quem ætas constituit & scientia. Quod an hic quoque nobis euenerit tu iudicabis; & a veritate beneuolentiam, a iudicio distinguas humanitatem. Argumentum ne quære: Solum hoc vetus est, Ita


Insanum

*Insanum est malum in hospitium deuorti ad Cupidinem.*

Quòd ſi triuiales quidam hæc aut rident, aut contemnunt, οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ. Cùm præſertim quorundam interſit, ne in his quicquam videant: quibus nihil præter lucrum ſapit. Ab his ego per Satyram vt ſuffragia exquiram, non eſt animus. Vt nec ab eis, qui ſi Tragœdiam aliquam aut Epos tractent, exclamant, mirantur, manu, & voce hiſtrioniam exercent. Vbique εὖγε illud σοφῶς in ore habent. Subtiliora hæc ſi tangant, cœcutiunt. Iidem videlicet coloſſos & marmora Euphranoris mirentur, Apellis lineam ne agnoſcant quidem. Gigantem aliquem Polygnoti laudent, Dionyſij carbaſum aut ſubtilem veſtem contemnant. Vt enim brachium aut tibiam, aut caput quiuis pingit; extremitates corporum tenuiſſimæ rarum ſucceſſum habent: ita robuſtiora illa multi aſſequuntur, de his vix pauci iudicant. Et vt Zeuxis vuas cùm pingeret, aues decepit; Parrhaſius linteum cùm adderet, pictorem: ſic in alijs vulgus plerumque fallitur, in his poë-

tæ.

tæ. Pulchrè olim muſicā laudanti Laodoco Nicoſtratus citharœdus, Σὺ μὲν ἐν μεγάλῃ τῇ τέχνῃ μικρὸς εἶ, ἐγὼ δὲ ἐν μικρᾷ μέγας. Quare faſtidioſi illi ædiles, &, vt ille aiebat, δυσαρεσκευίδαι, mea cauſa vel ne tangant hæc, vel ſeponant. Nec ringam, nec conquerar: non magis quàm Cous ille, qui cùm in muſcam ſuam omnem artem contuliſſet, nec opus viderunt luſci, nec artem niſi periti. Vale. Lugd. Bat. CIↃ. IↃ. CV.



# ELEG. I.

## Ad Ianum Dousam.



Noduvicum mea Rossa petit: secedite Musa, (vale.
Sacraq; Musarum mœnia, Leyda
A Dousa locus ille calet. non possimus esse (Amor.
Criminis immunes hic ubi regnat
Credibile est illhic veteres pendere sagittas,
Credibile est parui dulcia tela Dei.
Credibile est aliquos & nunc superesse calores,
Aut tenuem flammam nominis Ida tui.
Dousiades Musæ, nimiùm malè cognita nobis
Turba, meus vobis omnia debet amor.
Sciuimus hæc primùm per vos impunè licere:
Nec prius hic nobis cognitus error erat.
Cætera distamus, genio distamus & annis:
Hic similes erimus, maxime Dousa, tui.
Patris ad exemplum Cyllenius arsit in Herse,
Qui prius immunis nec prius ictus erat.
Forte suos illi genitor narrauerat ignes
Ebrius, & flammæ semina prima suæ.
Credidit infelix, ne quis dubitaret, amauit,
Et pietas illi causa furoris erat.
Nos quoque non tristis non impius abstulit error,
Sed fuit a Musis mens mea victa tuis.
Atque aliquis nostros placidè componet amores,
Et comitem Rossæ se dabit Ida mea.
Non genus aut fasces, non longi sanguinis ortum,
Priscaque maiorum nomina censet Amor.
Iupiter aurato Danaes flagrabat amore:
Captus ab agresti Naide Daphnis erat.
Ille suum multo terrebat fulmine mundum,
Hic stipulâ sparsas conciliabat oues.
Nec minor hic fuit arte suâ, nec maior Olympo

Iupiter

*Iupiter: in partem pauper vterque fuit.*
*Defuit ex æquo, quantum sperabat vterque.*
*Nec magis hic felix, nec minus alter erat.*
*Dite quid inferius? vel quid Ioue celsius extat?*
*Hos quoque qui iungit cætera iunxit Amor.*
*Iupiter, & toto Superis qui dissidet orbe,*
*Vnius aspectu virginis ictus erat.*
*Persephone cunctos commouerat ordine Diuos.*
*Inter amatores Pan quoque forte fuit.*
*Discrimen Deus omnis habet: terraque marique*
*Iupiter, & toto fulmine maior erat.*
*Cætera gens surgunt animis, & quisque minorum*
*Spe dominæ pro se Iupiter ipse fuit.*
*Consilium petiére sibi responsaque Diuûm.*
*Pars Libyci quædam templa Tonantis adit:*
*Pars Clarias Lauros, pars Delphica consulit antra.*
*Omnia suspensos detinuére Deos.*
*Risit Amor, placideque suas erectus in alas*
*Et mihi sunt voces, & mihi laurus, ait.*
*Responsumq́; dedit. SVPERI PLORABITIS, inquit,*
*TERTIA CVI SERVIT REGIA, PRIMVS ERIT.*
*Dixerat, & blandas teneræ genetricis in vlnas*
*Labitur: euentus res habuére suos.*
*Iupiter occumbit, Cereris se filia Diti*
*Iungit, & ignauam nunc quoque seruat humum.*
*Scilicet ex illo miseri speramus amantes,*
*Nec bene discrimen ferre putatur Amor.*
*Inuenit ex æquo similes, aut efficit omnes*
*Cypridis, & pueri vulnus & ira Dei,*
*Tu quoque fortunæ comites aut accipe casus:*
*Ingenium sequimur, maxime Dousa, tuum.*

## ELEG. II.

### Ad Petrum Hondium.

*SI quis erit blando Veneris qui torpet ab igne,*
*Et vitium mentis, quòd sit amator, habet,*
*Exeat infelix: ne nos damnemur in illo.*

Cessret & exempli lege nocere sui.
Ingenio viget omnis amans: Venus ocia nescit,
Ocia festiuus ducere nescit Amor.
Tollimur, & cœlos subitò transcendimus, Hondi,
Mensque suos motus quos tueatur habet.
Carmina cùm blandus cùm dulcia furta Tibullus
Scriberet, in gremio pulchra Neæra fuit.
Callimachoq; suo, placidos cùm conderet ignes,
Cynthia de collo dulce pependit onus.
Basia quot Naso rapuit, tot carmina fudit,
Ingenio flammas eliciente suas.
Nos quoque cùm blandæ tepefecit spiritus auræ,
Et dominæ mentem tangere cœpit amor,
Scribimus, & calamus sperataque verba sequuntur,
Dextraque festiuum sistere nescit opus.
Alteraque vt collum tenuit, manus altera coram,
Deficit in partes illa nec illa suas.
Nec solos Elegos, nec solos scribimus ignes:
Omnia conanti protenus astat Amor.
Aspicis Ascræi calamos, & dulcia vatem
Qui Siculas inter carmina fudit oues,
Hæc quoque tentanti faciles accomodat alas,
Deque suis humeris ipse ministrat Amor.
Dirigit erranti geminas Cytherea columbas,
Perque suam mentem sedula ducit iter.
Cùm dominam vidi, scelus est nil scribere posse:
Ingenium vires miscet & illa suas.
Cùm sua Socraticis nata est sapientia chartis,
In genubus Phædon fusus amantis erat.
Ille parens veri, rigidique inuentor honesti,
Cui nocuit plures non habuisse Deos,
Hauserat e blandis pueri spirantis ocellis,
Quo sapiens Phœbo iudice dictus erat.
Talibus auspiciis docta creuistis Athenæ:
Talibus auspiciis Græcia nata fuit.
Impia Posteritas titulos transcripsit, & arti
Præsidium iussit cuilibet esse suum.
Diuisere Deos, & tot fecere Camœnas,
Quot sapiens stultas nollet habere nurus.

Tu

*Tu quoque, qui mecum studijs communibus, Hendi,*
*Sollicitas multas in tua vota Deas.*
*Qui pariter quondam crudelia iussa magistri,*
*Et Tragicos fastus verbaque passus eras:*
*Cùm leuibus primum sub sceptris duximus æuum;*
*Temporis & vitæ prodiga turba suæ.*
*Nunc etiam nostris non cessas ocia Musis*
*Scilicet, & totos continuare dies.*
*Desine tam multas pariter tibi poscere Diuas:*
*Sufficit ad curas vna puella tuas.*
*Sufficit vna mihi: multas coluère Camœnas,*
*Queis malè pacatum numen Amoris erat.*
*Quod rapiunt Musæ, totum debetur Amori:*
*Quas tribuunt partes omnibus, vnus habet.*
*Nos Venus, & natus Veneris mortalibus vmbris*
*Surripit, & plures nescit habere Deas.*

## ELEG. III.

*Tertia maturis impleta est messibus æstas,*
*Tertia iam tristi frigore sæuit hyems.*
*Cùm mihi crudeles primùm placuère furores,*
*Cùm me Rossa tuus tangere cœpit amor.*
*Et volui demens, & tam patienter amaui:*
*Et mihi mens constans & sine labe fuit.*
*Interea dura toties fastidia lingua,*
*Et gemui fastus, improba Rossa, tuos.*
*Scilicet infelix, cui solo nomine notus,*
*Eq; poetarum lusibus esset Amor.*
*Sic aliquis fratrem sequitur, sic nupta maritum,*
*Sic sequitur matrem filia parua suam.*
*Dispereat, quisquis pietatem credit amorem,*
*Temporaque antiquæ simplicitatis agit.*
*Nec pariter cunctas quas aspicit odit amatus:*
*Nec pariter cunctas iudicat esse suas.*
*Æthera sic quiuis, sic pulchri lumina solis,*
*Sic aliquis totam cernere gaudet humum.*
*Sideraque, & magno quicquid miramur in orbe:*
*Omniaque hæc quiuis, singula nullus habet.*

*Cur dominam quisquam non quo videt omnia vultu*
*Aspicit, atque oculi crimen amantis habent?*
*Cur aliquis solam sibi demens spectat amicam,*
*Et sua priuato lumine cernit amor?*
*Cur aliquis pro se formosam iudicat ullam,*
*Nec Furias omnes, aut putat esse Deas:*
*Cur aliquis nomen dominæ distinguit ab hoste,*
*Et placet hæc, menti displicet illa mea?*
*Scilicet angusto nimium concludimur orbe.*
*Iudicio peccat qui sapienter amat.*
*Hinc furor est: quiuis cunctas impunè puellas*
*Diligit, aut cunctas negligit, vna nocet.*
*Nil poterunt omnes, nec sunt in crimine centum*
*Ut pereas: caussas vna furoris habet.*
*Despicias vnam, centum prudenter amabis.*
*Vt valeas, nullas excipe: sanus eris.*
*Priamides nondum fatali tactus ab igne,*
*Pauper in Idæo culmine pastor erat.*
*Hic faciles Diuas, & numina ruris amabat,*
*Et prope tot Nymphas quot numerabat oues.*
*Dum petijt quamuis, feliciter iuit ad omnes,*
*Et nimium felix, nec sine mente fuit*
*Vnius aspectu, bellum sibi vexit & orbi:*
*Atque eadem Paridis ignis & vrbis erat,*
*Quis furor est unum cunctis præferre quod optes,*
*Et tibimet voto velle nocere tuo?*
*Sic pereunt omnes: Sic Lesbia torsit amantem,*
*Et quæcunque suum carmine nomen habet.*
*Gaudia de multis rapuit sibi quisque puellis:*
*Exitium cuiuis vna puella fuit.*
*Hoc meruit, quisquis Venerem concludere primus,*
*Et volucrem docuit vincula ferre Deam.*
*Errat & exultat, leuibusque innititur alis,*
*Nec modico claudi limite gaudet Amor.*
*Legibus angustas nostris sibi sumpsit habenas,*
*Atque aliquâ didicit parte manere sui.*
*Nunc furit in quemuis, pariterque vlciscitur omnes:*
*Omnibus in pœnas utitur ille suas:*
*Nos sumus immunes sceleris, cur plectimur vnâ?*

*Alterius*

*Alterius cur nos fata furoris agunt?*
*Si merui pœnam, pœnam non deprecor vllam:*
*Si placet, exemplum solus amoris ero.*
*Hoc quoque si plus est, placeat mihi qualibet ora;*
*Da numerum saltem: displicet vna mihi.*
*Cur magis hæc, minus illa mea est? non terreor vllâ:*
*Et satis est Rosâ posse carere meâ.*
*Tot mihi sint grata, quot sunt vbicunque puellæ,*
*Et magis inuadat, sed minus vrat Amor.*
*Omnibus opponit miles sua pectora telis,*
*Et melius cunctas nauita sulcat aquas.*
*Nos quoque, si fas est Superi, flagremus vbique,*
*Non alius nostri terminus ignis erit.*

## ELEG. IV.

*SEu furor est seu morbus amor, seu dulcis imago,*
*Siue aliquid magnos quod probat esse Deos;*
*Cogimur, & Diuos sequimur, fatoq; minores*
*Imus, & huic pœnæ debita turba sumus.*
*Qui teneros vultus, qui lactea colla genasque*
*Inuidiam culpæ credit habere suæ,*
*Errat, & in toto Superos non inuenit orbe,*
*Errat, & autorem nil putat esse Deum.*
*Omnia nescimus, causam neque nouimus vllam,*
*Et satis est, si quis non sapienter amat.*
*Quàm miser est, quemcunq; iuuat quod comprobat alter,*
*Et facilem culpam quam tueatur habet.*
*Quem facies pulchra quem frons absoluit amica*
*Protenus, & quouis iudice liber abit.*
*Qui sibi riualem pariter testemque furoris*
*Inuenit, & prudens sed malè tutus amat.*
*Cunctaque commendat, quæ commendantur vbique,*
*Et nisi quod nulli displicet illud habet.*
*Nos aliquis cæcos, aliquis nos dicat ineptos:*
*Iudicium tanti nec putet esse meum.*
*Atque aliquis quærat, quod non bene nouimus ipsi,*
*Cur placet hæc, oculos corripit illa tuos?*
*Cynthia lasciuis animum tangebat ocellis,*

*Ingenũ*

*Ingenij contra dote Corinna sui.*
*Lesbia cantando, Nemesis formosa loquendo,*
*Gratior aspectu pulchra Neæra fuit.*
*Nos neq; formosam, neque dicimus esse disertam,*
*Nec facies culpæ causa nec ora mea.*
*Plus aliquid formâ, plus est oculisq; genisq;,*
*Plus aliquid toto corpore quicquid amo.*
*Si nihil est, tamen illa mea est: liceatq; furoris*
*Dicere nec causam nec reperire mei.*
*Sitque aliquid nescire mihi: diuina petuntur;*
*Inueniunt causas inferiora suas.*
*Quàm facile est pulchræ faciem laudare puellæ,*
*Quæ quia formosam quisque putabit, erit.*
*Quàm facile est totas oculis asscribere culpas,*
*Atque aliquid pro se dicere posse sibi!*
*Me nihil in totâ plus ipsâ tangit amicâ,*
*Nec mihi plus membris displicet ipsa suis.*
*Cætera Diuorum gremio commissa teguntur,*
*Atque aliquid sanctæ relligionis habent:*
*Sic Superis visum, sic qui regit omnia Diuûm*
*Votaque nostra suo numine firmat Amor.*
*In Veneris regno locus est, vbi fata canuntur:*
*Et totidem Parcas mater Amoris habet.*
*In Syriæ lucis, quà se Cephaleia coniux*
*Exerit, & primo lumine pingit humum,*
*Cypridis æternæ nemus est, vbi nulla ferarum,*
*Nullaque quam Veneri sacra vagatur auis.*
*Assyrios Diuæ thalamos, & Adonidis hortos,*
*Si memini, sacram Græcia dicit humum.*
*In medio syluæ, domus e violisque rosisque*
*Surgit, & hanc circum pura susurrat aqua:*
*E lacrymis fluit illa Deæ, quas fudit in herbis,*
*Cùm rigido læsus dente maritus erat.*
*Cùm puer infelix animam profudit Adonis,*
*E dominæ pendens saucius ore suæ.*
*Ingenuæ frondes virides fecere columnas,*
*Et teneræ myrti, pomaque digna legi.*
*Quas teneri iuxta semper glomerantur Amores,*
*Quot volucres æther, syluaque nutrit apes.*

Cypris

*Cypris odorato thalamum sibi legit in antro,*
*Summaque diuini culmina mont'. habet.*
*Pasithee iuxta, iuxta par dulce sororum*
*Aurea formosa stamina pingit acu,*
*Nominaque intexunt propere quos iussit amantum,*
*Et iuuenem sequitur quaeque puella suum.*
*Hos puer e turba vicino in cortice signat,*
*Et totidem ductus proxima myrtus habet.*
*Nos quoque, si qua fides, myrto fueramus in illa:*
*Vlterius non est causa petenda mihi.*

## ELEG. V.

### In Amicam, quæ senem riualem præferebat.

*OMnia sustinui: vix sic patientia victa est.*
*Sæpe fuit magno crimine pulsus amor.*
*Atque aliquis domina sperauit verbera lingua,*
*Atque aliquis sæuos vellet habere Deos.*
*Quod iuuat, immodicum est: dolor est sperandus amanti.*
*Sic etiam medicam sæpe paramus opem.*
*Nos quoque neglectos facilis fortuna sequetur,*
*Nec melior tardi finis amoris erit.*
*Despicimur: canus nobis præfertur amator.*
*Quis putet hoc Rossæ posse placere meæ?*
*Estne aliquis paucos qui crimen dixerit annos,*
*Aut nimium iuuenem non putat esse virum?*
*Di faciant illum spes intemerata sequatur,*
*Et pereat voti commoditate sui.*
*Tu tamen infelix, cui non sat viximus vni,*
*Cui vicium pro me nostra iuuenta fuit;*
*Hunc potes amplecti, cui nox sine crimine tota est?*
*Huius in amplexu stulta iacere potes?*
*Serius hoc nihil est, nisi tantum funus & vmbra:*
*Scilicet in lecti parte cadauer habes.*
*Si fuit hoc tanti, tumulos scrutemur & vrnas,*
*Ossaque iam fato cedere iussa suo.*
*Inuenies numero quod complectaris in illo,*

*Ingenij contra dote Corinna fuit.*
*Lesbia cantando, Nemesis formosa loquendo,*
*Gratior aspectu pulchra Neara fuit.*
*Nos neq; formosam, neque dicimus esse disertam,*
*Nec facies culpæ causa nec ora mea.*
*Plus aliquid formâ, plus est oculisq; genisq;,*
*Plus aliquid toto corpore quicquid amo.*
*Si nihil est, tamen illa mea est: liceatq; furoris*
*Dicere nec causam nec reperire mei.*
*Sitque aliquid nescire mihi: diuina petuntur;*
*Inueniunt causas inferiora suas.*
*Quàm facile est pulchræ faciem laudare puellæ,*
*Quæ quia formosam quisque putabit, erit.*
*Quàm facile est totas oculis ascribere culpas,*
*Atque aliquid pro se dicere posse sibi!*
*Me nihil in totâ plus ipsâ tangit amicâ,*
*Nec mihi plus membris displicet ipsa suis.*
*Cætera Diuorum gremio commissa teguntur,*
*Atque aliquid sanctæ relligionis habent:*
*Sic Superis visum, sic qui regit omnia Diuûm*
*Votaque nostra suo numine firmat Amor.*
*In Veneris regno locus est, vbi fata canuntur:*
*Et totidem Parcas mater Amoris habet.*
*In Syriæ lucis, quà se Cephaleia coniux*
*Exerit, & primo lumine pingit humum,*
*Cypridis æternæ uemus est, vbi nulla ferarum,*
*Nullaque quam Veneri sacra vagatur auis.*
*Assyrios Diuæ thalamos, & Adonidis hortos,*
*Si memini, sacram Græcia dicit humum.*
*In medio sylua, domus e violisque rosisque*
*Surgit, & hanc circum pura susurrat aqua:*
*E lacrymis fluit illa Deæ, quas fudit in herbis,*
*Cùm rigido læsus dente maritus erat.*
*Cùm puer infelix animam profudit Adonis,*
*E dominæ pendens saucius ore suæ.*
*Ingenuæ frondes virides fecère columnas,*
*Et teneræ myrti, pomaque digna legi.*
*Quas teneri iuxta semper glomerantur Amores,*
*Quot volucres æther, syluaque nutrit apes.*

Cypris

*Cypris odorato thalamum sibi legit in antro,*
*Summaque diuini culmina montis habet.*
*Pasitheë iuxta, iuxta par dulce sororum*
*Aurea formosâ stamina pingit acu,*
*Nominaque intexunt properè quos iussit amantum,*
*Et iuuenem sequitur quæque puella suum.*
*Hos puer e turbâ vicino in cortice signat,*
*Et totidem ductus proxima myrtus habet.*
*Nos quoque, si qua fides, myrto fueramus in illâ:*
*Vlterius non est causa petenda mihi.*

## ELEG. V.

### In Amicam, quæ senem riualem præferebat.

*OMnia sustinui: vix sic patientia victa est.*
*Sæpè fuit magno crimine pulsus amor.*
*Atque aliquis domina sperauit verbera lingua,*
*Atque aliquis sæuos vellet habere Deos.*
*Quod iuuat, immodicum est: dolor est sperandus amanti.*
*Sic etiam medicam sæpè paramus opem.*
*Nos quoque neglectos facilis fortuna sequetur,*
*Nec melior tardi finis amoris erit.*
*Despicimur: canus nobis præfertur amator.*
*Quis putet hoc Rossæ posse placere meæ?*
*Estne aliquis paucos qui crimen dixerit annos,*
*Aut nimiùm iuuenem non putat esse virum?*
*Dî faciant illum spes intemerata sequatur,*
*Et pereat voti commoditate sui.*
*Tu tamen infelix, cui non sat viximus vni,*
*Cui vicium pro me nostra iuuenta fuit;*
*Hunc potes amplecti, cui nox sine crimine tota est?*
*Huius in amplexu stulta iacere potes?*
*Serius hoc nihil est, nisi tantùm funus & vmbra:*
*Scilicet in lecti parte cadauer habes.*
*Si fuit hoc tanti, tumulos scrutemur & vrnas,*
*Ossaque iam fato cedere iussa suo.*
*Inuenies numero quod complectaris in illo,*

*Et tibi quem malles suppeditabit humus.*
*Exiguum senior defunctaque distat imago:*
*Hic abijt fati legibus, alter abit.*
*Spiritus in pœnas minimo pro tempore restat,*
*Ut videat vita se superesse sua.*
*Non ego tam segnes optârim ducere lunas.*
*Præueniat fatum talia damna meum:*
*Naufragus ut lecti iaceam, sine viribus vllis,*
*Opprobrium noctis ludibriumque tua.*
*Est aliquid plenis vitam posuisse sub annis,*
*Dum domina possu flendus abire tua.*
*Vlterius nihil est: pudor est quod restat ab illo,*
*Et fugiunt partes dulcia membra suas.*
*Quis pudor est totam narrando fallere noctem,*
*Et proauos tantùm posse referre suos?*
*Pergama cùm Graijs primùm peterentur ab armis,*
*Et Phrygia lentas Græcia traxit opes,*
*Dum decies flauas proscindit messor aristas,*
*Dum decies tristi frigore torpet humus.*
*Argolicæ blandi tulerant dispendia lecti,*
*Et tulerant voti tædia longa sui.*
*Troïca res tandem fatis concessit Achiuûm,*
*Ad patriam victor protenus iuit humum.*
*Debita pro charis persoluit dona maritis,*
*Et coluit patrios quæque puella Deos.*
*Quilibet amissa pensabat damna ruina,*
*Quilibet excepto Nestore fortis erat.*
*Scilicet infelix, qui tertia viderat ire*
*Secula, ter medium sæpè reliquit opus.*
*Pœnituit totas Pyeimeden stertere noctes:*
*Hoc precio tanto tempore casta fuit.*
*Ille sua demens iactabat facta iuuenta,*
*Priscaque laudando secula fortis erat.*
*Parcite sicut opes annos numerare puellæ:*
*Dos numero crescit maxima, vita perit.*
*Deficimus semper, spatio decedimus ipso,*
*Et minus augendo, quàm fuit ante, manet.*
*Dispereat, quisquis totidem cum dotibus annos*
*Supputat, & morbum muneris instar habet.*

Me

*Me vigor & leuitas tumulum comitentur ad ipsum:*
*Excipiet cineres plena iuuenta suos.*
*Quæ dominam fallunt, morti debentur & vmbris*
*Tempora: torporem sentiat vrna meum.*

## ELEG. VI.

### De phallis, planta quæ in littore Batauico reperitur.

*Plurima nescimus: Deus est quodcunque tuemur:*
*Dissimulant causas omnia nata suas.*
*Nec fluuij dulces, nec sunt sine numine pisces:*
*Et Thetu, & Thetidis littora numen habent.*
*Plus tamen occultis medici vidistis in herbis,*
*Sacraque Natura semina seruat humus.*
*Nec modò gens Nili toties redeuntis eodem,*
*Nec modò fœcundus munera mittit Arabs.*
*Nos quoque, sideribus quamuis damnataque cælo,*
*Et prope Neptuno subdita terra sumus;*
*Eruimus phallos Bataui. vel littora cerne,*
*Quà suus à Cattis nomina vicus habet;*
*Immenses, hospes, patria miracula nostra,*
*Et tacita plenam relligionis humum.*
*Quæsieram causas: roseo Venus annuit ore,*
*Et tibi qua nescis cognita dixit erunt.*
*Tempus erat cùm nox albenti cedit Eoo,*
*Pallidiora suo cùm facit astra die,*
*Quod neque mane nouum, neque possis dicere noctem:*
*Cùm comites lucis prima queruntur aues,*
*Cùm dubiâ blandi falluntur imagine sensus,*
*Veráque vel vero proxima somnus habet.*
*Constitit arridens demissis leniter alis,*
*Paruaq; succinctus spicula, dulcis Amor.*
*In manibus myrtus myrtique e fronde corolla,*
*Et, bene si memini, parua tabella fuit;*
*Annales Cytherea tui: quæ prisca Deorum*
*Nomina, per fastos continuata suos,*
*Primaq; narrabant surgentis tempora mundi,*

*Sideraque, & cœli cuncta tegentis opus.*
*Omnia quæ primùm placidè Saturnus habebat,*
*Et facilem nullâ lege regebat humum.*
*Donec terra suo paulatim flexit ab auro,*
*Et socios vitæ non meruère Deos.*
*Iupiter interea Dictæo crescit in antro,*
*Et miseræ furtum dulce parentis erat.*
*Quæ bene tam nato quàm non bene fida marito,*
*Fecit ad hæredem sceptra venire suum.*
*Blandus Amor victum paulatim venit in orbem,*
*Et Venus e spumâ nata parente fuit.*
*Ad Venerem natum bis ter tria sæcla feruntur,*
*Et totidem menses, bis totidemque dies.*
*Nam neque tum leges socialia pacta maritæ,*
*Nam neque tum castæ coniugis vsus erat.*
*Sed pariter tellus homines plantasq; ferebat,*
*Atque eadem puerum pomaque sylua dabat.*
*Quilibet infantem pariter glandemque legebat,*
*Et genitrix quercus vna duobus erat.*
*Pulchra Venus tandem pecudes hominesq́; ferasq́;,*
*Et placido mixtas fœdere iunxit aues.*
*Pulchra Venus feros fecit superesse nepotes,*
*Et similem iussit quemque fouere sibi.*
*Venerunt teneræ genialis turba puellæ,*
*Spiculaque occultè spargere cœpit Amor.*
*Omnia cesserunt ( quid enim non cederet illi,*
*Dulcius & quo nil fortius orbis habet?)*
*Omnia cesserunt, cessit Cythereia mater,*
*Quæque alios poterat tangere, tacta fuit.*
*Mulciber hanc cœpit Siculis præferre caminis,*
*Et calidum toto pectore vulnus alit.*
*Plus Lipare totâ, plus hoc accenditur Ætnâ:*
*Et veteres curas cedere fecit amor.*
*Omnia cessabant, flammamque extinxerat ignis,*
*Nec solitum quisquam continuabat opus.*
*Sub pedibus frustra folles iacuère soluti:*
*Forcipe cum lapsâ lapsa iacebat aqua.*
*Iam metuit furuus, metuit iam claudus haberi,*
*Et vitium mauult dissimulare suum.*

Illa

*Illa quidem nollet, quoties fuligine pectus*
*Aspicit, & nigras ignibus esse manus.*
*Sed veteres miratur opes, & regia Iuno*
*Adfuit, & mentem conciliauit anus.*
*Dicta dies aderat: thalami de more petuntur,*
*Et Charites iussas applicuêre manus.*
*Sponsus erat Bronte nudoque Pyracmone cinctus:*
*Cum reliquis Veneri iuncta Thalia fuit.*
*Adueniunt, dominoque suo deducitur vxor:*
*Vix Superi risum continuêre suum.*
*Oscula fixuras, Venerem fuligine tinxit:*
*Ad choreas voluit pergere, claudus erat.*
*Vix lachrymas tenet illa suas: sed proximus illi*
*Mars fuit; & priscam spondet amator opem.*
*Iam nouies pulchræ defecerat orbita Lunæ,*
*Et nouies plenis Luna redibat equis.*
*Cypria fit mater: puerum pulcherrima Nymphæ*
*Excipit, & castâ fertq; souetq; manu,*
*Ostenditq; Deæ: nihil est formosius illo,*
*Et poterat natum noscere Diua suum.*
*Ora rubent illi, vultus ardere putares:*
*Hoc habuit patris, cætera matris habet.*
*Vix tribus exceptis completus mensibus illi*
*Et tribus exceptis solibus annus erat;*
*Auersatur humum, leuibusque innititur alis,*
*Et volucri veras corpore vincit aues.*
*Nec gremio Nymphæ, nec iam manet ille parentis,*
*Sed volat, & syluas ruraque sola petit.*
*Prospera lux aderat Saturni nomine dicta,*
*Quâ veterem mendax Græcia cantat Opem.*
*Festa petunt Diui: Cretensem Mulciber arcum,*
*Et pharetram puero teloque Cypris emit.*
*Arripit ille arcum cupidè, tractatque sagittas,*
*Et properâ versat terq; quaterq; manu.*
*Sic abit, & primùm defigit in arbore telum,*
*Quâ spoliata suis frondibus arbor erat:*
*Vt tetigit, tacti frondescunt vndique rami,*
*Et sterilis circum gramina fundit humus.*
*Paulatim maiora petit, pecudesq; ferasq;,*

*Et volucres certâ cuspide figit aues.*
*Mox petit & Diuos: fiducia crescit ab vsu:*
*Et faciles ipsâ firmat ab arte manus.*
*Mox etiam tectus, mox cæcus mittere cœpit*
*Tela: sagitta suum missa cucurrit iter.*
*Sæpè vbi per cœlum grassatus & aëra, quemuis*
*E Superis vellet lædere, læsit auum.*
*Iupiter in cygnum, vel se conuertit in aurum,*
*Et Superi regem non habuêre suum.*
*Sæpè vbi vel Nympham vel credidit esse puellam,*
*Protenus emisit spicula: mater erat.*
*Sæpè sui Cypris gemuit de vulnere nati,*
*Sæpè fuit nati cuspide tacta sui.*
*Plus tamen infelix miserum dilexit Adonin,*
*Et furor hic multi vulneris instar erat.*
*Quis puerum nescit natum pariterque nepotem*
*Patris, & è multo sanguine crimen aui?*
*Exuerat pondus pariterque in stipite formam*
*Myrrha, simulque eadem mater & arbor erat.*
*Natus Adonis erat: peritura ex arbore Myrrha*
*Virgineam Dryadum turba tulistis opem.*
*Excipiunt teneris nascentem Naides vlnis,*
*Et lachrymis vngunt mollia membra suis.*
*Omnibus occurrit fatum miserabile matris,*
*Et furor, & facinus, & malesanus amor.*
*Sed puer hæc nescit: tenera est & debilis ætas,*
*Puraque, nec culpam qua mereatur habet.*
*Ergò abeunt, Nymphasque vocant e montibus; illa*
*Continuò cunis imposuêre suis.*
*Sic abeunt anni, nihil est velocius illis,*
*Et puer exiguo tempore virque fuit.*
*Et facies supra genus est, & moribus annos*
*Anteuenit: scires posse placere Deæ.*
*Et studio Nymphas testatur, & ore parentem,*
*Et latebras solas antraque solus adit.*
*Mox sequitur Phœben, humerisque e mollibus arcus*
*Et pharetra à tergo dulce pependit onus.*
*Æstus erat, currusque Dei qui temperat horas*
*Plus mediâ cœli parte tenebat iter,*

*Arma &*

*Aruaq; torrebant violenti terga leonis,*
*Et nimio cursu fessus Adonis erat.*
*Fons erat illimis, qui summo è culmine montis*
*Exiguam preno rore trahebat aquam,*
*Quæ Satyrûm nulli, non vlli cognita Diuo*
*Finitimas tantùm nata lauare Deas.*
*Arbores circum donabant frigora rami,*
*Cingebant gelidam pinus & vlmus humum.*
*Hanc petit infelix, gelidâque vt sedit in vmbrâ,*
*Ponit humi vestem, cætera pinus habet.*
*Mox dubio summam prætentat corpore ripam,*
*Et pedibus primas tangere gaudet aquas.*
*Aspicit hunc furtim posito velamine Cypris,*
*Aspicit, vtque nihil rusticitatis habet,*
*Protenus exarsit, voluitque hoc posse videri,*
*Et sua celari gaudia nollet amor.*
*Aspicit intonsos pueri pendere capillos,*
*Et teneros vultus collaque digna Deo,*
*Oraque quæ primo signabat flore iuuentus*
*Aurea: nec pubem dissimulabat aquâ.*
*Talia sunt primùm decussa Cydonia ramis,*
*Aspera quæ nondum sollicitauit hyems.*
*Vlterius nequijt sua gaudia ferre Dione,*
*Sed puerum posito victa pudore petit.*
*Vtque lauaturas si quæreret improba lymphas,*
*Astitit, & salue, leniter, hospes, ait.*
*Da veniam nobis: sæpè hic meus esse Cupido,*
*Sæpius hac gaudet tingere corpus aquâ.*
*Et memini nuper profugum reperire sub illâ*
*Arbore: quæ fleterat forte cypressus erat.*
*Scilicet ex illo facilem possedit Adonin,*
*Nec puer agrestis difficilisque fuit.*
*Sed nimiùm celat varios fortuna recessus,*
*Et dubios casus alea [illegible] habet.*
*Inuida Persephone simili succumbit amori:*
*Mars odij veteris semina læsus alit.*
*Persephone quod Cypris amat, Mars odit Adonin:*
*Plus odio nocuit quolibet alter amor.*
*Persephone nigro puerum transcribit Auerno,*

*Nec renuit Mauors: inguina rumpit aper.*
*Excidit infelix animo Cytherea mater,*
*Inguinaq́, vt fuerant saucia mandat humo.*
*Inguina succrescunt, vt erant, veteremque figuram*
*Quæ fuerat phalio, nunc quoque bulbus habet.*
*Dicitur hic sauos animorum auertere morsus,*
*Et rabiem dentis, liuida turba, tui.*
*Quod properâ Medea manu legisse putatur,*
*Sub sterili clausum cùm tegeretur humo.*
*Vtque erat in cœlum leuibus sublata quadrigis,*
*Cùm fugeret terras hospite victa suas;*
*Excidit è medijs pyxis scelerata lacertis,*
*Excidit, & Cattus cuncta recepit ager.*
*Quæ memores seruant Bataui, quos publicus hostis*
*Turpiter obliquo lumine seruat Iber.*
*Hactenus: & somnus pariter pariterq́ Cupido*
*Effluit è digitis visaq́ cera meis.*

## ELEG. VII.

### Ad Michaelem Mandevvylium, medicum.

*Siue aliquid sacris meritò speramus ab herbis,*
*Seu furor est medicas omnia posse manus;*
*Confiteor morbum: mensq́ ægra doloribus impar,*
*Si satis est aliquam poscere, poscit opem.*
*Scilicet infirmo satis est plerumque fateri,*
*Nec nisi qui tacuit vulnera, semper habet.*
*Vrimur, & fassi nil dissimulamus in igne:*
*Vrimur, & blandam sollicitamus opem.*
*Non tamen vt morbi videam speciemue genusue,*
*Aut videam flammæ semen opemue meæ.*
*Siue opus est Coo, Coi pete fama magistri.*
*Siue opus est Arabum munere, dicat Arabs.*
*Nil ego peccaui, nisi si vidisse puellam*
*Vincor, & ex illo tempore læsus ego.*
*Si fuit hoc tanti, melius speramus ab hoste,*
*Ne titulum fati poscat amica mei.*

*Saucius Atrides medicas confugit ad artes,*
*Et medicam sensit vulnere tardus opem.*
*Vulnus in Ænea felix tractabat Iapix:*
*Qui Paridis posset tollere, nullus erat.*
*Hoc pariter Troes, pariter sensistis Achiui:*
*Hectoris hoc tactus frater & Hector erat.*
*Et Phrygios quisquis mutauit sanguine campos,*
*Et Phrygiam quisquis dente momordit humum.*
*Totque animas vno percusit vulnere Cypris,*
*Totque animas unâ cuspide fixit Amor.*
*Incrat antiquas Priameius hospes Amyclas,*
*Aspicit hic vultus, pulchra Lacana, tuos.*
*Protenus exarsit: si quid medicamen in herbis,*
*Adde saultares Troica turba manus.*
*Scilicet in flammâ Paridis, sedabitis vrbis:*
*Quo Paridis pectus vulnere, Troia cades.*
*Affer opem læso: Thetidi reddetur Achilles,*
*Et Priamus natos cernet, vt ante, suos.*
*Pelias ignoto, ceu quendam, stabit in Hæmo:*
*Quas melius figat Teucer habebit aues.*
*Viderat intactam Chryseida ductor Achiuûm,*
*Succubuitque oculis protenus ipse suis.*
*Illa Dei lauros intactaq́; sacra gerebat:*
*Hoc precium castæ virginitatis erat.*
*Quid facis Atrida? medicos adhibete Pelasgi,*
*Quæ modò sunt regis vulnera, gentis erunt.*
*Delius ignaras iaculo pecudesq́; ferasq́;,*
*Et volucres missâ cuspide tollit aues.*
*In populos mox ardor abit: nihil arte Machaon*
*Attulit, aut herbis Græcia tota suis.*
*Corpora procumbunt, quot non periêre sub hoste,*
*Atq́; aliquid maius Hectore morbus habet.*
*Scilicet ignauas serò properatis ad artes:*
*Quæ tremitis Danai spicula, misit Amor.*
*Paruus Amor regem, populos inuasit Apollo,*
*Sator è Troiâ nulla sagitta fuit.*
*Si licet & fas est, oculis periêre Pelasgi,*
*Siue sui regis, siue puella tuis.*
*Solus Amor vestras excludit fortior artes.*

*Nec renuit Mauors: inguina rumpit aper.*
*Excidit infelix animo Cytherea mater,*
*Inguinaq́, vt fuerant saucia mandat humo.*
*Inguina succrescunt, vt erant, veteremque figuram*
*Quæ fuerat phalio, nunc quoque bulbus habet.*
*Dicitur hic sauos animorum auertere morsus,*
*Et rabiem dentis, liuida turba, tui.*
*Quod properà Medea manu legisse putatur,*
*Sub sterili clausum cùm tegeretur humo.*
*Vtque erat in cœlum leuibus sublata quadrigis,*
*Cùm fugeret terras hospite victa suas;*
*Excidit è medijs pyxis scelerata lacertis,*
*Excidit, & Cattus cuncta recepit ager.*
*Quæ memores seruant Batavi, quos publicus hostis*
*Turpiter obliquo lumine seruat Iber.*
*Hactenus: & somnus pariter pariterq́, Cupido*
*Effluit è digitis visaq́, cera meis.*

## ELEG. VII.

### Ad Michaelem Mandevvylium, medicum.

*SIue aliquid sacris meritò speramus ab herbis,*
*Seu furor est medicas omnia posse manus;*
*Confiteor morbum: mensq́, ægra doloribus impar,*
*Si satis est aliquam poscere, poscit opem.*
*Scilicet infirmo satis est plerumque fateri,*
*Nec nisi qui tacuit vulnera, semper habet.*
*Vrimur, & fassi nil dissimulamus in igne:*
*Vrimur, & blandam sollicitamus opem.*
*Non tamen vt morbi videam speciemue genusue,*
*Aut videam flammæ semen opemue meæ.*
*Siue opus est Coo, Coi pete facta magistri.*
*Siue opus est Arabum munere, dicat Arabs.*
*Nil ego peccaui, nisi si vidisse puellam*
*Vincor, & ex illo tempore læsus ego.*
*Si fuit hoc tanti, melius speramus ab hoste,*
*Ne titulum fati poscat amica mei.*

Saucius

*Saucius Atrides medicas confugit ad artes,*
*Et medicam sensit vulnere tardus opem.*
*Vulnus in Æneâ felix tractabat Iapix:*
*Qui Paridis posset tollere, nullus erat.*
*Hoc pariter Troes, pariter sensistis Achiui:*
*Hectoris hoc tactus frater & Hector erat.*
*Et Phrygios quisquis mutauit sanguine campos,*
*Et Phrygiam quisquis dente momordit humum.*
*Totque animas vno percusit vulnere Cypris,*
*Totque animas vnâ cuspide fixit Amor.*
*Intrat antiquas Priameius hospes Amyclas,*
*Aspicit hic vultus, pulchra Lacæna, tuos.*
*Protenus exarsit: si quod medicamen in herbis,*
*Adde salutares Troica turba manus.*
*Scilicet in flammâ Paridis, sedabitur vrbis:*
*Quo Paridis pectus vulnere, Troia cades.*
*Affer opem læso: Thetidi reddetur Achilles,*
*Et Priamus natos cernet, vt ante, suos.*
*Pelias ignoto, ceu quendam, stabit in Hæmo:*
*Quas melius figat Teucer habebit aues.*
*Viderat intactam Chryseida ductor Achiuûm,*
*Succubuitque oculis protenus ipse suis.*
*Illa Dei lauros intactaq; sacra gerebat:*
*Hoc precium castæ virginitatis erat.*
*Quid facis Atrida? medicos adhibete Pelasgi,*
*Quæ modò sunt regis vulnera, gentis erunt.*
*Delius ignaras iaculo pecudesq; ferasq;,*
*Et volucres missâ cuspide tollit aues.*
*In populos mox ardor abit: nihil arte Machaon*
*Attulit, aut herbis Græcia tota suis.*
*Corpora procumbunt, quot non periêre sub hoste,*
*Atq; aliquid maius Hectore morbus habet.*
*Scilicet ignauas serò properatis ad artes:*
*Quæ tremitis Danai spicula, misit Amor.*
*Paruus Amor regem, populos inuasit Apollo,*
*Sanior è Troiâ nulla sagitta fuit.*
*Si licet & fas est, oculis periêre Pelasgi,*
*Siue sui regis, siue puella tuis.*
*Solus Amor vestras excludit fortior artes.*

*Solus Amor vestri negligit arma Dei.*
*Iupiter agnoscit toties delusus ab illo,*
*Et puero certas sentijt esse manus.*
*Delius, vt fama est, & qui regit omnia Diuûm,*
*Spicula certabant mittere, paruus Amor.*
*Fabula prisca quidem, sed non sine numine certo,*
*Errat, & autores fertur habere Deos.*
*Astabant blandi comites; Podalirius illi,*
*Huic socio iunctus fœdere, dulcis Hymen.*
*Nec mora, committunt volucres hinc inde sagittas:*
*Prima volat Phœbi, tardior alter erat,*
*Dumq; per immitis Zephyros libratur arundo,*
*Callidus enixo poplite cedit Amor,*
*Cedit, & extemplò faciles suspensus in alas*
*Vertit in aduersi pectora nuda Dei,*
*Obstupuit Phœbus, comites risère cadentem:*
*Exiguum primo tempore vulnus erat,*
*Vulnus erat primo sine sanguine: qualia sæpè*
*Virginis e gremio pendula figit acus.*
*Mox fluit in neruos, tenuesque illapsa per artus*
*Et faciles venas ossaque, pestis abit.*
*Quid facerent? pallet Podalirius, itur in herbas:*
*Proxima Dictæi culmina montis erant.*
*Huc abit, & summâ Dictamnum carpit ab Idâ,*
*Et Panacæa tuam sæpius addit opem.*
*Nil tamen hic artes, nil mens potuère nec herbæ,*
*Carmine nil magico conscia fecit anus.*
*Sic perijt demens, & post medicamina quæuis*
*Auxilium læso sola puella tulit.*
*Scilicet hinc ridet Superos: solusq; Deorum*
*Quid liceat vobis scire fatetur Amor.*

## ELEG. VIII.

### Ad Iosephum Scaligerum.

QVid toties nostræ commendas ocia Musæ,
*Et celebras lusus Cæsare nate meos?*
*Nec dubitas magnis componere sæpè poëtis,*

*Quæ facili nobis numine dictat Amor.*
*Da veniam fasso, minus est quod quæritur illis,*
*Et tua laus nobis ponderis instar erit.*
*Tyndaris antiquis impiuè arrisit Amyclis,*
*Cùm placuit Diuâ iudice, læsa fuit.*
*Iupiter inuictum Thetidi laudauit Achillem,*
*Qui Thetidem vellet lædere, Phœbus erat.*
*Nos quoque festiuis satis est placuisse poëtis,*
*Nec nimium soli displicuisse tibi.*
*Et satis est blandus aliquid dixisse puellis:*
*Defugiunt magnos carmina nostra Deos.*
*Vt nimiùm laudes, primâ moriemur in herbâ,*
*Et nimiùm nobis inuidiosus eris.*
*Est aliquid nostros leuiter vidisse libellos,*
*Est aliquid vultus applicuisse tuos.*
*Hactenus, vt gratus veniam blandusque legenti,*
*Et tibi festiuum scribere dicar opus.*
*Posteritasque meos aliquid putet esse furores,*
*Et leuiter iungat tempora nostra tuis.*
*Sic quoque nil magnis decedit Cæsaris ausis,*
*Nec minuam laudes, Cæsare nate, tuas.*
*Nec minus emergit croceis Aurora capillis,*
*Si teneat partes nox quoque versa suas.*
*Nec minus ardentem miramur in æthere Phœbum,*
*Si tacitæ curam Cynthia noctis habet.*
*Nos quoque, si fas est, aliqui dicamur in illis*
*Nomine fœlices quos licet esse tuo.*
*Tum quoque cùm Diuos maioraque regna petisti,*
*Et tacitæ numen Posteritatis eris;*
*Non ego victrices aquilas, Burdeniaque arma,*
*Nec Veneræ tangam seditionis opus,*
*Nec toties Veronæ tuos mutasse tyrannos,*
*Sceptraque vicinâ non bene sumpta manu.*
*Non Arabis fastos accusatosque Quirites*
*Temporis, & iussos certiùs ire dies.*
*Et totidem gentes intellexisse tot vrbes,*
*Quot geminus cœli duplicis axis habet.*
*Hæc alij: mihi pars miranda nepotibus olim*
*Materia veniet non aliena mea.*

*Lumine*

*Lumine quo blandos conspexeris ire puellas,*
*Nec tibi crudelis pectora fixit Amor,*
*Nulla tuos unquam corrupit fæmina mores,*
*Nec subiit sensus illa vel illa tuos.*
*Et puto maior eras, nisi Iupiter ipse fateri*
*Nollet, & hoc crimen diceret esse suum.*
*Qui toties paruis pueri concessit habenis,*
*Seu fuit in tauro, seu fuit albus olor.*
*Ergo ego tempus erit cùm te fortissime rerum,*
*Et tua per populos undique sacra feram:*
*Effigiemq; tuam pariter, pariterq; Tonantis:*
*Iupiter hic, illic Cæsare natus erit.*
*Scilicet hanc olim patrio spectabis Olympo,*
*Et titulis iunctos illius esse tuos.*
*Terra parens olli domitos summittet alumnos,*
*Enceladumque suum mater habebit humus.*
*At tibi victores succumbent ætheris ignes,*
*Et domitor magni fulminis ibit Amor.*
*Armaque quæ cæli spolium fascesq; tulere*
*Aspicies regnis stare minora tuis.*
*Pendebunt fractiq; arcus, fractæq; sagittæ,*
*Et quocunq; Deos sæpe subegit Amor.*
*Adijciam: DOMINO BONA MENS VICTORE DEORVM*
*IVLIA DES TEMPLIS DEDICAT ILLA TVIS.*
*Quod superest, summos cineri soluemus honores,*
*Nec tumulus Crete, sed tibi mundus erit.*

## ELEG. IX.

### Ad Gerardum Tuningium.

O*Mnia, Thuningi, meritò miramur in illo,*
*Seu fuit hoc fatum, seu rationis opus;*
*Qui potuit longas sine coniuge ducere noctes,*
*Nec comitem somni curat habere sui:*
*Nec timet infelix ne non videatur amari,*
*Aut socias partes coniugis alter agat.*

Sed

*Sed vacuus toto tacuit multusq́; cubili,*
*Ociaq́; ignauæ præmia noctis habet.*
*Hæc tua, si fas est, liceat vestigia nobis,*
*Perque tuos passus molliter ire mihi.*
*Nec moueat nostros quoties percurris amores,*
*Si videor votis blandior esse meis.*
*Cùm faciles versus, cùm mollia carmina cernis,*
*Et quæcunque aliquis dicere possit amans;*
*Quærimus absentem: veniat cum dote, recedam:*
*Et fugiam leges ipse poëta meas.*
*Me iuuat in cunctis aliquid laudare puellis:*
*Hæc mihi libertas coniugis instar erit.*
*Cùm video cunctas, cunctæ sic erabitis, inquam,*
*Iudicio ne sit tristior vlla meo.*
*Hæc nimiùm pulchra est, sed & hæc, sed & illa, nec illa*
*Conuenit: hæc etiam quo pereamus habet.*
*Moribus hæc primas sibi vindicat, illa pudore:*
*Omnibus hæc visa est pulchrior, illa mihi.*
*Omnia nec dentur nec surripiantur amicæ,*
*Et teneat partes quæq́; puella suas.*
*Non ego sum iudex, melius spectamus ab alto.*
*In caueâ noster ludere gaudet amor.*
*Hoc nocuit Troiæ, geminisque inuisa deabus*
*Pergama diù muros non habuêre suos.*
*Quid facient omnes quoties damnantur in vnâ,*
*Solaque tam rara præmia laudis habet?*
*Iudice me nullos Hecube ploraret ad ignes,*
*Nec Phygiæ lentas Græcia ferret opes.*
*Si Venerem spectem, nihil à Iunone requiram:*
*Si veniat Iuno, Cypridis ibit amor.*
*Cypris vt aspectu, melius sic vincet ab vlnis*
*Altera, si glauca est tertia, fortis erit.*
*Vt pariter nudæ pariter venêre sub Idam*
*Cum Paphiâ magni nata sororq́; Dei;*
*Molliùs obliquis Paphie subrisit ocellis,*
*Altera diffuso pectore læta fuit,*
*Tertia consuetâ nimiùm fumebat ab irâ,*
*Iupiter in causa factus adulter erat.*
*Sis facilis Iuno, galeam concede Mineruæ,*

Aspicies

*Aspicies laudes omnibus esse suas.*
*Nec damnare meum, nec sit praeferre puellam,*
*Nec teneat mentem firmius vlla meam.*
*Nec sine laude suâ nec sint sine crimine cuncta.*
*Haec meruit nasci pulchrior, illa fuit.*
*Pars faciem pensat genio, pars gestibus annos,*
*Pars redimit verbis turpia membra suis.*
*Sic melius sic semper agam, fugiamque videri*
*Ferreus, & nunquam stultus amator ero.*
*Qui manet in quauis, satis est si nesciat vnam,*
*Et numero noster cedere discet amor.*
*Ah pudet, insanos etiam mercamur amores:*
*Pro facie multas plurima iactat opes.*
*Dos iuuat in fraudes, animosque expugnat inertes,*
*Et precium quiuis accipit ipse sui.*
*Hoc emimus lites insanaque iurgia linguae,*
*Et quaecunque sibi vincula nectit amans.*
*Piscis inexpertos satis est si nesciat hamos,*
*Et volucres linum, retia tangit aper.*
*Solus amans seruo mendicat vincula collo,*
*Et nisi cùm sentit retia moestus abit.*
*Aurea nunc demum meruit Cytherea vocari,*
*in Batauis sedem vindicat illa suam.*
*Iupiter e nobis aliquam si quaerat amicam,*
*Quod fuit in captâ virgine, rursus erit.*
*Non mare, non caelum, non tertia regna iuuabunt,*
*Nec satis in dotem fulmen & orbis habet.*
*Sunt Danaae centum postquam penetrauimus Indum,*
*Et sua, quod nollet, munera mittit Iber.*
*Ah melius quondam, cùm nauita pauper & insons,*
*Nil veritus duras funibus esse manus,*
*Ibat in amplexum dominae quò fata vocabant,*
*Humidus, & plenus rore fluentis aquae.*
*Ibat inops, cymbamque suae monstrabat amicae,*
*Forsitan in cymbâ remus & alter erat.*
*Has habuit dotes quisquis meruisset amari,*
*Has habuit quisquis ducere vellet opes.*
*Pauperies primum, pietas mox excidit auro,*
*Legitimus tandem cedere coepit amor.*

*Hac quoque pars nobis satis est, si cætera desunt,*
*Ne videar leges sollicitare tuas.*
*Non mihi dos ulla est, nec quo placeamus ab auro,*
*Ingenij tantùm prodiga turba sumus.*
*Coniugis immunes ipsæ seruere Camœnæ,*
*Paupertes causa est, non pietatis amor.*
*Pïerus Euterpen coluit, dos defuit illi,*
*Nunc melius nomen virginitatis habet.*
*Fac veniat nostro si qua teneatur amore,*
*Et studiosa meas scire laboret opes;*
*Protenus hos illi referam pro dote libellos,*
*Et mea quæ scribo carmina, census erunt.*
*Vlterius nobis nihil est: quod restat Iberus*
*Et dubia mendax alea sortis habet.*
*Sic quoque liber ero, nec cæco vincar ab auro,*
*Nec thalamo leges scribet amica meo.*
*Tu quoque, Thuningi, vacuâ securus in aulâ*
*Ocia secura mollia mentis agis,*
*Nec faciles horas, nec somnum diuidis vlli,*
*Et tua nox tota est, totaq; vita tua est.*
*Inuideat, si quis leuibus succumbit habenis,*
*Et miserum lasso vertice sentit onus:*
*Somniaque vt demens alienis narret in vlnis,*
*Mancipium dominæ sustinet esse suæ.*

## ELEG. X.

### Ad Isaacum Casaubonum de Persio illustrato.

*EST aliquid pulchrum: nihil est formosius orbe.*
*Quæ teneant oculos plurima mundus habet.*
*Despice: cernis humum quæ se mirantibus offert,*
*Omnibus illa suas prodiga monstrat opes,*
*Suspice: pulchra vides diffusi lumina cæli,*
*Sideraque in choreas molliter ire suas,*
*Saltantesque Deos superum percurrere mundum,*
*Et thalamum matris semper obire suæ.*
*Aut veniente die pulcherrimus æthere Titan,*

*Aut fugiente suam Cynthia prabet opem.*
*Hac tamen aut nubes aut nox intercipit vna,*
*Et videas cæcos protenus esse Deos.*
*Vnica nox totum tenebris obducit Olympum,*
*Vnica nox totam celat & abdit humum.*
*Sint tenebra semper, nihil est hoc quicquid vbique est,*
*Et fugient partes omnia pulchra suas.*
*Non Helenen ipsam, non te malè sanus amabo*
*Ni videam vultus Hippodamia tuos.*
*Palladis hinc oculos, hinc collum pone Diones;*
*Sub gelidâ lateat nocte, peribit amor.*
*Hic quoque qui libro toties memoratur in vno*
*Flaccus, & inceptum morte reliquit opus,*
*Socraticas totus pallebat doctus Athenas,*
*Sed prope nox totus, totus & vmbra fuit.*
*Sic latuit semper, quamuis legeretur vbique,*
*Et prope quàm notus tam tenebrosus erat.*
*Sunt duo qui lucent, duo sunt qui lumina reddunt*
*Omnibus: hic cœlum purgat, & alter humum.*
*Casaubonus humum radijs, nox purgat Olympum:*
*Imperij sedem seruat vterque sui.*
*Nil mihi cum nocte est, placeat morientibus illa:*
*Nos homines luci debita turba sumus.*
*Sint tenebra Flacci, plus Casaubone meretur*
*Lux tua, luce tuâ cognitus ille fuit.*
*Quàm bene dictatu! quicquid non nouimus ante,*
*Illius, & quod nunc nouimus, omne tuum est.*

## ELEG. XI.

### De quadam.

*AH pereat, si qua nimiùm concedit amanti,*
*Nec meminit munus pulchra puella suum,*
*Nec negat infelix, & si quid forte rogabis,*
*Annuet, & tanquam brachia victa dabit.*
*Sic ego vix capto subduxi vincula collo,*
*Sic mea libertas pene sepulta fuit.*
*Deperij quondam (res est notissima multis)*

Qua

Quæ formosa satis, nec male culta fuit.
Oscula tentaui, dedit oscula: plura, negauit:
Coniugij texi nomine, dixit, erit.
Obstupui, nimiumq; inquam, pudibunda dedisti:
Incipiam partes ipse subire tuas.
Hoc satis est, si sperat amans: tu disce negare,
Et melius formæ iura tuere tuæ.
Aut ego nil poscam, vel tu nil redde petenti,
Hoc satis est, partes seruet vterq; suas
Si dederis nunquam, satis est promittere semper.
Sic stabilis certâ lege manebit amor.
Si dederis semper, nil iam concedis amanti,
Nec mihi quod poscam, si nihil obstet, erit.
Omnia si poscam, veniet pars altera tantùm:
Quod superest domis ipsa relinque tuis.
Si cupiam noctem, satis est si basia reddas:
Oscula captanti bis duo, deme duo.
Sic mihi sit semper quod amem, quod ludere possim:
Materies operi sufficit illa meo.
Cur ego nil optem nisi quod concedere possis,
Nec veniat votis vlla repulsa meis.
Eripies nobis cum carmine carminis ansam:
Si dederis nobis omnia, mutus ero.
Si Nemesis nunquam vel Delia pulchra negasset,
Quis legeret lusus, culte Tibulle, tuos?
Diû fuerat Naso sine carmine, plurima cœpit
Poscere: sic totum scribere cœpit opus.
Omnia dum poscit, dum nunquam blanda Corinna
Annuit, hoc ipsum pene volumen erat.
Quæ facilis cuiuis quiduis permittit amanti
Rustica vel stulti militis vxor erit.
Hæc decet vxores: satis est formosa puella,
Si dare iussa, negat; non dare iussa, dedit.
Nuper eram, memini, lepida conuiua puella,
Hoc etiam præsens tempore Rossa fuit.
Basia poscebam paucissima, Rossa negauit:
Nil petij, vultus iunxit amica suos.
Scilicet hæc voto gens est contraria nostro:
Sit pacata magis, protenus ibit amor.

Hoc

*Hoc teneros vates tenuit semperque tenebit*
*Quod nocuit: damnu turba beata sumus.*
*Sæpe ego cùm possem facilem exorare puellam,*
*Difficilis mentem cœpit habere meam.*
*Pomaque cùm possem demissu carpere ramis,*
*Altius ascendi, causaque nulla fuit.*
*Dispereat quem pascit amor, qui pinguia vota*
*Occupat, & nunquam quo crucietur habet.*
*Si licet & fas est, plus est sperare puellam,*
*Iudice me voto res minor illa suo est.*
*Cur aliquis limen teneræ circundat amicæ,*
*Sæuaque cum charâ coniuge bella gerit?*
*Nempe, quod hæc tantùm speratur, & altera nostra est:*
*Illa suis grata est moribus, illa fuit.*
*Est mihi quæ placeat, quam non contemnere possis,*
*Sit facilis, dotes destruet ipsa suas.*
*Tu quoque vel differ, vel ne concede quod opto:*
*Si mea iam nolis esse petentis, eris.*
*Diximus, erubuit: victosque ut flexit ocellos*
*Nolueram leges ipse tulisse meas.*

## ELEG. XII.

### De obitu Iani Dousæ.

*Hactenus, ut decuit, lepido succumbimus igni,*
*Et sequitur ventum nostra carina suum.*
*Da veniam Cytherea, nouum vel quare poëtā,*
*Cui sua festiuus vela ministret Amor:*
*Cui faciles cursus, cui lenes præbeat auras.*
*Hoc satis est nobis dicere, Dousa fuit.*
*Hæc operis pars summa mei est, hic carminis ordo:*
*Non alio post hac nomine notus ero.*
*Sed tumulum statuam: tumulumq́, altaria iuxta,*
*Et viridi circum cespite surget humus*
*Huc veniam, tectumque meum, meæ limina figam:*
*Huc referam sedes, maxime Dousa, meas.*
*Hic tibi persoluam, quæ postera sæcula iurent*
*Vatibus à priscis scripta fuisse tibi.*

*Rossa*

*Rossa comes veniet, pariterque habitabimus illhic,*
*Et cineri dabimus non aliena tuo.*
*Votaque, cumque suis soluemus basia votis:*
*Inque tuo noster nomine viuet amor.*
*Nec mihi nox sine te, nec te sine tempora lucis:*
*Te sine nil nostra gaudia mentis erunt.*
*Sic peragam, sic semper ero: dum dulcia vitæ*
*Stamina rumpantur deficiantue meæ.*
*Hic pariter tecum tumulo dissoluar eodem,*
*Nostraque subrepent ossibus ossa tuis.*
*Atque aliquis canus, cineres dum spectat, amator,*
*Temporibus soluet florea serta suis,*
*Poculaque affundet leuiter rorantis Iacchi:*
*Et facilem lymphâ virgine tinget humum.*
*Gandaque, Nordvvicumque, tuos compònet honores?*
*Nostraque confundet nomina, Dousa, tuis.*
*Cætera quæ restant; tenues deducet in auras,*
*Et Veneris blandæ mœnia, paruus Amor.*
*Hic etiam tecum per mollia rura vagabor:*
*Hic quoque, iuncta tuis manibus vmbra ferar.*
*Est locus, extremo quà pulcher ab æthere Phœbus,*
*Æthiopum primo lumine pingit humum,*
*Fulmine quem tactum Graij cecinère poëtæ;*
*Seu quia gens sacra est, seu quia sacra colit.*
*Curia stat Veneris, roseis innixa columnis:*
*E violis circum lapsa susurrat aqua.*
*Hic sedet, & causas tenerorum tractat amantum,*
*Blandaque cognoscit iurgia, Dousa meus.*
*Dousa meus causas tenerorum tractat amantum,*
*Sceptraque festiuâ gestat eburna manu.*
*Conueniunt molles per dulcia gramina turbæ,*
*Et strepitu leni tota resultat humus.*
*Hic queritur lentum domina fallacis amorem,*
*Blanditias alter non valuisse suas.*
*Hic tacitum limen; durasue ad limina voces?*
*Vulnera prisca refert alter, & alter habet.*
*Assidet, & noxas iuuenum, totidemque tabellis*
*Cuncta puellarum crimina seruat Amor.*
*Dousa meus pœnas, vel dulcia præmia soluit:*

*Præmia, vel pœnas, vt meruêre, suas.*
*Et modò consistit, leuibus modò regna columbis*
*Circuit: has Veneris munere semper habet:*
*Ex quo sæuus Iber Phœbeam clauserat vrbem,*
*Dousaque dicturas omnia misit aues.*
*Hic sequar: huc rerum veniam pars magna tuarum:*
*Et referam laudes, blande poëta, tuas,*
*Gestaque cuncta tibi : quoties frustraverit ignes,*
*Et quoties votum luserit Ida tuum,*
*Pro foribus duris quoties exclusus abîsti,*
*Et quoties voces nil potuêre tua.*
*Non ego sum vanus, nec cui malè credere possis:*
*Nec mea Musa tibi causa ruboris erit.*
*Si mihi Lius Grata non inficianda Camœna,*
*Et mea Romanum gloria currit iter.*
*Iuliades, Brenni deductum à sanguine numen,*
*Digna suo proles Cæsare, testis erit.*
*Vos etiam sanctæ, toties quas plangimus, Vmbræ,*
*Officij testes postulat illa sui.*
*Quod superest, coram peraget, cùm fata vocabunt,*
*Quæ spatium vitæ finiet hora mea.*

DAN-

DANIELIS HEINSII

# MONOBIBLOS,

SIVE

# ELEGIARVM

## LIBER SINGVLARIS.



DANIEL HEINSIVS

# PETRO SCRIVERIO

S. D.

Monobiblon meam, Scriueri doctiſſime, ad te fero: cur & titulo & loco à reliquis Elegiarum libris eam diſtinxerim, cauſam videtis tu & quiſquis eruditus eſt. Inuentiones vagas, liberas, laſciuas, ſolutas, amœnas, &, vt vno verbo abſoluam, Græcas, quæ felicitate ſuâ, & motuum celeritate; ſuauitate denique & licentiâ Romanos terrere ſolent, hac, tanquam faſce quodam, comprehendi. Quæ quidem res, niſi me animi coniectura fallit, tanto plus gloriæ meretur, quanto reliquis rarior, & minus tentata fuit hactenus: quam tamen à nullo violenter exigo, fretus iudicio, ſine quo ne hoc quidem ſuſcepi. Idem in Græcorum nonnullis inaffectatæ ela-

gantiæ

gantiæ affectator ille Catullus noster præstitit, & in primo libro suo maximè Vmber, qui quotiescunque aliquid supra Romanos audet, Callimachum se vocat. Exceptâ tamen vnâ & alterâ Elegiâ, minus amœnitati se dedit; minusque, siue certo iudicio, siue aliàs naturæ suasu, in instituto eodem persistit. In reliquis verò libris, sæpè à se, simulque à Græcis degenerat, & retro cedit: qui vir curam & operam vbique ad Elegiam, grauitatem nonnunquam diuinam, contulit. Reliqui longè ab hoc absunt, & Græcis hominibus res suas sibi habere iubent. Atqui liberrimum primò scribendi genus Elegia fuit: nos fortasse etiam audaculam fractamque in nonnullis fecimus. Nec enim eundem characterem pressimus, aut eidem viæ institimus. Hanc postea coarctârunt cum alij, tũ vel maximè ingeniosus Naso: qui quanuis ingenij sui frænos vbique laxet, ne frustra declamasse videatur, vt homo Romanus, artem constringit tamen, legemque, & æquabilitatem versuum sibi præscribit, cui vbique fere obtemperat. Sic cum tersissimo

Tibulli

Tibulli filo animam addat, cultum non ſuſtulit tamen. Laſciuiam, ſi quæ ſit, non excuſo: nec enim homines cum ſupercilio inuitamus; quos neque excludimus. Quod ſi accedant, quem accuſabunt? Grauitatem illis non præſto? ſed neque addixi. Propterea vel domi ſeueritatem ſequantur, vel hîc lepores excuſent; neutrum ſi poſſint, ſileant. Nã vt omnia in medium afferant, nunquam efficient, vt inuitis Gratijs natus eſſe velim, quodque Attici noſtri dicunt, πόῤῥω Χαρίτων παντελῶς καὶ Ἀφροδίτης. Et me hercule aut hac ætate licet aliquid, aut nunquam. Interea cum Comico Muſam meam adhortabor, priuſquam ad hæc ſacra pergo, Μοῦσα χορῶν ἱερῶν ἐπίβηθι καὶ ἔλθ' ἐπὶ τέρψιν ἀοιδᾶς ἐμᾶς. Idem tu fac, diuque cum vxorculâ tuâ ſuauiter viue, Lugd. Bat. CIↃ. IↃ, C. III.

# ELEG. I.



*VM tibi nocturnis domina cessatur in vlnis:*
*Cordaq; mansurus mollia iunxit amor:*
*Nos noua Scriueri domina consulta morantur:*
*Atque iterum duris voluimur in foribus.*
*Bis volui proferre pedem, bis blanda Dione*
*Perculit admoto lene caput strophio,*
*In thalamoq; suo solitos deducere somnos*
*Iussit, & ignauo condidit in gremio:*
*Quà circum domini volitabant semper Amores:*
*Et facilis myrti fronde virebat humus,*
*Graiaque ducebant tenui vestigia musco*
*Obsita, iam multis deuia temporibus.*
*Iunge manus mecum: pariter referemur eodem,*
*Inq; vias dulces, regnaq;: vulgus abi.*
*Hic mihi dum prima percurrunt pectora curæ,*
*Mens tremit, & princeps pectora lambit honos.*
*Dum vehor, audenti placidè succurrite Diuæ:*
*Vt mea vecta leui flamine puppis eat.*
*Materies satis apta mihi est: feror huc, feror illhuc,*
*Præsidet & puppi dux Cytherea mea.*
*Heinsius infelix volucrum pila dulcis Amorum est:*
*Hic quatit, ille ferit: hic iacit, ille petit.*
*Et trahimur sequimurq;: dolor nocet ille; dolore*
*Plus tamen hoc ipso posse carere nocet.*
*Et dolor est, sed dulcis, amor: lachrymæq; iociq;,*
*Materiesque operis blanda puella mei est.*
*Di pereat, quisquis lepidam spectare puellam*
*Ferreus haud vllo tactus amore potest.*
*Turgidulosque oculos leuiter, leuiterque natantes:*
*Nec poterit blandum poscere basiolum.*
*Mi facilis Natura leues præscripsit amores,*

*Impositaq;*

*Imposuitque animo dulcia iura meo,*
*Passeribusque inuectus ouantibus aurea Fama*
*Templa, tuas tundo dux Cytherea fores.*
*Pandite mî dulces, aditum mihi pandite, Amores:*
*Mons vbi vicinis nititur arboribus,*
*Speluncaq; leues, tremulaq; in collibus vmbræ*
*Exiguis lambunt gramina frigoribus.*
*Illhic Scriueriumq; inter teneramq; puellam*
*Constituet tumulum dux Cytherea meum.*

## ELEG. II.

*DVm sua nocturno deducit lumina cœlo*
*Cynthia, dux tacitis addita sideribus:*
*Astraq; voluuntur tacito palantia mundo,*
*Totaq; suppresso murmure languet humus;*
*Heinsius infelix, crudeli tactus ab igne,*
*Ad dominas perdit dulcia verba fores.*
*Tu niueo primos exhalans pectore somnos*
*Languida sopito lumine, Rossa, iaces,*
*Innocuis perfusa soporibus, inscia rerum,*
*Pectora non vllis saucia vulneribus.*
*Qualiter in solis secedens Delia syluis*
*Victa sopore suas labitur in violas:*
*Aut matutino trepidæ sub sidere Nymphæ,*
*Postquam nocturnos instituêre choros,*
*Molliter occultis in gramnibus profusæ,*
*Qua leuis egelidâ rupe susurrat aqua,*
*Omnes procubuêre: fatigataq; per herbas*
*Innocuos passim constituunt thalamos.*
*Hic zonæ, tunicæque, arcusque, leuesque pharetræ*
*E tremulis pendent undique corticibus.*
*At procul insano percurrens deuia passu*
*Pan furit in voces, Pan furit in calamos.*
*Antraq; cuncta vago pede perreptauit, & vmbras,*
*Syluaq; vocalem sensit adesse Deum.*
*Ast illæ leuibus sub frondibus inclinatæ,*
*Laxatis recubant suauiter vberibus,*
*Virgineos somnos e pectoribus spirantes:*

*Huic vaga respondent pascuaq; & nemora.*
*Talis ego, mea Vita, tuo deprensus in igne,*
*Languidus, ignoto vulnere tactus, eo.*
*Te nec dulcis amor, tristesque ad limina voces,*
*Nec toties fusæ sollicitant lachrimæ.*
*At me pallida mors magis & magis elanguentem*
*Opprimet hic ipsum leniter ad thalamum.*

## ELEG. III.

*HIc nemus occultum, præclusaq; fontibus antra,*
*Lymphaq; gaudentem frigore mulcet humum.*
*Auraq; vicinis placidè comes addita Nymphis*
*Mobilis argutis spirat ab arboribus.*
*Malaq; voluuntur tremulis hærentia ramis*
*In gremium, nullo discutiente, meum,*
*Exiguis variata ruboribus, æqua papillis,*
*Cùm modico trepidant vbere, Rossa, tuis.*
*Cùm circum tunicas gracili pressère tumore,*
*Et leuiter primis luxuriant choreis.*
*Huc ades, ô mea Vita: videsne vt amabile laurus*
*Sternere collapsis flexa thorum folijs*
*Propter aquæ riuum virides meditatur ad vndas?*
*Lymphaq; muscosis exilit e laribus,*
*Languiduloque agitata iubet confundere somnos,*
*Argutasque simul fingere delicias.*
*Dinec languida colla soporibus, ipsaq; sensim*
*Ebria mens blandis erret imaginibus.*
*Atq; oculis impunè natantibus halitus oris*
*Pectoris extremis effluat e latebris,*
*In secur, inq; meas calefacta per ossa medullas,*
*Atq; animam toto conscius ore bibam.*
*Sic noua sugentes tepidæ medicamina flammæ*
*Assiduus placido lumine cernat Amor.*
*Atq; aliquis trepido ducens suspiria vultu*
*Propositum sistat sponte viator iter.*
*Donec languidulus in amoribus expirantes*
*Hesperus auratis occupet e foribus.*

ELEG.

ELEG. IV.

*Qualiter occultis iam primùm saucia myrtus*
*Solibus, vmbroso Cypridis in nemore,*
*Quam circum Veneres placitas duxêre choreas,*
*Et sua suspendit spicula multus Amor,*
*Iam viduata suis deserto in gramine lymphis*
*Languida collapsis occubuit folijs.*
*Aut rosa, quæ strophiumq́, inter tenerasque papillas,*
*Virgineis clausa languet in vberibus,*
*Cui Zephyrus pater ipse suas non amplius auras*
*Sufficit, & vires mater ademit humus.*
*Haud secus ignoto mens externata furore,*
*Rossa, tuo postquam vultibus incaluit,*
*Aret, & effœto collapsæ in corpore vires*
*Deficiunt animæ dulcia vincla meæ.*
*Ebriaq́, incertis mens vulneribus languescens*
*Ardet in amplexus serpere posse tuos.*
*Haud secus immitis thyaso quem possidet Euan,*
*Semper ab hesternis languidulum choreis,*
*Errat, & ignaui percussus flore Lyæi,*
*Omnia non certis peruolitat pedibus.*
*Aura dum lento calcantem gramina passu*
*Pallida nox densis implicuit tenebris,*
*Ast olli roseæ languent sub fronte corollæ,*
*Sertaq́, collapsis arida temporibus,*
*Donec sidereum deducens Lucifer agmen,*
*In tepidâ lapsum mane prehendit humo,*
*Rursus languidulum, rursus caput huc atq́, illuc*
*Iactatum dubijs semper imaginibus.*
*Sic mihi Rossa: tuis perculsum pectora curis*
*Semper ab integro possidet alter amor.*

ELEG. V.

Hylas.

*Cum Venus occultis Cinyreï saucia curis,*
*Furtiuo domum surgeret e thalamo,*
*Languida nox prono factura silentia mundo*
*Stillabat madidis roscida sideribus.*
*Ridebant valles, ridebant obuia tempe:*
*In florem facilis eminus ibat humus.*
*Mollis Amor iunctos aurigabatur olores,*
*Percutiens geminis colla papaueribus.*
*Quos dum forte cauis e vallibus ascendentes*
*Paulatim campis flectit ab Assyrijs,*
*Nympharum in lucos (Nymphæ tum fortè sedebant)*
*Aspicit occultis sub nemorum folijs*
*Pendentem lympham: tacitæ quam noctis imago,*
*Et tenebræ blandis abstulerant oculis,*
*Ni circum alludat radijs argentea Phœbe,*
*Et strepitus densis murmuret e violis*
*Occultus: qualis deducta rupis ab antro*
*Vere nouo florum conscia fundit apis.*
*At circum faciles Nymphæ choreas ducebant,*
*Nympha formosis nuda turba viris,*
*Quos intenta suo lustrabat lumine Luna,*
*Pendentes tremulis arma sub arboribus.*
*Pendebant pharetræ, pendebat inutilis arcus,*
*Quem metuunt Panes, quem metuunt Satyri.*
*Ergo abit, & purum spectator pergit ad vndam,*
*Oblitus placidus flectere rursus aues.*
*Cunctaque dum lustrat, dumque omnia circumspectat,*
*Et faciles lusus, & faciles choreas,*
*Corpore propendens toto gelidis super vndis;*
*Deciderunt arcus, deciderunt pharetræ.*
*Elapsæ furtim. veluti cùm noctis in vmbrâ*
*Stella leuis longum defluit in pelagum,*
*In pelagum delapsa, vel vt delapsa putetur,*
*Fulget, & immensum lumine signat iter.*

*Ardebant*

*Ardebant dulces latebræ, totumque venenum*
*Hauserat occulto fons gelidus latice.*
*At Nymphæ Nymphæ sua rursus tecta reuisunt*
*Mane nouo, cùm se Memnonis Æthiopis*
*Pegaseis super arua parens sustolleret alis:*
*Et roseis lora flecteret articulis.*
*Omnes innocuo deuicta membra sopore,*
*Qualis collapsis Parthenice folijs*
*Demisit collum grauis imbribus, aut vbi multum*
*E matutinis roribus immaduit.*
*Dum dulcem reduces traxére per ossa furorem,*
*Non iam virgineis saucia vulneribus.*
*Ergo omnes fontes, nemora omnia circumcursant,*
*Et nuper dulces effugiunt latebras*
*Palantes: patrio quam vellent posse sub antro*
*Furtiuo puerum euertere connubio,*
*Quem simplex à matre suâ deduceret error,*
*Ad gelidos fontes, & nemorum spatia:*
*Ah misera, ah demens, quam nec solitis pertentat*
*Fluctibus assidue pectora serus amor.*
*Quantos illa suo consumit corde dolores!*
*Quam velit hoc matrem posse latere suam!*
*Ah teneræ matres, si cui puer integer annis*
*Crescit adhuc vestro nescius in thalamo*
*Crudelis flammæ, paruusque sororia libans*
*Oscula, materno nil timet in gremio;*
*Nympharum cupidos defendite semper amores:*
*Neue aliquis vestris prodeat e foribus.*
*Aut si cui malè forte sitis tentauerit ora:*
*Sunt alij fontes, sunt alij latices.*
*Hæc vobis matres edicimus: hæc Venus ipsa*
*Suadet, & amissâ mœstus Amor pharetrâ.*
*Nescijt hoc magnorum infelix cura Deorum*
*Alcides, puero captus ab Argolico,*
*Cui circum malas flos aureus emergebat,*
*Purpureis serpens vndique temporibus,*
*Nescijt, vtque comes volucri descendit ab Argo,*
*Pergit Hylas dulcem quærere fontis aquam*
*Valle sub vmbrosâ: quà pumice desuper altâ*

*Humor aqua prono murmure desiliens*
*Pendebat nemore in medio. Puer insciius vrnam*
*( Inscius hoc captas quippe videre deas)*
*Admouet. Ast illæ sub frondibus hinc atque illhinc*
*Innocuum iunctis inuoluunt manibus,*
*Luctantem frustra, frustra puerilia tendentem*
*Vndique cum multis brachia lachrymulis.*
*Si quis sollicitas Alcidæ ferret ad aures*
*Extremos gemitus, verbaque frigidula,*
*Quæ medijs superimpendens immurmurat vndis*
*Infelix! illa vasticies nemorum,*
*Et conclamantes intercepêre latebræ,*
*Et suspirantis languida vis Zephyri.*
*Haud aliter prolem trepidantis ad omnia ceruæ,*
*Diuisam blandæ matris ab vberibus,*
*Crudelis lupus impedijt: illa anxia matrem*
*Clamat, & in matrem dirigit ora suam.*
*At mater, nec iam mater, procul auia lustrat,*
*Et bene vix natam sentit abesse suam.*
*Sic puer Alciden Alciden iam super vnda*
*Aduocat. Alciden puppis Iasonia*
*E leuibus transtris & sedibus egredientem,*
*Cingebat viridi gramine mollis humus.*
*Illum muscoso Nymphæ duxére sub antro,*
*In vitreas sedes, in vitreos thalamos,*
*Damnatum flammis & virgineo Hymenæo.*
*Dulcis Hymen blandis ibat ab arboribus,*
*Dulcis Hymen toto reddebat vertice sylua,*
*Nil metuens crudas Herculis exuuias,*
*Aut nodosa cauam quæ complent pondera dextram,*
*Graiaque delecta robora militiæ.*
*Sic formosus Hylas diuinus cœpit haberi,*
*Additus æternis corpore Naïasin.*

## ELEG. VI.

*Diuini saltus, & saltibus addita ripa,*
*Fessarum sedes humidæ Naïadum:*
*Et lauri fragiles, & quæ superimpendentes*
*Solis oberrantes excipitis radios;*

*Intensa*

*Intonsæ myrti: quæque alto e culmine lapsa*
*Innocuo serpis murmure, lenis aqua.*
*Heinsius has vobis, si quicquam dulce putatis,*
*Exuuias vestris pendet ab arboribus.*
*Hanc Zonam strophiumque, laboratamque corellam,*
*Quam mea lux manibus texuit ipsa suis,*
*Collapsam de temporibus, cum forte sub illa*
*Arbore iucundis compositam violis*
*Lenta quies blando deceperat illice vento,*
*Et nunquam tacitæ garrulus humor aquæ.*
*Quam Zephyrus lentis pendentem assibilet alis,*
*Et tepidis tingat humida nox lachrimis,*
*Mane nouo, cum sideribus iam pene peractis*
*Lucifer Eoo fulgurat in thalamo.*
*Quod si forte suos huc verterit improba vultus,*
*Atque iterum vestris occubet in folijs,*
*Dulci victa sopore, & euntis murmure riui;*
*Depositum præsto sentiat esse suum.*
*Vos eritis testes, Zephyrus pater, aureque fontis*
*Perfidiæ testes non decet esse Deos.*

## ELEG. VII.

*Perfida pacta mihi es, pacta es mihi perfida nupe*
*E lepido ductas pectore delicias.*
*Delicias, mea lux, faciles, blandasq́, leuesq́:*
*Quodq́; tuas spiret vndique nequitias.*
*Quodque tuamque animamque meam commisceat vna,*
*Tangat & halitibus vltima corda tuis,*
*Halitibus, mea Vita, tuis: ah Rossa, negasne?*
*Hoc mihi crudelis soluere Rossa negas?*
*Non potes hoc: risusque tuos, & dulcia testor*
*Lumina, va misero lumina nota mihi!*
*Lumina quæ placido subrident molliter igne,*
*Et leuiter blandis luxuriant radijs.*
*Interea lingua trepidæ contermina linguæ*
*Ludat, & argutum garrula tentet opus.*
*Proserpamque tuo penitus sub pectore; donec*
*Eliciam cunctas pectoris illecebras,*

*Basiaque optabo post basia, basia rursus*
*Eliciam: post tot basia; Rossa veni.*
*Sit mihi fas oculisque tuis, tremuiisque vagari*
*Posse genis, leuiterque addere: Rossa mea es.*
*Quis modus est? rursus veteres delabor in ignes:*
*Osculaque vt fixi plurima, plura iuuant.*
*Haud decet auelli: teneris moriemur in vlnis:*
*Ah tumulus vitæ sit precor ille meæ.*
*Tempora falluntur, ne nos fallamur ab illis:*
*Cætera quæ subeunt tempora, Parca tenet.*
*Expirare iuuat: Rossæque oculisque genisque,*
*Et moriar blandis blandus in vberibus.*

## ELEG. VIII.

*CYnthius exiles radijs leuioribus ignes*
*Exeruit, vultus explicuitque suos.*
*Et tepido ridet pacatum lumine cœlum,*
*Et Zephyri placidum vindicat aura diem.*
*Vos modò crudeles procul euanescite curæ,*
*Inque tuos lusus blanda iuuenta veni.*
*Humidulum nemus, & tepidis non inuia ventis*
*Antra, meis quondam sacra cupidinibus,*
*Et matutino sudantes rore myricæ,*
*Tuque meis votis mobilis aura faue.*
*Bacche pater dulces animo largire furores,*
*Blandaque mens erret numine victa tuo.*
*Molliter indulge fluitantes ludere sensus:*
*Vlterius curæ nec meminisse suæ.*
*Pocula procedant tenui spumantia rore,*
*Mitia, sed dulcis qualia poscit amor.*
*Dulcis amor Putsciique mei, Lydiique, meusque*
*Mollia qui iungit pectora, dulcis amor.*
*Interea mollem leuis vmbra refrigeret æstum,*
*Et trepidet summo leniter in calyce.*
*I puer, i, purum leuius superingere Bacchum,*
*Ocyus huc plenâ pocula redde manu.*
*Heinsiada visum est sceleratas mergere curas,*
*Et reserare animi dulcia vincla sui.*

*Vos modò certamen lepidi subeatis amici,*
*Et leuibus mentem fallite delicijs.*
*Ludite, sed paruo miserum proscribite luctum:*
*Et dolor in ventos hinc procul omnis eat.*
*Ludite: non vobis verubus torrentur ahenis*
*Corpora vastorum sanguinolenta boum,*
*Doliaque ad priscos referuntur consulis annos,*
*Inque leuem procul hinc aëra fumus abit.*
*Sed placidæ Musæ, facilisque modestia, sed spes*
*Aurea, sed forti mens satis æqua suæ,*
*Assiduæque Heinsi teneris coniuncta Camœnis*
*Simplicitas placido pectore regna tenet.*
*Innocuæque epulæ accedunt, tenuesque paratus,*
*Blandaque qui pascat gaudia, Bacchus adest.*
*Ite citi, date vina: iuuat lu'isse dolores:*
*Qui videt hanc lucem sobrius, exul erit.*
*Pocula circumfer ter, & altera pocula, donec*
*Ebria mens blandis ducitur augurijs.*
*Pelle moras, Putsci, tremulus despumet Iacchus:*
*Ille moras odit siccaque verba Deus.*
*Da mihi, da totos cyatho deducere riuos,*
*Sic mihi sit Rossæ fas meminisse meæ,*
*Absentis meminisse: neget quis pocula Rossæ?*
*Quis dominæ nomen dulce referre suæ?*
*Quisque suos pandat placidè quibus vritur ignes*
*Ordine: vina nouus singula poscet Amor.*
*Hondi, dulce caput, quo te Deus impulit æstu?*
*Quæue tuo Lydi pectore bella gerit:*
*Putsciadæ quæ cura meo est? amor omnibus æquæ*
*Imminet: innocuas non habet ille manus.*
*Bacche faue: leuibus mens inscia tollitur alis:*
*Liber adest: menti præsidet ille meæ.*
*Vinis mobilibus, vinis tremulisque, nouisque*
*Succubuit: subeunt gaudia, cura iacet.*
*Iam venias mors atra licet: saliensque canensque*
*Molliter Elysias deferar in choreas.*

ELEG.

## ELEG. IX.

*ITe pedes: dulcis pertentat nuncius aures,*
*Blandaque promittit gaudia: Rossa venit.*
*Lux mea Mattiacis celeri rate fertur ab oris,*
*Inque meo visa est littore: Rossa venit.*
*O Superi, mea Rossa venit: procul ite libelli,*
*Ite leues curæ, verbaque: Rossa venit.*
*Quid mihi Simichide tecum est, facilisque Catulle?*
*Effluit e digitis conscia charta meis.*
*Rossa venit, mea Rossa venit, mea Rossa: quid ergo*
*Heinsiade cessas pergere? Rossa venit.*
*Non ego, si liceat, cupiam pater esse Deorum:*
*Non ego, si liceat, nunc Deus esse velim.*
*Iupiter ignoscas: nec enim tua gratia tanti est:*
*Heu nimium sterilem possidet ille domum.*
*Heinsius in terris hodie* Deus *incipit esse:*
*Iupiter hoc ipso nunc erit ille die.*
*Pes volat in sua vota: feror, feror: ite dolores.*
*Non patitur segnes nuncius ille pedes.*
*Quòque magis propero, magis est properare voluptas,*
*Sustineo votum vix miser ipse meum.*
*Iam mihi, Dî, dulces videor componere vultus:*
*Halitibus pasci iam, mea Vita, tuis.*
*Iam videor, mea Rossa, tuis hærere labellis,*
*Et leuiter labris asseruisse meis.*
*Heinsius vt maneat? propero, rapiorque, ferorque:*
*Cor trepidat, saliunt pectora, feruet amor.*
*Deficiam, mea lux, nisi protenus ora genasque*
*Molliter amplecti sit mihi posse tuas.*
*Ergo ego te teneo, mea lux, mea Vita? licetne*
*Soluere in amplexus pectora tota tuos?*
*Effundor mea Rossa, nec in mea dulcia solus*
*Sufficio, Superi, gaudia:* R*ossa mea est.*
*Basia iam, iam basia iam, iam basia, Rossa,*
*Sit mihi fas leuiter figere:* R*ossa mea est.*
*Sed tamen incumbam: repetam, repetamque morando,*
*Vt numerum perdant basia nostra suum.*

*Me*

*Me miserum quæ finis erit? fer basia rursus:*
*Principium rursus, lux mea, finis erit,*
*Incipiam rursus: tremulis, tepidisque labellis*
*Basia iam, post tot basia, rursus habe.*
*Scilicet hæc rursus. sed & hæc, sed & illa teneto:*
*Sed tamen hæc rursus, sed tamen illa tene.*
*Plurima iam fixi: post plurima, plurima restant*
*Altera: post ista plurima, plura feres.*
*Heinsius in roseisque habitat leuibusque labellis:*
*Inque sinu dulces incolit ille domos.*
*O Superi, domus illa mea est: hîc pendulus erro:*
*Dum tepidis leuis e vultibus aura venit.*
*Depluit ex imis dominæ leuis aura medullis:*
*Aura leuis sensus ventilat illa meos.*
*Spiritus accensus tenui delabitur igne,*
*Inque meum calido fomite pectus abit.*
*Lenis odos, ah lenis odos, ah lenis amaror*
*Ebria dissoluit pectora: Rossa mea es.*
*Misceamur mea lux, & hiulco totus in ore*
*Heinsius est: in te, lux mea, totus abit:*
*Iunctis halitibus, iunctis gemitibus vnà,*
*Os patet: hæc vita ianua tota mea est.*
*Heinsius ab Rossa est, & Rossa est Heinsius: vnum*
*Scilicet ambobus postmodo nomen erit.*
*Heinsiadem vestrum si quæritis, ite sodales:*
*Desinite hîc frustra quærere: Rossa tenet.*

## ELEG. X.

*IMproba redde diem croceis Aurora capillis:*
*Improba quin properas pergere? redde diem.*
*Quis nimiæ tibi causa moræ est? tardissima rerum,*
*Exciderant manibus iam puto fræna tuis.*
*Tardior es solito: nec vt ante per aurea cœli*
*Sideribus pulsis atria, Diua, venis.*
*Pande fores Dea blonda tuas: nisi forsan vt olim*
*Fallere Tithonum sit tibi cura tuum.*
*Illa dies Aurora venit, tardissima rerum,*
*Pacta mihi nuper quam mea Vita fuit,*

Pacta

*Pacta mihi mea Vita fuit: nox tarda moratur.*
*Me miserum dominâ durior illa meâ est.*
*Forsitan Alcides nouus est qui prodeat alter,*
*Vindicat & noctem Iupiter ipse meam.*
*Est locus exiles modice curuatus in arcus,*
*Ingenuæ frondes, umbraque parua tegit,*
*Mobilibus trepidans folijs, naturaque rerum*
*Ingenio thalamum condidit ipsa suo.*
*Hic mihi dicta dies fuit: inter amœna vireta,*
*Et latebras dulces tesquaque Rossa sedet.*
*Rossa para totis in me proserpere palmis:*
*Rossa para centum gaudia, mille iocos.*
*Heinsiades mea Rossa venit: strepitusque salesque,*
*Et lepidos morsus verbaque, Rossa, para.*
*Rossa para, quicquid lepidum, blandumq;, salaxque:*
*Rossa para, quicquid pectore molle geris.*
*Iam venio: totis in te ferar improba velis:*
*Quot scelerum pœnas iam mihi Rossa dabis?*
*Sed faciles pœnas: quales solet Heinsius a te*
*Poscere, cùm blandum pectore vulnus a&s.*
*Scilicet hæc nostra tormentum dulce iuuenta,*
*Scilicet hæc vis es pectoris illa mei?*
*Quæ tot nutibus hinc, quæ me tot nutibus illhinc*
*In tua deduxti pectora? pande genas,*
*Pande genas, ah pande genas, radijsque pererra*
*Pectus, & argutis obrue luminibus.*
*Luminibus, nimiumque procacibus, argutisque:*
*Ut pereas, animum, lux mea, perde meum.*
*Spiritibus linguisque natantibus inter odora*
*Roscidaque humidulo nectare basiola.*
*Interij, perijque tuo, mea Vita, fauore,*
*Ipsaque mens voto concidit icta suo.*
*Non tamen euades: per inania basia iuro,*
*Perque oculosque tuos, perque oculosque meos,*
*Has flammas flammis vlciscar, & ignibus ignes.*
*Improba iam pœnas iam mihi mille dabis.*
*Surripiamque animamque tuam, penitusque medullis*
*Mergar, & occultis perfidiæ latebris.*
*Surripiam te, Rossa, tibi: quid perfida cessas?*

Perge,

*Perge, anima totas iam mihi pande fores.*
*Vlterius, Diui, vlterius si quid latet vsquam,*
*Heinsius hoc, tanquam Gorgonis ora, fugit.*
*Non iuuat extremis nimium confidere rebus:*
*Sufficiat tutis ludere delicijs.*

## ELEG. XI.

*ROssa vale: mens alta suis subducta ruinis*
*Languida detrectat vincula: Rossa vale.*
*Templa patent Phœbi: Musarum amplectimur*
*Parce Venus tantas sollicitare Deas. (aras:*
*Rasa coma est: tutæ stat Libertatis in ædem,*
*Inque peregrina prœlia ferre pedem.*
*Pantheæque fidem, & primi incunabula Cyri*
*Voluere, vel fastos Attica Diua tuos.*
*Spartanumque dolum & turbantes fœdera Diuos,*
*Vastaque Thebanâ funera cæsa manu.*
*Terque decem lapsis patriæ succurrere rebus,*
*Theramenem dubio dum vehit aura pede.*
*Fixaque erit rerum grauibus mens ardua curis,*
*Anchora versatam dum tenet illa ratem.*
*Portus adest, lege vela manus: stat littore puppis:*
*Sæua licet spument æquora, firma manet.*
*Nata mari Venus est: pelago iactamur amantes:*
*Eleuat illa vndas pectoris, illa domat.*
*Vix tamen emersi: madidi tollantur amictus:*
*Exuuias Nereu vix fugientis habe.*
*Phœbe faue, Gratûmque chori, virideſque latebræ,*
*Et leuibus tempe sacra Cupidinibus.*
*Tempe, queis Nymphæ superimpendentibus antris*
*Flore nouo vernos constituere thoros.*
*Graiugenûm nemus, & vitreis lenis vnda lapillis,*
*Pendulaque Arginis templa sub arboribus*
*Heinsiadæ domus est: lepidos hic fallit Amores,*
*Et Charitum blandis voluitur in thalamis.*
*Teius hic dulci trepidat vestigia Baccho,*
*Et tremuli furtim lumina fallit Amor,*
*Basiolisque suos Cytherea mollibus hymnos,*

Et

*Et facili totum munere vendit opus.*
*Blande senex, tibi cura leuis, Venerumque medulla*
*Caniciem mites euocat in choreas.*
*Scilicet argutùm leue cor tibi ridus Amorum est:*
*Quaque sub molli pectore molle foues,*
*Emerguntque Deûm pulli: semperque renascens*
*Pipilat exuto cortice paruus Amor.*
*Te lepidis, pater, illecebris, myrtique bacillo*
*Per violasque suas ruraque Cypris agit.*
*Nec tibi languentes fuerit de fronte corollas,*
*Aut impune leues deseruisse choros.*
*Arma calyx cyathusque tibi: te cingit Amorum*
*Grex leuis: ille oculos dirigit, ille pedes.*
*Hic tuba Maeonidae, & Musarum elisa cauernis*
*Pindarica circum fulmina mentis eunt.*
*Iupiter Argolicûm, superis Rex altior oris:*
*Vltima Parnasi culmina, finis humi.*
*Thebarum Cadmea, soli sublimis Olympe:*
*Phoebe hominum, Pitho mascula, quarta Charis,*
*Araque Mnemosynes generi, sidusque diurnum,*
*Alta Deûm lambens atria, magne parens.*
*Ambrosia flos, verna dies, pincerna beatae*
*Nectaris, Elysium nobile, Graia Venus.*
*Te procul inuectum nebulisque & inanibus vmbris*
*Luce, pater, magnâ circuëunte sequor,*
*Rima leuis quà vix dubios admittit ocellos,*
*Et tenui exundat lumine vasta dies;*
*Pande fores, Rex Aonidum, Rex alta tonantum,*
*Meque per & rupes & tua saxa vehe.*
*Pande fores, cortina Deûm, stimulisque subactum,*
*Et valido vocum robore pectus age.*
*Magne virûm, neruosque tuos effunde thorosque,*
*Eque tuo qui se pectore tollit honos.*
*Ardua sublimes animi mens concipit ignes,*
*Fomitis attactu dum calet icta tui.*
*Interea tantis dum findimus aëra pennis,*
*Illa lues nostri pectoris exul abi.*
*Rossa vale, curaeque leues: date iura Quiriti.*
*Liber eo: Phoebi, finis amoris, amor.*

ELEG.

## ELEG. XII.

BAcche pater, tibi mansuras hic sistimus aras:
Posteritas vatem me sciet esse tuum.
Seu quia desertis Nonnum reuocamus ab Vmbris,
Seu quia festiuus te sibi iunxit Amor.
Seu quia victor eras, inuentaque pampinus vmbra,
Terque hederæ frontem circuiêre tuam.
Non mihi Deriades, flauusque occumbit Orontes,
Victa sed est lachrymis dura puella meis.
Hoc opus, hæc res summa mea est: tibi fata Lycurgus
Imputet, & thyrso debeat vmbra tuo.
Et trepida crimen genitricis nobile Pentheus,
Subditaque ignoto numine prima dies.
Cui Satyrûm proceres, & nubibus orta iuuentus,
Et sua coniunxit fata Pelasga manus.
Me tenui blanda spirantes carmine Musæ
In thalamum Vitæ constituêre meæ.
Paruæque tentanti faciles risêre Camœnæ,
Dexteraque in lusus gens fuit illa meos,
Ille chorus meus ille, cui Priameïa cedat,
Pristinaque Argiuûm cum duce turba suo.
O quæ vecta leui tendis per gramina passu,
Blanda parens curæ Calliopea meæ.
Cui tot sacra dicauit Amor: cui mobilis olim
Battiades patrijs lusit in aggeribus.
Inque columbarum leuibus prouectus habenis
Vmber ouans leni trajnite rasit humum;
Vatem surripe Diua tuum, quâ lacteus imber
Spirat ab vmbrosis Mæonidum latebris,
Inter puniceos tenui sub gramine riuos,
Antraque Phœbeis nixa papaueribus.
Ebria mens bacchatur, Io. quid inania cessant
Bacche pater, sacris pocula tinge tuis.
Victorem decet illa tuum: iam nobilis Euan
Pectoris insanas vndique tunde fores.
Tunde comas atque ora: feror, feror aureus intra
Sidera sublimi vertice: terra vale.

O Bacchi

# DANIELIS HEINSII
# GRÆCA QVÆDAM
# ET
# E GRÆCIS VERSA

# ISAACO CASAVBONO

V. CL.

DANIEL HEINSIVS

S. D.



VErum illud eſſe non ignoras, Vir maxime, ὅτι ἡ μουσικὴ, ὥσπερ ἡ Λιβύη, ἀεὶ Καινόν τι κατ' ἐνιαυτὸν τίκτει θηρίον. Quæ enim nuperrime, cum Simichidem Latine loqui docebamus, tibi inſcripſimus, ea reddimus; ſed, vt terræ felices ſolent, cum fœnore. Græca enim quædam præmiſimus, quorum Pandora merito agmen ducit: antiquiſſima Naturæ filia, ϗ πρωτογενὴς, ſi Heſiodicæ ſapientiæ credimus, τῆς ἀλληλογονίας πρωτότυπον. Quam cum primo tibi miſimus, quæ humanitas tua eſt, non minus accepta fuit, quam cum olim eam dedit Iupiter. vt periculum eſſet, ne Epimetheus fieres,

 niſi

nisi Prometheus fuisses. Accedunt alia nonnulla, quæ vel præceps temeritas nostra, vel blanda amicorum extorsit importunitas. Nosti autem hoc æuum, quo nemo arbitrio suo scribit, sed alieno. Vale, sæculi decus, & nos amare perge.



# ΥΜΝΟΣ

# ΕΙΣ ΠΑΝΔΩΡΑΝ

## ἩΣΙΟΔΟΥ.

Ἀθανάτων βασίλειαν ἀείδομεν, ἠδὲ καὶ
ἀνδρῶν
Νόσφιν ἀεὶ κρατέουσαν· ἐπεὶ κατ' ἀπεί-
ρονα γαῖαν
Πλαζόμενοι λιπόμεσθα θεῶν, ἀεσίφρονι θυμῷ.
Ἀρξάμενοι, ὡς πρῶτα φερέσβια δῶρα καλύψας
Ἰαπιπονίδαο χολωσάμενος διὰ βουλὰς (τοῖσι.
Ζεὺς κρατερὸς γλυκύπικρον ἐπήγαγε πῆμα βρο-
Ἵλαθι πασιμέλουσα, πανόλβιε, πότνια θεάων,
Εὐφροσύνης δώτειρα, καὶ εὐάντητον ἰόντι. (θεῶν
Ὥς ποτε γῆ τετάνυστο, καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερ-
Ἀμφιταλαντεύουσαν ἑλισσόμενος περὶ γαῖαν
Τείρεσιν ἐστεφάνωτο, καὶ ἠελίου γλυκὺ φέγγος
Αὐτοκασιγνήτης ἐστέψατο κύκλα σελήνης,
Ἤδη χθὼν λιαροῖσι καλυψαμένη Διὸς ὄμβροις
Ἀνθρώπων τέκε φῦλα, καὶ εὐρυπόρου διὰ κόλπου
Ἔθνεα βοτρυδὸν χρυσέων ἀνετέλλετο λαῶν.
Χρυσῶν μὲν πρώτιστα καὶ ἀργυρέων γένος ἀνδρῶν
Μήτηρ τίκτετο γαῖα, θεοῖς πάντεσσι μεμηλὸς,
Ἐκτὸς ἀλιτροσύνης λυσσώδεος, ἐκτὸς ἀνάγκης.
Τοῖσι βίον πόρε δένδρα, καὶ ἣ προτέρον τέκε μήτηρ
Πήχεας ἀμπετάσασα, φίλα μαιώσατο τέκνα,
Πάντα χαρισσαμένη. δεινὴ δ' ἀπέκειτο θάλασσα,
Οὐδὲ βίον μερόπεσσιν ἀπόπροθεν ἅρμαζον πόντου
Νῆες ἀγίνεσκον, Βορέω πνείοντος ἀπειλὴν

Λαίφεσι

Λαίφεσι πεπταμένοισιν ἀνὰ μέσα κῦμα θέουσαι.
Τοὶ δὲ θεοὶ μερόπεσσι μεμιγμένοι εἴδαρ ἔδουσι,
Πάντοθεν εὐρύστερνον ἀνεστρωφῶντο κατ' αἶαν.
Ζεὺς δ' ὅτε δὴ χείρεσσι καὶ εὐρέϊ κάρτεϊ πεποιθὼς
Ὃν γενέτην κρατερῇσιν ἀλυκτοπέδῃσι πελάσσας
Οὐρανόθεν βιάτην κατήγαγεν, ἐκ δὲ διώξας
Ἰαπετὸν δολόεντα, νέης ἐπεμήσατο τιμῆς,
Δὴ τότε χαλκειογένος, ὄβριμον, οὐκέτ' ἀνεκτὸν
Ἀθανάτοισι θεοῖσιν ἀπεχθόμενον τέκε γαῖα,
Ἄρει πεφιληκὸς, καὶ ἀναιδείῃσι νόοιο
Ὕστερα θεσμὰ θεῶν τελέταν κενεόφρονος ὁρμῆς.
Τοὺς δὲ ῥέα λείπεσκον ὅσοι ναετῆρες Ὀλύμπου
Ἀνδράσιν ὠκυμόροισι πάλαι μίγνυντο κατ' αἶαν.
Οἱ δὲ μὲν οἰωθῆσαν, ἀκινήτοισι δὲ μόχθοις
Καὶ θανάτων συνεχῆσιν ἐδουλώθησαν ἀνάγκης.
Δῶρα δὲ πάντα θεῶν μίνυθον. Ζεὺς δ' ἄφθιτα εἰδὼς
Κρύψατο πῦρ, πενίης ἄκος ἄμμορον, ἕρμα βίοιο,
Σύμφορον εὐπορίης. Τὸ μὲν αὐτίκα μέρμερος
Ἰαπετοῦ, κοίλοισιν ἐνὶ νάρθηξι καλύψας, (υἱὸς
Ζῆνα λαθὼν κλέπτεσκε θεῶν πρόμον ἠδὲ καὶ ἀν-
δρῶν,
Οὐδ' ὄπιν ἀθανάτων πεφυλαγμένος, οὐδ' ὀγε-
μελῶν
Εὐρυβίου Κρονίωνος ἐνὶ στήθεσσιν ἀλύξας,
Νήπιος. ἦ μάλα μέλλεν ἀτειρέα νηλέα θεσμὸν
Λειπέμεν ἀνθρώποισι, καὶ αὐτὸς πήματι κύρσαι.
Ἀλλ' ὅτε δὴ γίγνωσκε κατὰ φρένας ἔνδον ἐΐσας
Ζεὺς ἀπαφισκόμενος, καὶ ἀμερσάμενος φλογερῆς
αὐγῆς,
Δεινὰ λίαν κεχόλωτο, καὶ ὀσσόμενος κατὰ θυμὸν
Ἀργαλέας ὀδύνας (αἳ ὤφελον οὐδ' ἐγένοντο

Ἀμφὶ

Ἀμφί τε γλῶ πονέουσι, καὶ ἁλμυρὰ νῶτα θαλάσσης)
Παρθένον αἰδοίην δερῆς ἐπλάσσατο γαίης,
Παρθένον αἰολόμορφον, ἄτερ φιλότητος ἀνάγκης,
Παρθένον, ᾗ χθὼν πᾶσα καὶ ὑδατίεντες ἔναυλοι,
Ὅσσα τε γῆ κείλησιν ὑπὸ ῥίζῃσι κέκευθε,
Τῇ ἐπιτέτραπται φυτὰ μυρία, καὶ μέγας ὄλβος.
Ἔνθα σε τὸ πρῶτον πυρόεις Ἥφαιστος ἔτευξε.
Πᾶν δ᾽ ἐπιβέβληταί σοι ὅσων μερόπεσσιν ὄνειαρ,
Πάντα θεῶν λάχες ὄλβον, ἐκ γεγαυῖα τοῦ αὐτή.
Χαῖρέ μοι αὖθις ἄνασσα πολύλλιτε, μῆτερ ἐάων,
Μῆτερ ἀπημονίης. τίνα σοὶ τίνα μῦθον ἀνάψω;
Πῶς δέ σε κικλήσκων, σέθεν ἱλέω ἀντιβολήσω;
Χαῖρε θεῶν κρείσσα, θεῶν θεὸς αὐτὴ ἐοῦσα,
Δημήτηρ μὲν ἐοῦσα, καὶ εὐρύστερνος Ἀθήνη.
Ἐν χθονὶ Δημήτηρ, καὶ ἐνὶ πτολέμοισιν Ἀθήνη,
Ἐν δὲ πόθοις Κυθέρεια καὶ Ἵμερος. ἦ μάλα κεῖνος
Ὄλβιος, ὦ τινὶ λευκώπιδος εἵνεκα κούρης
Ἤπιος ἦσθα θεὸς, καὶ ἐπέβλεπες ὄμματι λευκῷ,
Ἐκ δ᾽ ἔβαλες πενίην θυμοφθόρον. ἐσθλά τε πολλὰ
Χρύσεά θ᾽ ἱμερόεντος ἐπήγαγες ἔδνα γάμοιο,
Ἐν δ᾽ ἔρον, ἐν δ᾽ ὄαρύς τε, καὶ ἡδέα Κύπριδος ἔργα.
Τῶν ἅμα γὰρ πάντων πάλαι ἔμμορες, ἐξέτι κείνου
Ὁππότε δὴ τὸ πρῶτον ἐνὶ μερόπεσσι φάνηθα
Ζωὴ χαριζομένη. πρώτην δέ σε φαντὶ γυναῖκα.
Τῶνδε γὰρ ἀντιτέτυξο, καὶ ἀγλαὸν ἔλλαχες εἶδος
Παρθενικῆς, ἄνασσα, χάριν στίλβουσα καὶ αἰδώ.
Τῷ καὶ ἐγώ τοι πρῶτος, ἔτι χνόον ἁβρὸν ἀέξων,
Ἥβης χρύσεον ἄνθος, ἔτι νέος, οὐδὲ βολάων
Νῆϊς ἐὼν πάμπαν τῆς Κύπριδος, οὐδὲ πόθοιο,
Εὐεπίης σπένδω μαλακὸν γάνος. ἵλαθι πότνα
Ἵλαθι. δὸς δ᾽ ἡμῖν γλυκερῆς ἐπιβήμεναι εὐνῆς.

Χαῖρε πάλιν τρίλλιστε, θεῶν ἐπιειμένη ἀλκὴν,
Ἀλκὴν μὲν πάντων τε θεῶν, πασῶν τε θεαινῶν,
Εἰρήνης ὀχετηγὲ, καὶ ἰθύντειρα κυδοιμοῦ,
Ἐλπίδος ἡγήτειρα· τίς ἄν σοι κάρτει μάχοιτο.
Ἡ πολυωνυμίῃσι θεῶν οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι;
Δήμητερ μέγα χαῖρε, καὶ Ἀμφιτρίτη ἄνασσα,
Ἐν χθονὶ Δημήτηρ, Ἀμφιτρίτη κατὰ πόντον.
Τῇ καὶ ὅσοι σπεύδουσιν ἀρόμμεναι ἠδὲ φυτεύειν,
Ὅσσοι ἐπασσυτέρῃσι πέδον κρούουσι μακέλλῃς,
Ὅσσοι ἀμησάμενοι πολυγηθέα καρπὸν ἀρούρης
Ἐκτελέα, βρίθοντα, περισφίγγουσιν ἀμάλλαις,
Σὸν πρῶτόν τε μέσον τε καὶ ὑστάτιον περὶ βωμὸν
Αἰὲν ἑλίσσονται, καὶ ἑλισσόμενοι ποτὶ δῶμα
Παμπληθές τι φέρουσι καὶ οὐ φατόν. Ἵλαθι πότνια,
Ἵλαθι· μὴ δή τοί τις ἐμοὶ φίλος ᾖ ἀπὸ θυμοῦ.
Νόσφι σέθεν γὰρ ἄνασσα, μάτην φυτοεργὸς ἀλωεὺς
Τετράγυον κατὰ νειὸν, ὁμῶς δοῦλός τε καὶ αὐτὸς
Ὦλκα πέρι μογέοντε, καταστρίβουσιν ἄροτρον.
Χαῖρε πάλιν κρείσσα θεῶν, κρείσσων θεαινῶν.
Ἐξ ἔτι γὰρ κείνου ὁπότε Νέμεσίς τε καὶ Αἰδὼς,
Αἰδώς τε Νέμεσίς τε, θεῶν ἀριδείκετα τέκνα,
Ὑστάτιοι ἀθανάτων λιπέτην χθόνα καὶ μένος ἀνδρῶν
Νόσφι σαοφροσύνης, παρὰ σοί τοι τέλος ἐστὶν ἁπάντων.
Χαῖρε πάλιν κρείσσα θεῶν, τραφερῆς τε καὶ ὑγρῆς,
Ὑγρῆς καὶ τραφερῆς· τῇ καὶ παλάμῃσιν ἀείρεις,
Τῇ μὲν Ἀμαλθείης κέρας ἀγλαὸν, οὖθαρ ἀρούρης,
Εὐφορίης μέγα σῆμα, περὶ σταχύεσσι βεβριθὸς,
Ἀμφότερον σταχύεσσι καὶ ἄνθεσιν· ὅσσα τε γαῖα
Εἰαρινοῦ Ζεφύροιο χέει μεθύοντος ἐέρσῃ,
Πηδάλιον δ᾽ ἑτέρηφι· τόθεν σέθεν ἀμφὶ θεαίνη
Δεινὰ παλαιγενέων ἐψεύσατο βιβλία φωτῶν.

Ἢ γὰρ

Ἢ γὰρ ἀναχωρίην τε μούνην κόσμοιο καὶ ἀρχὴν
Σημαινέειν ἤγοντο· σὺ δ' εἰναλίη θεὸς ἦσθα,
Εἰναλίη θεὸς ἦσθα· Τύχην δέ σε φαντὶ καλεῖσθαι
Νηρέος ἐν βένθεσσι, καὶ Ὠκεανοῖο γέροντος.
Πάντη δ' ἀπέρχουσα κατ' ἄστατον οἶδμα θαλάσσης
Ἱστία τ' ἐκπετάσασα, περιπλομένοισιν ἔοικας.
Ναυτιλίη σοι πάμπαν ἐπεύαδεν, ὃς δὲ πόρειο
Νῆα θοὴν ἐπὶ πόντον ἐλαύνεται ἄμφι, ἐς ὄλβου
Σοὶ ἀνὰ χεῖρα τίταινε· Σὺ δὲ μεδέουσα κατέσχης
Ἐμπορίης ποντίου, καὶ εὐφορίης κατὰ γαῖαν.

Χαῖρέ μοι Ἀνταίη μεγαλώνυμε μῆτερ ἀνάγκης,
Ἢ δὲ Διὸς μεγάλοιο· σὺ γὰρ Τιτῆσι μέτεσχες
Παντὸς ἔπι κρατέουσι, παρὰ δὲ περιέργοισι θεοῖσι,
Ῥείη πλουτοδότειρα· μόνη δ' Ἀΐδαο θεάων
Ὧν πάρος ἔλλαχες αἶσαν, ἔτ' ἔμπεδα ταῦτα φυλάσσεις
Μουνογενὴς Ἑκάτη, δεινὴ κλωστῆρος ἄνασσα,
Γαίης κοιρανέουσα, καὶ ἰθύνουσα θάλασσαν.
Χαῖρε Διὸς δέσποινα, Ποσειδάωνος ἑταίρα.

Χαῖρε πάλιν κρείουσα θεῶν, κρείουσα θεαινῶν,
Ἄρτεμι θηρήτειρα, καὶ Εὐνομίη, καὶ Ἄπολλον,
Ἄρτεμις ἐν βήσσησι, καὶ ἐν νούσοισιν Ἀπόλλων,
Εὐνομίη δ' ἀγορῇσι. Σὺ δὲ στονόεντας ὀϊστοὺς
Ἢ λύκου ἢ χλούνου κατεναντίον ἐς σκοπὸν ἕλκεις·
Οὔτε παρέσφηλές γε, καὶ εἰ μάλα τηλόθεν ἔστη
Ἰθὺ πιτυσκόμενος· τύχε δ' ἢ μάλα καίριον αὐτῆς
Ὗς μεγάλη βληθεῖσα, καὶ ἀσπαίρουσα ποδοῖϊν
Ὕστατον θανάτοιο μέλος κρυόεντος ἀείδει.
Καὶ σέ τις ἡγεμόνην γλυκερῆς αἰτεύμενος ἄγρης
Καὶ ἐλάφου περίπιπτε, καὶ ἐν νιφάδεσσι λαγωὸν
Ὦρσεν ὑπ' ἐκ κοιλέων, γλυκερὸν σκυλάκεσσιν ἀγῶνα
Τοῖς δὲ μέγ' εὔφρηνεν κραδίην, μάλα δ' ἀμφὶ πονεῦ-
(σαν,

Γχνιον ἔνθα καὶ ἔνθα διωκόμεθα. περὶ δ' εὐνὴν
Πολλὰ περισκαίρουσιν, ἀεὶ δ' ἐλελίζεται οὐρὴ,
Ἄγγελος εὐφροσύνης θελξίφρονος, εἴκελος αὐδῇ,
Μείλιον ἀγρώσσουσι, μέγα σπεύδουσιν ἄγαλμα.

Χαῖρέ μοι αὖθις ἄνασσα, θεῶν πέρι μῆτιν ἐοῦσα,
Κηρὸς ἀλεξήτειρα, παραστρέψασα δὲ πότμον
Εὐσεβέων παίδεσσι. νόσον δ' ἀπὸ πάμπαν ἀλάλκεις.
Σοὶ δ' ἅμα γεινομένῃ νόσοι αἰόλαι, ὀξὺ πῆμα,
Ἴκελαι ὀρνίθεσσιν ἢ ὀρνυμένῃσι μελίσσης
Ἀνδρόμεον βίον εὐθὺ διέδραμον, οὐδέ τις ἔχε
Ἀθανάτων, πίο νόσφι, Διὸς βουλῆσιν, ἀρήγειν,
Οὐδὲ παραιτεῖσθαι στυγερὴν μερόπεσσιν ἀνάγκην.
Οὐδὲ κασιγνήτας, τῇ σὶν σ' ὁμότιμον ἔθηκε
Ζεὺς Κρονίδης, Λάχεσίν τε καὶ Ἄτροπον, ἥν τε λέγουσι
Ἀνδράσιν ἐσσομένοισιν ἐπικλώθουσαν ἐφεῖναι
Δαίμονα δυσφρονέοντα, καὶ ἤλιθα κῆρα μέλαιναν.

Χαῖρε πάλιν κρείσσα θεῶν, κρείσσα θεαινῶν,
Εὐνομίη τε Θέμις τε. σὺ γὰρ κρατέουσα δικασοῦ
Ἢ κυάμοις λευκοῖσι τὸν, ἢ ψήφοισι καθίζεις,
Ξείνοις ἰθύνοντα δίκας καὶ ἐπίφρονι λαῷ.
Κλήρων γὰρ μεδέουσα σὺ τὸν μέγαν ὄλβον ἀφαιρεῖς.
Τῷ δὲ πάλιν πόρες ἄλλον. ἐπεὶ βασιληΐδες ἀρχαὶ
Σκῆπτρά τε τοῖς μεγάλων λίαν εὔχεται ἔθνος ἀνάκτων
Παίγματα σοὶ τελέθουσι. σὺ δὲ στέφανόν τε καὶ εὖχος
Τῷ μὲν ἀΐστωσας· τῷ δ' αὖ πολὺ μεῖζον ἔθηκας.

Χαῖρε μέγα κρείσσα θεῶν, κρείσσα θεαινῶν,
Ὕστατόν μοι χαῖρε, καὶ ἱμερόεντας ἀοιδοὺς,
Μουσάων φίλα τέκνα, κακὴν ἀπὸ λιμὸν ἄγουσα,
Ἠ. θέμις ἐστὶν, ἄνασσα, τύχης ἐπίβησον ἀρίστης.

LECT.

## LECTORI.

*Quia difficilius Hymnus Pandoræ sine argumento librorum Hesiodi, sicut a nobis primo constitutum est, intelligi potest, subiungi hoc loco id curauimus, vt Hesiodicæ nostræ editioni præfixum fuit. Quorum ratio pluribus in nostra Introductione redditur.*

---

# ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΔΙΕΞΟΔΙΚΗ ΤΩΝ ΗΣΙΟΔΟΥ ΕΡΓΩΝ ΚΑΙ ΗΜΕΡΩΝ.


Ἐκ τῆς τῶν ἐρίδων διαιρέσεως ἀρξάμενος ὁ ποιητὴς, τὴν ἐπιμωμητὴν· ἤτοι ἐπίψογον, ἀποδοκιμάζει· τὴν δὲ ἑτέραν περὶ παντὸς ποιεῖν τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ τῷ Πέρσῃ ὑποτίθεται. ὡς ἐκείνης μὲν περὶ φιλονεικείας καὶ τὰς τῆς ἀγορᾶς διατριβὰς τὸν πλεῖστον χρόνον ἐχούσης· τῆς δὲ, τῆς καλῆς τε καὶ ἀγαθῆς, μόνῳ τῷ πόνῳ μετὰ δικαιοσύνης τῶν ἐπιτηδείων τυχούσης. Ἐπεὶ γὰρ ὁ ἀγκυλομήτης Προμηθεὺς τῷ Διὶ, τὸ πῦρ, τουτέστι τὴν τοῦ βίου εὐπορίαν, (ὡς φησὶ πρὸς ταῦτα νεανιευόμενος ὁ θεῖος Πλάτων) κλέψας ἔλαθεν· ὁ Ζεὺς τοῖς ἀνθρώποις, τοῖς ἀλφησταῖς καὶ εὑρετικοῖς, ἤγουν τοῖς περὶ τὰ

τοῦ πόρου σπουδάζουσι, κακὸν μέγα, τὴν Πανδώραν, ἤτοι τὴν τύχην, τὴν πάντα τὰ τῶν θεῶν δῶρα, τὰ φυσικὰ δηλαδὴ εὐεργετήματα, περιβεβλημένην, παρεσκεύασε. Καὶ οὕτω μὲν τὸν τοῦ βίου πόρον ἡ τύχη ἐπιτέτραπται, τῇ δὲ ἀνθρωπίνῃ προμηθείᾳ τε καὶ ἐπιμελείᾳ τούτων ἐφικέσθαι χαλεπὸν ἐγένετο. Τὸ πάλαι γοῦν, μήπω ῥαδιουργήσαντος τοῦ Προμηθέως, πάντα τὰ πρὸς τὸν βίον ἐπιτήδεια, εὐπόριστα λίαν καὶ παρὰ πόδας. Κρόνος γὰρ τὸ πρῶτον χρυσοῦν τι τῶν ἀνθρώπων γένος ἐμηχανήσατο, ᾧ τινι πάντα αὐτοματίζουσα ἡ γῆ ἐδωρήσατο. Τοῦτο οὖν τὸ χρυσοῦν γένος, θανάτῳ τινὶ μαλακῷ τε καὶ ἡδυπαθεῖ παραπεσόν, δαιμονίας λήξεώς τε καὶ ὀνομασίας ἔτυχε. Τούτῳ τῷ γένει ἀκολουθεῖ τὸ δεύτερον, τὸ ἀργύρεον, τοῦ χρυσοῦ χεῖρον μὲν τὰ πάντα ὄν, καθαρὸν δὲ μᾶλλον τῶν ὕστερον γινομένων. Ὁ Ζεὺς οὖν, ἤτοι ἡ εἱμαρμένη καὶ τοῦτο τὸ γένος κρύπτει. καὶ οὕτω μὲν τοῦ βίου ἀπαλλαχθέν, τῆς τῶν ὑποχθονίων θνητῶν μακάρων λήξεως ἐπήβολον ἐποιήσατο. Περὶ τοῦ τρίτου γένους τοῦ χαλκοῦ τοὐντεῦθεν διαλαμβάνει, δεινοῦ τε καὶ ὀμβρίμου· οἵτινες οἱ ἄνθρωποι ἀλληλοκτονίᾳ τε καὶ ἀφροσύνῃ ἀλλήλων ἔπεσον, νωνύμως, ἤγουν λήξεως μὲν οὐδεμιᾶς τυχόντες.

χόντες, πανολεθρίως δὲ εἰς ᾅδου καταβαίνοντες. Τῷ τρίτῳ τούτῳ τὸ τῶν ἡρώων ἕπεται, τῶν ἀμφὶ τὸν Ἐτεοκλέα καὶ τὸν Πολυνείκην μάλιστα, τὸν πρῶτον πόλεμον τὸν Θηβαϊκὸν λεγόμενον, καὶ τῶν ἀμφὶ Ἀγαμέμνονα καὶ Μενέλεων, τῶν τε ἄλλων, ὧν ἡ ποίησις μέμνηται, τὸν Τρωϊκὸν συστησαμένων. ὧν οἱ μὲν τῷ θανάτῳ ὑποπεπτωκότες πανσυδεὶ ἀπώλοντο· οἱ δέ τινες αὐτῶν ἔτι νῦν τὰς μακάρων νήσους οἰκοῦσι. Ἐκ τούτου τὸ σιδηροῦν, καὶ τὰς αὐτοῦ ἀνομίας διελθεῖν ἐπιβάλλεται, τὰς δὲ τῶν δικαστῶν μάλιστα, ὧν αἰνῶ τινὶ βραχεῖ τε καὶ χαρίεντι τῆς δωροδοκίας ἅπτεται. Τὸ λοιπὸν δὲ τοῦ λόγου τὰ περὶ τῆς ἀδικίας τε καὶ δίκης ἐπιχειρα ὑποτυποῦν διατρίβεται, καὶ παραινέσεις τινὰς τῶν σοφωτάτων τῷ Πέρσῃ ὑποβάλλει. Τὸ πλεῖστον δὲ τῶν ὑποθηκῶν τῶν ἐνταῦθα κειμένων ὁ χαρακτὴρ ἀφοριστικός ἐστι καὶ ἀπόλυτος αὐτῷ· καὶ ἀσυνδετος, ὡς ἐπίπαν, ὁ λόγος. ἔστιν ὅτε καὶ ἀρχαιολογικῇ ταυτολογίᾳ κεχρημένος, οὐδὲ τὴν κατὰ τὴν γυμνὴν τῶν νεωτέρων γνωμολογίας παρενθήκην ὑποφαίνων. Κέχρηται δὲ καὶ παρεκβάσει οὐκ ὀλίγῃ, τὸν ἀδελφὸν ἀπὸ τοῦ περὶ τὰς ὑποθήκας καὶ παραινέσεις ταύτας κάρου ἀναλαμβάνων, καὶ ἀνακλώμενος. Μετὰ ταῦτα εἰσ-

βάλλει τὴν οἰκονομικὴν διδάσκειν, ἀπὸ τῆς γεωργίας εὐθὺς ἀρξάμενος. ἔχει δὲ πᾶσα ἡ διδασκαλία αὕτη περὶ καιροὺς προσφόρους ἀροτριάσεως, καὶ ἀμήτου. περὶ τρυγητὸν, περὶ ξυλοτομίαν, περὶ τὰς ἀποβάσεις τῶν γε ὀρθῶς καὶ κατὰ καιρὸν πραττομένων, καὶ τῶν παραλελειμμένων τὰς ζημίας, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ἔτι τῶν ὡρῶν, τοῦ ἦρος καὶ χειμῶνος, τοῦ θέρους καὶ ὀπώρας τὴν διάκρισιν, καὶ πρὸς ἅτινα μάλιστα τῶν ἔργων οἰκείως αὐτῶν ἑκάστη διάκειται, μέχρι στίχων κη̄ λινῶν καὶ λ΄δ. Ὡς μέχρι τούτου μὲν ἡ πρώτη τῆς οἰκονομικῆς. Τῶν δὲ ἀνθρώπων, περιιόντος τοῦ χρόνου καὶ ἐπιδιδομένης ἅμα τῆς ἐπιθυμίας, οὐ πρὸς μόνον τι προσόδου εἶδος σπουδαζόντων, ἀλλὰ περὶ πᾶν μᾶλλον ἢ οἱονδήποτε, ὧν κέρδος ἦν, κατὰ τὸν ποιητὴν ἐν χερσὶ φανέν, ἀσχολουμένων, τὸ ἕτερον τῆς οἰκονομίας μέρος διέρχεται φράζων. καὶ τὰ τῆς θαλάσσης μέτρα διαλαμβάνων. οὕτω γὰρ τὴν τοῦ πλοῦ ἀκμὴν, καὶ τῶν καιρῶν τὸν ἐπιτηδειότατον μάλιστα καλῶν φαίνεται. Πάλιν δὲ μετὰ ταῦτα ἐν ὑποθήκαις καταλήγει, προθεὶς δὲ τὴν τῶν ἀθανάτων ὄπιν, ὑποδιαίρεσιν αὐτῆς ἐνταῦθα πεποίηκεν, καὶ ἀκολούθως, ἀπὸ γένους, ἤγουν τοῦ τῶν θεῶν σεβάσματος, ἀρχόμενος, εἶτα εἰς τὸ καθέκαστον

θέκαστον καὶ τὸ εἶδος ὑπάγει. Καὶ οὕτω μὲν πᾶς ὁ τῶν Ἔργων λόγος, κατὰ τὸν κωμικὸν, ἐκτετέλεσται. Τὸ δὲ ὑπόλοιπον, περί τε ἀγαθῶν καὶ φαύλων ἡμερῶν ἤγουν τῆς τῶν μέσων παρατηρήσεως, τῆς τε ἐκλογῆς αὐτῶν, καὶ τῆς ἀπεκλογῆς, ἐν βραχεῖ παραινέσεις περιέχει.



# CL. V.

## BONAVENTVRÆ VVLCANIO

### DAN. HEINSIVS

## *De Pandora sua.*

Τὴν θεὸν Ἥφαιστός σου ἐπώνυμος ἔπλασε δαίμων,
Νῦν δὲ πάλιν ταύτην ἔπλασεν Εἰνσιάδης.
Θέσκελον Ἥφαιστος μορφὴν πόρεν, Εἴνσιος αὐδὴν,
Ἑρμείου προτέρου οὐκ ἀλεγιζόμενος.
Ἀλλὰ φίλος λαβὲ τήνδε, Διὸς μέγα δῶρον ἐοῦσαν,
Ποικίλον ἀρχαίου παίγνιον Ἡσιόδου.
Μηδὲ χόλου Ζηνός μοι μνώεο, μηδὲ φόβησον,
Τὰς Ἐπιμηθῆος χεῖρας ἀλυξάμενος.
Ἤπια γὰρ πέλε πάντα, καὶ οὐκ ἔνι φευκτὰ τέτυκται.
Πάντων τῆς ἀπρὶξ ἀντέχεται φιλίης.
Σῆς γὰρ εὐφροσύνης τε καὶ εὐνοίης πάλαι οὐδὲν
Ἄξιον Εἰνσιάδης ἀντιχαρισσάμενος,
Πανδώρην ἰδίην δωρήσατο. τῇ ἔνι μούνῃ
Πάντα διδοὺς θνητῶν δῶρα, καὶ ἀθανάτων.

Εἰς

## Εἰς τὸν Ἡσίοδον.

### Pro Hesiodo suo.



Αφνοφάγος, γλυκύθυμος, ἀνὴρ φίλος οὐρανίδῃσι
Γῆς πρότης θεῖος δείκνυεν Ἡσίοδος,
Πιερίδων γείτων πολυώνυμος. ὦ πόποι, ὦ Ζεῦ,
Ἢ γλαφυρῆς ζώτης ὤνατο γειτονίης.

## Εἰς τὸν αὐτόν.

Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ,
Αἱ σελίδες θείου ἔννεπον Ἡσιόδου. (Μούσης,
Ταῦτ' ἄρα φρασσάμενος, γλυκερῆς φίλος ἤλιθα
Γειτονίης αὐτῶν ἔμμορε Πιερίδων.

## Εἰς τὸν αὐτόν.

Ὦ μάκαρ, ὦ ξανθῆς Δημήτερος ἔργα κομίζων,
Θεσκέλου Εἰρήνης παῖ, γέρον Ἡσίοδε,
Δαίμοσιν οἷος ἔηθα, νέμων ἐνὶ βένθεσιν ὕλης,
Πὰρ γλυκεροῖς κλεινῶν ἄγκεσι Πιερίδων.
Ἔνθα σε ποιμαίνοντα θεῶν καλὰ τέκνα θεῶντο
Ταῖς ἀγέλαις φίλην τερπόμενον κραδίην,
Ἢ τάχα πεμπάζοντα βόας, καὶ μηκάδας αἶγας,
Ἢ τάχα καὶ λεπτοὺς πηξάμενον δόνακας,
Ἔντε πόης ῥαδινῆσι, καὶ ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν,
Οἷα φιλεῖ ἁπαλῶν ἤθεα μηλονόμων.
Καί τοι σκῆπτρον ἔδον Μουσέων βασιλῆα γενέσθαι,
Σκῆπτρον ἀειζήλων τῶν Ἑλικωνιάδων.
Χαῖρε πάτερ πίσδεσσι, καὶ ἵλαος ἄμμι γένοιο,
Αἰπόλε μὲν πρότερον, νῦν δ' ἄρ ἀοιδοπόλε.

## Εἰς τὸν αὐτόν.

Ὑψαγόρην ποτ' ἀοιδὸν ἀναζητοῦντος Ἄρηος,
Ἡ φύσις ἀρχαῖον δείξατο Μαιονίδην.
Δεινὸς Ἄρης μέγ' ἔχαιρε, καὶ οἱ πολέμους τε μάχας τε
Κέκλετο, καὶ δῖον μέλπεμεν Αἰακίδην.
Τοῦδ' ἄρα γινομένοιο πάλαι κλύε πότνια Δηώ,
Βῆ δ' ἴμεν εἰς κλειτῆς ἄγκεα Πιερίης.
Ἔνθ' ἄρα οἱ κλυτότοξος ἐναντίος ἤλθεν Ἀπόλλων,
Δείξατο δ' Ἀσκραῖον δεξιὸς Ἡσίοδον,
Ἡσίοδον φιλόμυθον, ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
Βοσκόμενον λιγυρῶν ἄγχ' Ἑλικωνιάδων.
Ὡς ὁ μὲν ἦδε μόθον Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
Καὶ κρατερῶν ὁρμὰς καὶ μένος ἡμιθέων.
Ἀλλ' ὅδε γῆς ἀρότους, καὶ ἀρηρότα τοῖσι μάλιστα
Ἐκ Διὸς οὐρανίου ἤματα, καὶ τελετάς.
Ὡς ἐρίδων βελαρῶν δισσῶν ἀνὰ γαῖαν ἐουσῶν,
Ὅς γ' ἐπιμωμητὴν ᾔνεεν, ὃς δ' ἀγαθήν.

## Εἰς τὸν αὐτόν.

Χαῖρε θεῶν Ἀσκραῖε τὸ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι
Μήδεα, καὶ πλήθη καὶ γένος ἐξανύσας.
Μουσάων ὑποφῆτα παλαιγόνες. ἤτοι ἔκαθες
Ἠ Πολλὰ πάτερ θυμῷ δίνεα, καὶ πραπίδας.
Τείρεα πάντα μαθών, τάπερ οὐρανὸς ἐστεφάνωται,
Καὶ Κρονίδα βουλάς, καὶ φάος ἠελίου,
Τήν τε Σεληναίης λιπαρὴν φλόγα, μαῖαν ἀρούρης,
Ἀγλαὸν ἀρχαίης σῆμα φυτοσπορίης.
Ἀρκάδες ἠλήθοιτε. μόνος προσέληνος ἔσχε
Πάντα Σεληναίης γνοὺς πόρον Ἡσίοδος.

## Εἰς τὰ τοῦ Θεοκρίτου.

Pro Theocrito suo, Doricum.

## ΤΑ ΑΡΕΘΟΙCΑ, ΚΑΙ ΤΑ ΝΑCΩ.



άφνιδι τῷ χαρίεντι, τεῒν δὲ τόδ' ὦ Ἀρέ
θοισα
Ἄνθεμα, τᾷ νάσῳ πολλὰ χαρισδόμενος,
Εἰνσιάδας ἔτι κῶρος, ἔθ' ἀμιγένειος ἔθηκε,
Πολλὰ πονῶν θυμῷ, πόλλ' ἐλεαισδόμενος,
Οὕνεκ' ἀτιμαγελεῦσαν ἐδέρκετο πολλάκι ποίμναν
Ἄθλια, τὼς δ' αὐλῶς νόσφι λιασδομένως,
Τοῖσιν ἑὰς ποχ' ἔτερπε βόας συρικτὰ Μενάλκας,
Πανὶ μελιφθόγγῳ ἶσα μελισδόμενος.
Ὤλετο δ' αἲξ Αἴτνας ποιμὰν σχεδόν· ὤλετο δ' ἄλλα
Παίγματα τᾶν βωτᾶν, παίγματα τᾶν ἀγελᾶν.
Ὠρχαῖος Πολύφαμος ἐτάκετο κηρόθι μᾶλλον,
Μῶνος ἐρημαία πέτρᾳ ἐφεσδόμενος.
Πάντα δέ νιν Μοισᾶν λίπε φάρμακα. σὰν δὲ καὶ αὐταὶ
Ἐλπίδες οἱ Σικελᾶν εἰς ἅλ' ἀποπτάμεναι.
Καὶ τὸν ἕν' ὀφθαλμὸν συγκερῶ περικάππεσεν ὄρφνα,
Ταλέμω ἀρχαία ὡς φάτο μαντοσύνα.
Ἄμμες δ' ἀέλιόν τιν' ἐπαγάγομες τᾷ ἀοιδᾷ.
Ἀέλιον βώτης, ἀέλιον δ' ἀγέλης.
Χαίρετε πετράων ἀποκόμματα, χαίρετε βᾶσσαι.
Χαίρετε ποτήνας ἀντὶ φιλοφροσύνας.

ΑΦΡΟΔΙΤΗ

## ΑΦΡΟΔΙΤΗ ΠΑΡΟΙΝΟΣ.

## VENVS EBRIA.

### Dorice.

Α' καλὰ Κυθέρεια σὺν ταῖς Χαρίτεσσι
Πλάζετο κατ' ὄλυμπον, ὅπα θρόνος ἵσταται Ἥρας,
Ζανὸς ἀπιχομένοιο ποτ' ἀνέρας αἴθοπας Ἀοῦς.
Ἀμβροσία δέ οἱ ἁδὺ ποτέπνεεν· ἐκ δὲ κυπέλλων
Νέκταρος ἀθανάτοιο κεδάζετο παλόθεν ὀδμά.
Ῥῖνα μέν οἱ τύφεν γλυκερὸν πτερόν· ἁ δὲ κελεῦσα
Ἐκ κυάθων ἤφυσσε, καὶ ἔκπιε, πολλὰ δ' Ἔρωτι
Ἔγχεε μειδιόωντι· μέθα δέ οἱ ἐκ νόον ἔστα.
Νῦν δὲ μεθυσφαλέοισα κατ' ὠρανὸν εὐρὺν ἀλᾶται,
Καὶ χθόνα πᾶσαν ἐφέρπει· Ἔρως τὼς ἀνέρας ἕλκων
Τὰς δὲ κόρας Κυθέρεια· φυλάσσετε μή τις ἀπαυλῇ.
Α' μανία μὲν ἀρέσκει, ἀτὰρ νόον ἀνδρὶ δαμάσδει.

### In editionem Geographiæ Ptolemæi. I. Hondij & Petri Montani.

Κόσμον ὅλον τροχόεντα, περίδρομον ἀμφὶς ἐόντα
Ἅρμασι ναυτιλίων, νῆσον ἄπε μεγάλην,
Ζηνὸς ἐπουρανίοιο περικλυτὸς ἔπλασε τέχνη,
Ὠκεανοῦ δ' ἱερῆς πῆξεν ἐν ἀγκαλίσιν.

Αντίτυπα

Ἀντίτυπον δ' ἔθεν ἄλλον ἐπεκτήναντο παλαιοὶ
Ἀνέρες, ἀρχαίης τέκτονες ἰδμοσύνης.
Πρῶτος δὲ Πτολεμαῖε φάος πάντεσσιν ἔθηκας,
Κόσμον ὅλον μικρῷ τεύχεϊ δειξάμενος,
Καὶ ποταμὸν περὶ πάντα, καὶ οὔρεα νῶτα θαλάσσης,
Καὶ ἀπαλῶν πηγὰς ἤθεα Κρηνιάδων,
Καὶ πόλεας τὰς λαμπρὸν ἐπιβλέπει ὄμμα σελήνης,
Καὶ ναίεται κόσμου ἀστέρες οὐρανίου.
Ἀλλὰ πάλ' ἦμαρ ἐπ' ἦμαρ ἐπεμβεβαὼς βαρὺς Αἰὼν
Πάντα μεταστρέψας τέρπεται ἠδ' ὀλέσας.
Λέξις δ' ἀλλοπρόσαλλος ἐς ἀλλοτρίην τρέπε μορφὴν,
Σχήματα δ' ἀρχαίων κίνεεν οὐνομάτων.
Πάντα δὲ κόσμον ἄκοσμον ἔθηκατο· πάντα δ' ἀμείβει,
Τῆς Πτολεμαιαίης ἔμπαλιν ἱστορίης.
Τοῖα δὲ πεπνυμένω Μοντάνιος Ὀρτελιάδης τε,
Ἀνέρε κηδεστὰ, ἀνέρε συγγενέε,
Γαῖαν ἔνηντε νένηντε, καὶ οὐνόματ' ἄλλοθεν ἄλλα
Σύννομα, τῆδε μιῇ ἐξετέθην σελίδι.
Χαίρετε κοσμοδόται, Ζηνὸς δ' ὁμοτέχνω ἐόντε
Οὐρανὸν αὐτοῖσιν ναίετον ἀθανάτοις.

In Glossarij Græco-latini veteris
Bon. Vulcanij editionem.

Βιβλοφάγος ποτὲ καιρὸς ἐκάινυτο (θρὶξ ἀνὰ μέσσον)
Δαιδαλέον δισσῶν γλωσσόκομον λαλιῶν,
Ῥωμαίων πρυτανεῖον ἐφέστιον, ὅρμον Ἀθηνῶν,
Ἑλλάδος ἀρχαίης ἔνδιον ἰδμοσύνης.
Ἔκλυε δ' Ἥφαιστος μάλα δεινὰ πεπονθότος αὐτοῦ.

Γέντ.

Γέντο δ' ἰὼν στιβαρὸν κρατερὸς ἀκμόθετον,
Ἀκμόθετον μουσαῖον ἐκούφισε πολλὰ μογήσας,
Βῆ δ' ἴμεν ἐς φύσσας, βῆ δ' ἴμεν ἐς χοάνους.
Κύπρις ἐμειδιάασκε. νέοι δ' ἀνὰ δώματ' Ἔρωτες
Ἔπλαιρον, ἐς χοάνους πατρὸς ἀποιχομένου.
Ἀμβολάδην δὲ τύποντο νεήνιδες ἄμμιγα Μοῦσαι,
Οὐδὲ λόγον Βρόντῃ ποίεον, οὐ Στερόπῃ.
Μουσέων μέρμερος ἑσμὸς ἐπέκτυπε, Φοῖβος ἐφύσα,
Μέσος ἐών, τέχνης δ' ἴσχανάα γλυκερῆς.
Ῥαιστῆρας δ' ὑπὲρ ὦμον ἀείρατο κυλλοποδίων,
Γέντο δὲ πυράγρην δεξιτερῆφιν ἑήν.
Δεινὸς ἔην, ἀγέλαστος ἔην πόνος. αὖε περὶ χθών,
Αὖε δὲ Κελτάων ἤθεα καὶ ποταμοί.
Ἰταλίης λάλον οὖδας ἐπεύθετο τοῖο πνεύοντος,
Ἐρχόμενος φήμης ἄιεν Ἠέλιος.
Εἴχετο δὲ κρατεροῖο κόπου, τοῦ δ' ὕστερα πάντ' ἦν,
Οὐδὲ τόσον δεινοῦ οἱ μέλεν Αἰακίδα,
Οὐ τόσον Αἰνείαο περιέχετο. νόσφι σιδήρου
Τεῦχε σάκος, κλειτὴν νόσφι πυρὸς βοέην,
Βαρβαρίης ἔμεν ἕρκος, ἔμεν μέγα πᾶσιν ὄνειαρ,
Ἀμφὶ νεηγενέων στήθεα μουσοπόλων.
Ἵλαθι Λουγδοῦνον, Λιπαρὴ πέλες· ἵλαθι Φοῖβε,
Σικελίδος γαίης ἡμετέρη προφέρει.
Ἥφαιστον δὲ λαχόντες ἐμοὶ χαίροιτε Βαταυοί,
Βαρβαρικῶν γλωσσέων κηλῖδ' ἀμερσάμενοι.
Χαίρετε νῦν δὲ πόνου μακαρίζετε, καινοτομοῦντα
Ἑλλαδικὴν Ῥώμην, Ἑλλάδα Ῥωμαϊκήν.

## In Iani Dousæ Annales.



ῦσα θαλασσοπόρων Νηρήϊον αἷμα Βαταυῶν,
Δοῦσα διοτρεφέων ἐκγεγαὼς πατέρων,

Ἦρ

Ἧρα Ποσειδάωνι φέρων καὶ τοῖο γενέθλη,
    Ἧρα φέρων δεινοῖς πατρίδος ἡγεμόσιν,
Σῆμ' ἀρίδηλον ἔθηκε τόδ' ἐσσομένοισιν ἰδέσθ,
    Πάμμεγα κῦδος ἐῶν ἀρνύμενος προγόνων.
Λυγδοῦνε πολιοῦχος ἐῆς, σωσίπολις, αἰνὰ
    Ῥιγεδανῶν σκεδάσας ἔγχεα δυσμενέων·
Πατρίδος ὀβελμόθυμος ἀμυνόμενος καὶ ἑαυτοῦ
    Πρὶν φόνον ἠνορέῃ, νῦν φθόνον εὐεπίῃ.

In obitum Hadriani Gulielmi Zelandi, iuuenis medicarum rerum & linguarum Orientalium peritissimi, qui in Isaaci Casauboni manibus expirauit.

Τὸν μέγαν ἡβητῆρα, τὸν ἀνδράσι πᾶσι ἰθυντόν,
    Ἡλικίης πρώτης μέτρα παρερχόμενον,
Τὸν σοφὸν Ἀδριανὸν Νηρηΐδος ἀστὸν ἀρούρης,
    Τὸν γλυκερῆς ταμίαν ἐσθλὸν ἀκεστορίης.
Γλώσσης δ' εἰν ἱερῇσιν ὅσης κλυτὸς εὔχεται Ἠώς,
    Ἀνδρομέης σοφίης ἐς πλέον ἱκόμενον,
Ὕστατα δὲ προλιπόντα τὸ πατρίδος ἱερὸν οὖδας,
    Καὶ φιλίην, πολλῆς εἵνεκεν ἱστορίης,
Χερσὶν ἐνὶ γλυκερῇσι Κασαυβονίοιο θανόντα
    Λευκετίη γαίη κεύθει ἐν ἀλλοδαπῇ·
Ζεῦ πάτερ, ὡς ἔλθοιμι καὶ ἐς Στύγα, φερτάτε ἀνδρῶν
    Μέχρι καὶ εἰς Ἀΐδεω χερσὶ κομιζόμενος.

In Antiquas Inscriptiones Iani Gruteri.

Ὅσσα πάλαι στῆσαν τε νέης ἀναθήματα νίκης
    Δῖνοὶ Ἀρειμανέων Καίσαρες Αὐσονίων.

Ὅσα πάλαι κρατερῆς Ὑπατηΐα φίγγια Ῥώμης

Εἴσιδε, πατρῴης ἔκβοθι δουλοσύνης,
Ὅσσα πάλαι πολέμοιο μεμηλότες ἡγεμονῆες
Γράψαν ἐπὶ σκύλοις, γράψαν ἐπὶ λαφύροις.
Ὅσσα πάλαι πραπίδεσσιν ἀρηρότες ἄνδρες ἔθεντο,
Ἱερὰ πανρίων ἔμμεναι ἀθανάτων.
Γράμμασιν ὅσσα σοφοῖσιν ἐμοὶ ἐχάραξαν Ἀχαιοί,
Χρυσός, ὁδοί, ναοί, τείχεα, θύσθλα, λίθοι·
Πάντα κόνις μία κρύψε, καὶ οὐκ ἔτι φυκτὰ πέλοντο·
Αἰνύμεναι γλαφυροὺς κῆρες ἔβαν καμάτους. (ερες,
Πάντα δ' ἔναλλα φέροντο πάλαι, πάλαι, ὥ μοι ἀνάγ-
Ἔνθεα καὶ βωμῶν γράμματα καὶ ξοάνων.
Ἦτοι ἄναξ Κρόνε δεινόν, ἀνηλεὲς ἦτορ ἔχεσκες,
Πιερικῶν λίην ἄμμορον ἀγλαϊῶν.
Πάντες ὀνειδίζουσι σοι ἀμειλιχίῳ, οἷον ἐποίεις
Μνημοσύνης ἁπαλῶν σήθεα θυγατέρων.
Οὐδὲ τεὴν Γρουτῆρι τάδε φρένα δὴ ἐλάθεσκε,
Τυκτὰ δὲ Μυσαίων ἔντεα δὺς προφύβης.
Αὐτίκα δὲ Σκαλανὸν ἑλὼν μέγαν, εἶλαρ ἔτευξε
Ζηνὸς ἐριγδούπῳ πατρὶ μαχητσμένα.
Ἴσως δ' Ὠκεανοῖο φίλος παῖς ἔπλετο Ῥῆνος.
Ῥῆνος Ἴβηρ λαιε πρῶς κυδνάλιμος προχοῆς,
Ἀντίτυπον σάλπιγξ ἐὸν σῶμα καλὸν ἄειρε,
Ὄρθια δ' ἐλθόντος πρὸς πόνον ᾖδε μέλη.
Εὐοῖ εὖ Διόνυσος ἐπίαχε τοῦ γε λελογχὼς
Ῥεύματα. Νυμφάων συμνόμος ὀπλοτερέων.
Οἰοπόλοι ἐχόρευον Ὀρειάδες, ἔορσεν Ἠχώ,
Πανὶ φίλη λεπίους πηξαμένη δόνακας.

Ἔνθεα

Ἔνθα θεός τοι ἔδωκεν ἄθλων μέγα κῦδος ἀρίστῳ,
Λαξ δέ νιν ὑμετέρη ἔφθασας ἠνορέη.
Ἡράμεθα κλέος ἐσθλόν, Ἰὴ, Κρόνος ὁ πρὶν ἐπιστὰς
Οὐδεὶ πολλὰ παθὼν κεῖται ἐρεισάμενος.
Ἰὴ Ἰὴ Γρυτῆρε φίλαι φίλαι εἴπατε Μοῦσαι,
Εἴπατε δ᾽ ἀρχαίων ἱέμενοι χαρίτων·
Στυγνὸς ἐῇ ἀμάθυνε πάλαι Κρόνος ἄγριος ἅρπῃ
Χρυσὸν, ὁδοὺς, ναοὺς, τείχεα, θύσθλα, λίθους.
Ἀντίκρονος Γρυτῆρος ἑῷ πάλιν ἤγειρε χάρτῃ,
Χρυσὸν, ὁδοὺς, ναοὺς, τείχεα, θύσθλα, λίθους.

In Iohannis Heurnij De morbis pectoris librum posthumum.

Ἄλκαρ ἐὸν ζαὸν νόσοιο, νόσος πάλαι ἀμφεκάλυψεν
Εὐρνιάδην, νήσους δὴ δ᾽ ἴμεν εἰς μακάρων,
Βῆ ἴμεν, ἱμερόεν δὲ λίπεν φάος ἠελίοιο
Διοσὸν Ἀπόλλωνος τὸ κλέος Εὐρνιάδης.
Τὸν θανάτων ἀλκτῆρα τέλος θανάτοιο κάλυψε,
Τὸν δ᾽ Ἀΐδεω ἐχθρὸν κρύψατο νὺξ Ἀΐδεω.
Μὰψ δέ μιν εὐρυμέδοντες ἀνέκλαυσαν Βαταυοὶ,
Κλεινοὶ ἀλιστεφέων τέκτονες ἱπποσυνῶν.
Ζεὺς δὲ πατὴρ ἐγέλασσε, νόσους πάλαι ἀνδράσιν ὄρσας,
Ἀντὶ πυρὸς δεινοῦ Ἰαπετονίδου.
Στὺξ φλογερὴ κτυπέεσκε πιαζομένη καταβάντων
Ταινάρου ἀρχαίης ὄχθαι ἀναστρόμεναι.

Κλῶθες ἀποῤῥήγνυντο, καὶ οὐκ εἴδωλα καμόντων
Πορθμέα δειλαίων ἐξέλιπον νεκύων.
Ἀλλὰ μάτην τάδε πάντα· μάτην δολόεις Ἀϊδωνεὺς,
Μοιράων δὲ πάλαι ἤρπατέ νιν παλάμη.
Ὢ πόποι, ὦ μέγα θαῦμα, νέκυς ζωοῖσιν ἀρήγει,
Νούσῳ ἀλοὺς, νούσους σεῦται ἀλεξέμεναι.
Νεκρὸς ἐὼν, μερόπεσσι κακὰς ἀπὸ κῆρας ἀλάλκει,
Νεκρὸς ἐὼν, κλεινὸς ζῇ πάλιν Εὐρνιάδης.
Νῦν δέ που ἐν φθιμένοισι μέγ' εὐχετέων ἀλάληται,
Καὶ ἱερῶν νήσους ἀμφιπολεῖ μακάρων.
Ἀσφοδελὸν λειμῶνα, καὶ ἔσχατα πείρατα γαίης,
Καὶ κλυτὸν ἡρώων ναιετάων πεδίον.
Ἧχι Διὶ Χθονίῳ καὶ ἐπαινῇ Περσεφονείῃ
Φησὶ, θανὼν αὐτὸν ἐξελάσαι θάνατον.

## In civilia bella horum temporum.


Ημοβόρος κόσμου πατ' ἐέλδεται παντὸς
Ἴβηρος,
Ἰσχανόων Κελτῶν, ἰσχανόων Λιγύρων.
Οἷον ἐπάντα φόβησεν· ἔδεισε πᾶσα περὶ χθὼν,
Οὐρανίης ὅσση κεῖται ἐν ἀγκαλίσιν.
Φλανδριακοὺς δ' ἐμὸν ἔθνος ἀεικέα μήσατο πολλά·
Οὐδὲ πόνου λήξεις παρ μίν, οὐδ' ἀλέη·
Παισὶ κακὸν φρονέεσκε καὶ ἀνδράσι, ῥέξε δὲ λίην
Νήπια καὶ ἁπαλὰς αἴσυλα παρθενικάς.
Αἵματι δ' ἡμετέρῳ ἰδὶν ἐρυθρήνατο γαῖα,
Πάντα δὲ μόρμυρεν βένθεα, καὶ ποταμοί.
Τοὺς δὲ μέτα κρατερῷ καθιππεύεσκε Βαταυοὺς,
Νηυσὶν ἁλὸς ταμίην ἤπιν ἐποιχόμενος.

Ὠκεανὸς

Ὠκεανὸς δ' ἐὰ τέκνα σαώσατο, μήδετο δ' αὖ Θῦς
Κύματα δειλαίῳ ἀμφιχέαι Βατάβῳ.
Αὐτὰρ ὁ βῆ πατέειν δ' ἱερῷ ποσὶ νῶτα θαλάσσης,
Ἐκ δ' ἔελν, ἐκ δ' αἰνοὺς φεύγέμεν ἐχθοδοπούς.
Ζεύγνυτο δ' ἅρμα θοόν, ἀνεμοστρεφὲς, δῖο χαλινοὶ
Πείσματα, τοὶ δ' ἵπποι λαίφεα, καὶ ὀθόναι.
Τῷ πίσυνος διὰ πόντον ἐλαυνέμεν ὦρτο καὶ ὕδωρ.
Ὦρτο δ' ἠδὲ ταχέων πρόσθε θέειν ἀνέμων.
Μάψ δ' ἀνέμων ταμίησιν Ἰβὴρ ἀνεμώλιος ἔτλη
Μαρνάμενος δεινῷ ἀντιάαν πολέμῳ.
Πολλὰ δ' τοὺς ἀπέλεθρος Ἄρης ξυνέηκε μάχεσθαι,
Ὕδατος ἀρχαίη γῆς τ' ἐπὶ κοιρανίη.
Πολλὰ δὲ κινυμένοισιν, ἐφήνατο πᾶσιν, ἁπάντων
Ἀντίβιος κεῖνος, ἀμφίβιος Βάταβος.

ΔΙΟΝΥΣΩι ΤΩι ΑΡΙΣΤΩι
ΚΑΙ ΜΑΡΩΝΙ ΤΩι ΦΙΛΟΠΟΤΗι
ΤΟΙΝ ΤΗΣ
ΕΝΑΓΩΝΙΟΥ ΤΡΑΓΩιΔΙΑΣ
ΕΠΙΣΤΑΤΑΙΝ.

Αὖτε δ' ἀγὼν Διόνυσε· Μάρων φίλε σοὶ δὲ μελήσει,
Σῶμα τὸ δ' ἀργαλέῳ γήραϊ τειρόμενον,
Στήσασθαι κρητῆρα βεβυσμένον ἡδέος οἴνου
Βακχιάδος γλυκερῆς ἔγκυον εὐφροσύνης·
Νοννιακῆς δῖον πάλαι ἐν σελίδεσσι πέπωκας
Ἀμφὶ τάφον φίλου τερπόμενος Σταφύλου.
Οὐ τράγου εὐπώγωνος ἐμοὶ μέλει, οὐ μὰ Δί' οὐδέν.
Λάτρις ἐγὼ Μουσῶν· τί τράγε σοὶ καὶ ἐμοί;

Μοι τραγικοῦ περὶ ἀγῶνος ἄεθλια πινέμεν εἴη,
Καὶ γλυκερῆς θυμὸν τερπέμεναι φιάλης.
Γυμνασίῳ Βρομίοιο τάδε πρέπει· σὺν γὰρ ἀέθλοις
Λυσσαμένῳ πᾶσαν φροντίδα λυσόμεθα.
Ἄλλα μέλοι ἑτέροισιν. ἐπεὶ τράγον οὐχὶ τίθησι
Παρ θαλίῃ, μούνους δ᾽ Εἰνσιάδης βατράχους.

De mirandis Batauiæ
Iosephi Scaligeri.

*IGnorata tua referam miracula terræ*
*Dousa, peregrinis non habitura fidem.*
*Omnia lanitium hic lassat textrina Mineruæ.*
*Lanigeros tamen hinc scimus abesse greges.*
*Non capiunt operas fabriles oppida vestra.*
*Nulla fabris tamen hæc ligna ministrat humus.*
*Horrea triticeæ rumpunt hic frugis aceruì.*
*Pascuus hic tamen est, non Cerealis ager.*
*Hic numerosa meri stipantur dolia cellis.*
*Quæ vineta colat nulla putator habet.*
*Hic nulla, aut certè seges est rarissima lini.*
*Linifici tamen est copia maior vbi?*
*Hic medijs habitamus aquis. quis credere possit?*
*Et tamen hic nullæ Dousa bibuntur aquæ.*

Idem Græce.

ΥΜετέρης ἐρέω νηπευθέα θαύματα γαίης,
Δουσιάδη, δύστις᾽ ἀλλοδαποῖς ἀίειν.
Ἐνθαῦθ᾽ οὐκ ἀρκοῦσ᾽ ἐρίοις ἱστῶνες Ἀθήνης.
Πᾶν δὲ φροῦδον ἅπαν εἰροπόκων ὀίων.
Ἄστεα χειροβίους οὐ χωρεῖ τέκτονας ἄνδρας.
Ἐργασίμης δ᾽ ὕλης ἐς ἀχόρηγον ἔδος.
Σιτοδόκους πυροῦ σωροὶ ῥηγνῦσι καλιάς.
Βούβοτος ἡ γαίη δ᾽, οὐ φιλόπυρος ἔφυ.

Ἀπὸ εἰς

῎Απλετοι ὧδ᾽ οἴνοιο νενασμέναι εἰσὶ πιθάχναι.
Οὐδενὸς οἰνοπέδου δ᾽ ἐστὶ φυτηκομίη.
Οὐδαμὸς ἢ σπάνιος τῇδε σπόρος ἐστὶ λίνοιο.
Ποῦ ποτὲ δ᾽ εἰσὶ λίνου πλείονες ἐργασίαι;
Οἰκίαι εἰσὶ μέσσαισιν ἐν ὕδασιν. τίς κε πίθοιτο;
῾Υδροποτεῖ δ᾽ οὐδεὶς ἐνθάδε Δυσιάδη.


## De ijsdem
## Danielis Heinsij.

*DOusa faue: vestris quaedam mihi visa Batauis,*
*Pauca quidem fas sit dicere, mira tamen.*
*Omnia Palladia complerunt oppida lana.*
*Laniferas hic quis pectere discit oues?*
*Plurima cum fabris fabrilis copia ligni est:*
*Ligna tamen vobis omnia terra negat.*
*Plus Cereris nusquam est: vix hanc tamen educat vsquam*
*Terra parens, bubus officiosa suis.*
*Dolia sunt hic Bacche tui plena omnibus: suntque*
*Plurima, cum desit vinea, vina tamen.*
*Nullaque gignendis lassantur pascua linis,*
*Linificas lassant hic tamen illa manus.*
*Tantalidae nos Dousa sumus: circundamur vnda,*
*Et tamen hanc tantas quis bibit inter aquas?*

## Idem Græce.

Ἴλαθι Δυσιάδη, τὰ τεῶν μεμάθηκα Βαταουῶν,
Παῦρα, λέγω δ᾽ φέρω θαύμασιν εἰδόμενα.
Εἴρεα μὲν πάσας σφίσιν ἐπλήρωσε πόληας.
Ειρ

Εἰεργπόχους δ' ὑμῶν τίς κομέει οἴας;
Ξυλοκόποι πέλον ἄνδρες ἀπειρέσιοι, ξύλα θ' ὧδε.
Ἄξυλον αὐτὰρ ὅλον σφιν γέγονεν πεδίον.
Οὐδαμόθι πλεῖον Δημήτερος. οὐδέ μιν ὑμῶν
Ἔτρεφε γῆ, βουσὶν πλεῖστα χαριζομένη.
Πᾶς δὲ πίθος Διόνυσε σέθεν γέμει· πολλοὶ ἔασιν
Ἀμπελινοὶ καρποὶ, ἄμπελος οὐδεμίη.
Οὐδὲ λίνοις ἁπαλοῖσι καταβρίθουσιν ἄρουραι.
Τὰς δὲ λίνα πλήθει χειροβίων παλάμας.
Ταντάλικον γένος ἐσμέν, ἐπεὶ ποταμοῖς στρεφόμεσθα·
Τίς δὲ τόσων γεύει Δουσιάδη ποταμῶν;



# PVB. VIRGILII MARONIS ECLOGA DECIMA,

## Quæ Gallvs inscribitur, A Iosepho Scaligero Dorice reddita.

Ὑστάτιον χαρίσαιο πόνον μοι τόνδ' Ἀρέθοισα.
Παῦρά τιν' ἀείδωμες (ἀναγνοίη δὲ Λυκωρίς)
Γάλλῳ ἐμῷ· τίς κεν Γάλλῳ φθονέσειεν ἀοιδᾶς;
Οὕτω Σικελίδος σοὶ ὑπερχομένᾳ βυθὸν ἅλμας
Μή ποτε συμμίσγῃσι ἑὰ κύματα Δωρὶς ἀδευκής.
Εἴπωμες, φέρε, Γάλλω ἀμηχανέοντος ἔρωτας,
Σιμαὶ ἕως θαμνῶνος ἀποτρώγωισι χίμαιραι.
Ἄ.δομες οὐ κωφοῖς. ἄδουσι γὰρ ἄλσος ἐπαχεῖ.
Μᾶλα περὶξ ἕστακε, καὶ ἡμέας οὔτι ἀτύχθη.
Οὔτε τὺ, θέασπι ἀοιδέ, τὸ ποιμνίον αὐτὸς ἀτύζευ.
Καὶ γὰρ ὁ καλὸς Ἄδωνις ἐφ' ὕδασι μᾶλα νομεύει.
Εἴπειτ' ἄν, τί νέμος σκιερὸν, τίνα τέμπεα, κῶραι
Ναΐδες, εἶχ' ὑμᾶς ὅκα τάκετο Γάλλος ἔρωτι;
Οὔτε τὸ Παρνασσοῖο γὰρ ὑμέας, οὔτε τὸ Πίνδω
Αἰπὺ κλέτας κατέρυκ', οὔτ' Ἀονία Ἀγανίππα.
Αὐταί μιν κλαύσαντο δάφναι, κλαύσαντο μυρῖκαι.
Μαίναλος αὐτὸν ἔκλαυσ' ὑπ' ἐρήμῳ κείμενον ὄκρῳ.
Τοὶ σκόπελοι ψυχρῷ μιν ἀνωδύραντο Λυκαίω.
Ἦνθεν ὁ μαλονόμος, βραδινοὶ τοὶ βουκόλοι ἦνθον.
Ὁ δρῦς χειμερινὰς βαλανίζων ἦνθε Μενάλκας.
Καὶ πόθεν οὗτος ἔρως, πᾶς πεύθετ'· ἦνθεν Ἀπόλλων·

Εἰροπόκους δ' ὑμῶν τίς κομέει ὄϊας;
Ξυλοκόποι πέλον ἄνδρες ἀπειρέσιοι, ξύλα θ' ὧδε.
Ἄξυλον αὐτὰρ ὅλον σφιν γέγονεν πεδίον.
Οὐδαμόθι πλεῖον Δημήτερος. οὐδέ μιν ὑμῶν
Ἔτρεφε γῆ, βουσὶν πλεῖστα χαριζομένη.
Πᾶς δὲ πίθος Διόνυσε σέθεν γέμει· πολλοὶ ἔασιν
Ἀμπελινοὶ καρποί, ἄμπελος οὐδεμίη.
Οὐδὲ λίνοις ἀπαλοῖσι καταβρίθουσιν ἄρουραι.
Τὰς δὲ λίνα πλήθει χειροβίων παλάμας.
Ταντάλικον γένος ἐσμέν, ἐπεὶ ποταμοῖς στιφόμεσθα·
Τίς δὲ τόσων γεύει Δουσιάδη ποταμῶν;



# PVB. VIRGILII MARONIS ECLOGA DECIMA,

## *Quæ* GALLVS *inſcribitur,*

A

IOSEPHO SCALIGERO Dorice reddita.

Ὑστάτιον χαρίσαιο πόνον μοι τόνδ' Ἀρέθοισα.
Παῦρά τιν' ἀείδωμες (ἀναγνοίη δὲ Λυκωρίς)
Γάλλῳ ἐμῷ· τίς κεν Γάλλῳ φθονέσειεν ἀοιδάς;
Οὕτω Σικελίδος σοὶ ὑπερχομένᾳ βυθὸν ἅλμας
Μή ποτε συμμίσγοι ἑὰ κύματα Δωρὶς ἀδευκής.
Εἴπωμες, φέρε, Γάλλω ἀμηχανέοντας ἔρωτας,
Σιμαὶ ἕως θαμνῶνος ἀποτρώγωντι χίμαιραι.
Ἄδομες οὐ κωφοῖς. ἀδοῦσι γὰρ ἄλσος ἐπαχεῖ.
Μᾶλλα πέριξ ἕστακε, καὶ ἡμέας οὔτι ἀτύχθη.
Οὔτε τὺ, θέασσι ἀοιδὲ, τῷ ποιμνίοισι αὐτὸς ἀτύζευ.
Καὶ γὰρ ὁ καλὸς Ἄδωνις ἐφ' ὕδασι μᾶλα νομεύει.
Εἴποιτ' ἄν, τί νέμος σκιερὸν, τίνα τέμπεα, κῶραι
Ναΐδες, εἶχ' ὑμέας ὅκα τάκετο Γάλλος ἔρωτι;
Οὔτε τὸ Παρνασσοῖο γὰρ ὑμέας, οὔτε τὸ Πίνδω
Αἰπὺ κλέτας κατέρυκ', οὔτ' Ἀονία Ἀγανίππα.
Αὐταί μιν κλαύσαντο δάφναι, κλαῦσαν τε μυρῖκαι.
Μαίναλος αὐτὸν ἔκλαυσ' ὑπ' ἐρήμῳ κείμενον πέτρᾳ.
Τοὶ σκόπελοι ψυχρῷ μιν ἀνωδύραντο Λυκαίω.
Ἦνθεν ὁ μαλονόμος, βραδινοὶ δ' οἱ βουκόλοι ἦνθον.
Ὁ δρῦς χειμερινὰς βαλανίζων ἦνθε Μενάλκας.
Καὶ πόθεν οὗτος ἔρως, πᾶς πεύθεαι; ἦνθεν Ἀπόλλων.

Γέντο δ' ἰὼν στιβαρὸν κρατερὸς ἀκμόθετον,
Ἀκμόθετον μυσταῖον ἐκούφισε πολλὰ μογήσας,
Βῆ δ' ἴμεν ἐς φύσσας, βῆ δ' ἴμεν ἐς χοάνους.
Κύπρις ἐμειδιάασκε. νέοι δ' ἀνὰ δῶματ' Ἔρωτες
Ἔπλαιρον, ἐς χοάνους πατρὸς ἀποιχομένου.
Ἀμβολάδην δὲ τύποντο νεήνιδες ἄμμιγα Μοῦσαι,
Οὐδὲ λόγον Βρόντα ποίεον, οὐ Στερόπα.
Μουσέων μέρμερος ἐσμὸς ἐπέκτυπε, Φοῖβος ἐφύσα,
Μέσος ἐών, τέχνης δ' ἰχανάα γλυκερῆς.
Ῥαιστῆρας δ' ὑπὲρ ὦμον ἀείρατο κυλλοποδίων,
Γέντο δὲ πυράγρην δεξιτερῆφιν ἑήν.
Δεινὸς ἔην, ἀγέλαστος ἔην πόνος. αὖε περὶ χθών,
Αὖε δὲ Κελτάων ἤθεα καὶ ποταμοί.
Ἰταλίης λάλον οὖδας ἐπεύθετο τοῖο πονεῦντος,
Ἐρχόμενος φήμης ἄϊεν Ἠέλιος.
Εἴχετο δὲ κρατεροῖο κόπου, τοῦ δ' ὕστερα πάντ' ἦν,
Οὐδὲ τόσον δεινοῦ οἱ μέλεν Αἰακίδα,
Οὐ τόσον Αἰνείαο παρείχετο. νόσφι σιδήρου
Τεῦχε σάκος, κλειτὴν νόσφι πυρὸς βοέην,
Βαρβαρίης ἔμεν ἕρκος, ἔμεν μέγα πᾶσιν ὄνειαρ,
Ἀμφὶ νεηγενέων στήθεα μουσοπόλων.
Ἵλαθι Λουγδοῦνον, Λιπαρὴ πέλες· ἵλαθι Φοῖβε,
Σικελίδος γαίης ἡμετέρη προφέρει.
Ἥφαιστον δὲ λαχόντες ἐμοὶ χαίρετε Βαταυοί,
Βαρβαρικῶν γλωσσέων κηλῖδ' ἀμερσάμενοι.
Χαίρετε νῦν δὲ πόνου μακαρίζετε, καινοτομοῦντα
Ἑλλαδικὴν Ῥώμην, Ἑλλάδα Ῥωμαϊκήν.

## In Iani Dousæ Annales.



ῦσα θαλασσοπόρων Νηρήϊον αἷμα Βαταυῶν,
Δοῦσα διοτρεφέων ἐκγεγαὼς πατέρων,

Ἤρα

Ἤρα Ποσειδάωνι φέρων καὶ τοῖο γενέθλη,
    Ἦρα φέρων δεινοῖς πατρίδος ἡγεμόσιν,
Σῆμ' ἀρίδηλον ἔθηκε τόδ' ἐσσομένοισιν ἰδέσθ,
    Πάμμεγα κῦδος ἑῶν ἀρνύμενος προγόνων.
Λουγδούνου πολιοῦχος ἑῆς, σωσίπολις, αἰνὰ
    Ῥιγεδανῶν σκεδάσας ἔγχεα δυσμενέων·
Πατρίδος ὀβριμόθυμος ἀμυνόμενος καὶ ἑαυτοῦ
    Πρὶν φόνον ἠνορέῃ, νῦν φθόνον εὐεπίῃ.

In obitum Hadriani Gulielmi Zelandi, iuuenis medicarum rerum & linguarum Orientalium peritissimi, qui in Isaaci Casauboni manibus expirauit.

Τὸν μέγαν ἡβητῆρα, τὸν ἀνδράσι πᾶσι ἰθυντόν,
    Ἡλικίης πρώτης μέτρα παρερχόμενον,
Τὸν σοφὸν Ἀδριανὸν Νηρηΐδος ἀστὸν ἀρούρης,
    Τὸν γλυκερῆς ταμίαν ἐσθλὸν ἀκεστορίης.
Γλώσσης δ' εἶν ἱερῇσιν ὅσης κλυτὸς εὔχεται Ἠὼς
    Ἀνδρομέης σοφίης ἐς πλέον ἱκόμενον,
Ὕστατα δὲ προλιπόντα τὸ πατρίδος ἱερὸν οὖδας,
    Καὶ φιλίην, πολλῆς εἵνεκεν ἱστορίης,
Χερσὶν ἐνὶ γλυκερῇσι Κασαυβονίοιο θανόντα
    Λευκετίη γαίη κεύθει ἐν ἀλλοδαπῇ·
Ζώει πάτερ, ὡς ἔλθοιμι καὶ ἐς Στύγα, φερτάτου ἀνδρῶν
    Μέχρι καὶ εἰς Ἀΐδεω χερσὶ κομιζόμενος.

In Antiquas Inscriptiones Iani Gruteri.

Ὅσσα πάλαι στῆσαν τε νέης ἀναθήματα νίκης
    Δεινοὶ Ἀρειμανέων Καίσαρες Αὐσονίων.

Ὅσσα πάλαι κρατερῆς Ὑπατήϊα φέγγεα Ῥώμης
Εἴσατο, πατρῴης ἔχθει δουλοσύνης,
Ὅσσα πάλαι πολέμοιο μεμηλότες ἡγεμονῆες
Γράψαν ἐπὶ σκύλοις, γράψαν ἐπὶ λαφύροις.
Ὅσσα πάλαι πραπίδεσσιν ἀρηρότες ἄνδρες ἔθηκαν,
Ἱερὰ παντοίων ἔμμεναι ἀθανάτων.
Γράμμασιν ὅσσα σοφοῖσιν ἐμοὶ ἐχάραξαν Ἀχαιοί,
Χρυσὸς, ὁδοὶ, ναοὶ, τείχεα, ἆθλα, λίθοι·
Πάντα κόνις μία κρύψε, καὶ οὐκ ἔτι φυκτὰ πέλοντο·
Αἰνύμεναι γλαφυροὺς κῆρες ἔβαν καμάτους.
Πάντα δ' ἔναλλα φέροντο πάλαι, πάλαι, ὤ μοι ἀνάγκης,
Ἔνθεα καὶ βωμῶν γράμματα καὶ ξοάνων.
Ἦ σὺ ἄναξ Κρόνε δεινὸν, ἀνηλεὲς ἦθος ἔχεσκες,
Πιερικῶν λίην ἄμμορον ἀγλαϊῶν.
Πάντες ὀνειδίζουσι σοι ἀμείλιχον, οἷον ἐποίεις
Μνημοσύνης ἁπαλῶν στήθεα θυγατέρων.
Οὐδὲ τεὴν Γραυτῆρι τάδε φρένα δὴν ἐλάθεσκε,
Τυκτὰ δὲ Μουσάων ἔντεα δὺς περιβῆς.
Αὐτίκα δὲ Σκαλανὸν ἑλὼν μέγαν, εἶλαρ ἔτευξε
Ζηνὸς ἐριγδούπου πατρὶ μαχησαμένου.
Ἴσως δ' Ὠκεανοῖο φίλος παῖς ἔπλετο Ῥῆνος.
Ῥῆνος Ἴβηρ λαιπρῶς κιδνάμενος προχοῆς,
Ἀντίτυπον σάλπιγξ ἑὸν σῶμα καλὸν ἄειρε,
Ὄρθια δ' ἐλθόντος πρὸς πόνον ᾆδε μέλη.
Εὐοῖ εὖ Διόνυσος ἐπίαχε ταῦτα λελογχὼς
Ῥεύματα. Νυμφάων σύννομος ὀπλοτεράων.
Οἰοπόλοι χορὸν Ὀρειάδες, ὤρσεμεν Ἠχώ,
Πανὶ φίλῳ λεπτοὺς πηξαμένη δόνακας.

Ἔνθα

Ἔνθα θεός τοι ἔδωκεν ἄεθλον μέγα κῦδος ἀρέσας,
Λαὸς δέ νιν ὑμετέρη ἔφθασας ἰωορέη.
Ἠράμεθα κλέος ἐσθλόν, Ἰή, Κρόνος ὁ πρὶν ἐπιστὰς
Οὔδεϊ πολλὰ παθὼν κεῖται ἐρειστάμενος.
Ἰὴ Ἰὴ Γρυτῆρε φίλαι φίλαι εἴπατε Μοῦσαι,
Εἴπατε δ᾽ ἀρχαίων ἱέμενοι χαρίτων·
Στυγνὸς ἐὼν ἀμάθυνε πάλαι Κρόνος ἄγριος ἄρπη
Χρυσόν, ὀδούς, ναούς, τείχεα, θύσθλα, λίθους.
Ἀντίκρονος Γρυτῆρες ἐὼν πάλιν ἔγειρε χάρτη,
Χρυσόν, ὀδούς, ναούς, τείχεα, θύσθλα, λίθους.

In Iohannis Heurnij De morbis pectoris librum posthumum.

Ἄλκαρ ἐόντα νόσοιο, νόσος πάλαι ἀμφεκάλυψεν
Εὐρνιάδην, νήσους δὴ δ᾽ ἴμεν εἰς μακάρων,
Βῆ ἴμεν, ἱμερόεν δὲ λίπεν φάος ἠελίοιο
Διοσὸν Ἀπόλλωνος τὸ κλέος Εὐρνιάδης.
Τὸν θανάτων ἀλκτῆρα τέλος θανάτοιο κάλυψε,
Τὸν δ᾽ Ἀΐδεω ἐχθρὸν κρύψατο νὺξ Ἀΐδεω.
Μάψ δέ μιν εὐρυμέδοντες ἀνέκλαυσαν τὸ Βατάβοι,
Κλεινοὶ ἁλιστρεφέων τέκνες ἱπποσυνῶν.
Ζεὺς δὲ πατὴρ ἐγέλασσε, νόσους πάλαι ἀνδράσιν ὄρσας,
Ἀντὶ πυρὸς δεινοῦ Ἰαπετιονίδου.
Στὺξ φλογερὴ κτυπέεσκε πινασσομένη καταβάντων
Ταινάρου ἀρχαίης ὄχθαι ἀνατρόμεον.

Κλῶθες ἀπορρήγνυντο, καὶ οὐχ εἴδωλα καμόντων
Πορθμέα δειλαίων ἔξελιπον νεκύων.
Ἀλλὰ μάτην τάδε πάντα· μάτην δολόεις Ἀϊδωνεύς,
Μοιρίδιη δὲ πάλαι ἤρπατέ νιν παλάμη.
Ὢ πόποι, ὢ μέγα θαῦμα, νέκυς ζωοῖσιν ἀρήγει,
Νούσῳ ἁλούς, νούσους σεῦται ἀλεξέμεναι.
Νεκρὸς ἐών, μερόπεσσι κακὰς ἀπὸ κῆρας ἀλάλκει,
Νεκρὸς ἐών, κλεινὸς ζῇ πάλιν Εὐρνιάδης.
Νῦν δέ που ἐν φθιμένοισι μέγ' εὐχετάων ἀλάληται,
Καὶ ἱερῶν νήσους ἀμφιπολεῖ μακάρων.
Ἀσφοδελὸν λειμῶνα, καὶ ἔσχατα πείρατα γαίης,
Καὶ κλυτὸν ἡρώων ναιετάων πεδίον.
Ἧχι Διὶ Χθονίῳ καὶ ἐπαινῇ Περσεφονείῃ
Φησί, θανὼν αὐτὸν ἐξελάσαι θάνατον.

## In civilia bella horum temporum.


ημοβόρος κόσμου πατ' ἐέλδετο παντὸς
Ἴβηρος,
Ἰχανόων Κελτῶν, ἰχανόων Λιγύρων.
Οἷον ἐπάντα φόβησεν· ἐδείδιε πᾶσα περὶ χθών,
Οὐρανίης ὅσση κεῖται ἐν ἀγκαλίσιν.
Φλανδρικοὺς δ' ἐμὸν ἔθνος ἀεικέα μήσατο πολλά·
Οὐδὲ πόνου λῆξις πὰρ μίη, οὐδ' ἀλέη·
Παισὶ κακὰ φραδέεσκε καὶ ἀνδράσι, ῥέξε δὲ λίην
Νήπια καὶ ἁπαλὰς αἴτυλα παρθενικάς.
Αἵματι δ' ἡμετέρῳ ἰδίη ἐρυθρήνατο γαῖα,
Πάντα δὲ μόρμυρεν βένθεα, καὶ ποταμοί.
Τοὺς δὲ μέτα κρατεροῖο καθιππεύεσκε Βαταυοῦ,
Νηυσὶν ἀλὸς ταμίην ἧσιν ἐπαιχόμενος.

Ὠκεανὸς

Ὠκεανὸς δ' ἐπὶ τέκνα σαώσατο, μήδετο δ' αὖθις
Κύματα δειλαίῳ ἀμφιχέαι Βατάβῳ.
Αὐτὰρ ὁ βῆ πατέρων ἱερῷ ποδὶ νῶτα θαλάσσης,
Ἐκ δ' ἔλεν, ἐκ δ' αἰνοὺς φεύγεμεν ἐχθοδοπούς.
Ζεύγνυτο δ' ἅρμα θοὸν, ἀνεμοτρεφὲς, δίο χαλινοὶ
Πείσματα, τοὶ δ' ἵπποι λαίφεα, καὶ ὀθόναι.
Τῷ πίσυνος διὰ πόντον ἐλαυνέμεν ὤρτο καὶ ὕδωρ.
Ὥρτο δὲ καὶ ταχέων πρόσθε θέειν ἀνέμων.
Μὰψ δ' ἀνέμων ταμίησιν Ἴβηρ ἀνεμώλιος ἔτλη
Μαρνάμενος δεινῷ ἀντιάαν πολέμῳ.
Πολλὰ δὲ τοὺς ἀπέλεθρος Ἄρης ξυνέηκε μάχεσθαι,
Ὕδατος ἀρχαίη γῆς τ' ἐπὶ κοιρανίῃ.
Πολλὰ δὲ κινυμένοισιν, ἐφήνατο πᾶσιν, ἁπάντων
Ἀντίβιος κεῖνος, ἀμφίβιος Βατάβος.

## ΔΙΟΝΥΣΩι ΤΩι ΑΡΙΣΤΩι ΚΑΙ ΜΑΡΩΝΙ ΤΩι ΦΙΛΟΠΟΤΗι ΤΟΙΝ ΤΗΣ ΕΝΑΓΩΝΙΟΥ ΤΡΑΓΩιΔΙΑΣ ΕΠΙΣΤΑΤΑΙΝ.

Αὖτε δ' ἀγὼν Διόνυσε· Μάρων φίλε σοὶ δὲ μελήσει,
Σῶμα τοῦ ἀργαλέῳ γήραϊ τειρομένῳ,
Στήσασθαι κρητῆρα βεβυσμένον ἡδέος οἴνου
Βακχιάδος γλυκερῆς ἔγκυον εὐφροσύνης·
Νοννιακῆς δ' ἴον πάλαι ἐν σελίδεσσι πέπωκας
Ἀμφὶ τάφον φίλου τερπόμενος Σταφύλου.
Οὐ τρύγου εὐπώγωνος ἐμοὶ μέλει, οὐ μὰ Δί' οὐδέν.
Αὔτρις ἐγὼ Μουσῶν· τί τρύγε σοι καὶ ἐμοί;

Μοὶ τραγικοῦ περὶ ἀγῶνος ἀέθλια πινέμεν εἴη,
  Καὶ γλυκερῆς θυμὸν τερπέμεναι φιάλης.
Γυμνασίῳ Βρομίοιο τάδε πρέπει· σὺν γὰρ ἀέθλῳ
  Λυσαμένῳ πᾶσαν φροντίδα λυσάμεθα.
Ἄλλα μέλοι ἑτέροισιν. ἐπεὶ τράγον οὐχὶ τέθηπε
  Παρ θαλίῃ, μούνους δ' Εἰνσιάδης βατράχους.

## De mirandis Batauiæ Iosephi Scaligeri.

*Ignorata tua referam miracula terra*
  *Dousa, peregrinis non habitura fidem.*
*Omnia lanitium hic lassat textrina Minerua.*
  *Lanigeros tamen hinc scimus abesse greges.*
*Non capiunt operas fabriles oppida vestra.*
  *Nulla fabris tamen hac ligna ministrat humus.*
*Horrea triticea rumpunt hic frugis acerui.*
  *Pascuus hic tamen est, non Cerealis ager.*
*Hic numerosa meri stipantur dolia cellis.*
  *Quæ vineta colat nulla putator habet.*
*Hic nulla, aut certè seges est rarissima lini.*
  *Linifici tamen est copia maior vbi?*
*Hic medijs habitamus aquis. quis credere possit?*
  *Et tamen hic nulla Dousa bibuntur aqua.*

## Idem Græce.

Ὑμετέρης ἐρέω νηπενθέα θαύματα γαίης,
  Δουσιάδη, δύσπιστ' ἀλλοδαποῖς αἰεὶν.
Ἐνταῦθ' οὐκ ἀρκοῦσ' ἐρίοις ἱστῶνες Ἀθήνης.
  Πᾶν δὲ φροῦδον ἄπαν εἰροπόκων οἴων.
Ἄστεα χειροβίους οὐ χωρεῖ τέκτονας ἄνδρας.
  Ἐργασίμης δ' ὕλης ἐς ἀχόρηγον ἔδος.
Σιτοδόκους πυροῦ σωροὶ ῥηγνῦσι καλιάς.
  Βούβοτος ἡ γαίη δ', οὐ φιλόπυρος ἔφυ.

Ἀπαίξει

Ἄπλετοι ὧδ' οἴνοιο νενασμέναι εἰσὶ πιθάχναι.
  Οὐδενὸς οἰνοπέδου δ' ἐστὶ φυτηκομίη.
Οὐδαμὸς ἢ ἀσάμινθος τῇδε ἀρότρος ἐστὶ λίνοιο.
  Ποῦ ποτὲ δ' εἰσὶ λίνου πλείονες ἐργασίαι;
Οἰκίαι εἰσὶ μέσσοισιν ἐν ὕδασιν. τίς κε πίθοιτο;
  Ὑδροποτεῖ δ' οὐδεὶς ἐνθάδε Δουσιάδη.

De iisdem
Danielis Heinsii.


*Dousa faue: vestris quædam mihi visa Batauis,*
  *Pauca quidem fas sit dicere, mira tamen.*
*Omnia Palladia complerunt oppida lana.*
  *Laniferas hic quis pectere discit oues?*
*Plurima cum fabris fabrilis copia ligni est:*
  *Ligna tamen vobis omnia terra negat.*
*Plus Cereris nusquam est: vix hanc tamen educat vsquam*
  *Terra parens, bubus officiosa suis.*
*Dolia sunt hic Bacche tui plena omnibus: suntque*
  *Plurima, cum desit vinea, vina tamen.*
*Nullaque gignendis lassantur pascua linis,*
  *Linificas lassant hic tamen illa manus.*
*Tantalidæ nos Dousa sumus: circundamur vnda,*
  *Et tamen hanc tantas quis bibit inter aquas?*

Idem Græce.

Ἴλαθι Δουσιάδη, τὰ τεῶν μεμάθηκα Βαταόνων,
  Παῦρα, λίην δὲ φέρει θαύμασιν εἰδόμενα.
Εἴρεα μὲν πάσας σφίσιν ἐπλήρωσε πόληας.

Ειρ

Εἰροπόκους δ᾽ ὑμῶν τίς κομέει οἴας;
Ξυλοκόποι πέλον ἄνδρες ἀπειρέσιοι, ξύλαθ᾽ ὧδε.
Ἄξυλον αὐτὰρ ὅλον σφιν γέγονεν πεδίον.
Οὐδαμόθι πλεῖον Δημήτερος. οὐδέ μιν ὑμῶν
Ἔτρεφε γῆ, βουσὶν πλεῖστα χαριζομένη.
Πᾶς δὲ πίθος Διόνυσε σέθεν γέμει· πολλοὶ ἔασιν
Ἀμπελινοὶ καρποὶ, ἄμπελος οὐδεμίη.
Οὐδὲ λίνοις ἀπαλοῖσι καταβρίθουσιν ἄρουραι.
Τὰς γὰρ λίνα πλήθει χειροβίων παλάμας.
Ταντάλικον γένος ἐσμὲν, ἐπεὶ ποταμοῖς στρεφόμεσθα·
Τίς γὰρ τόσων γεύει Δουσιάδη ποταμῶν;



# PVB. VIRGILII MARONIS ECLOGA DECIMA,

## *Quæ* GALLVS *inscribitur,*

A

IOSEPHO SCALIGERO Dorice reddita.

Ὑστάτιον χαρίσαιο πόνον μοι τόνδ' Ἀρέθοισα.
Παῦρά τιν' ἀείδωμες (ἀναγνοίη δὲ Λυκωρίς)
Γάλλῳ ἐμῷ· τίς κεν Γάλλῳ φθονέσειεν ἀοιδᾶς;
Οὕτω Σικελίδος σοὶ ὑπερχομένα βυθὸν ἅλμας
Μή ποτε συμμίσγηθι ἑὰ κύματα Δωρὶς ἀδδυκής.
Εἴπωμες, φέρε, Γάλλω ἀμηχανέοντας ἔρωτας,
Σιμαὶ ἕως θαμνῶνος ἀποτρώγοισι χίμαιραι.
Ἄδομες οὐ κωφοῖς. ἀδεῦσι γὰρ ἄλσος ἐπαχεῖ.
Μᾶλα πέριξ ἕστακε, καὶ ἡμέας οὔτι ἀτύχθη.
Οὔτε τύ, θέσπι ἀοιδέ, τὸ ποιμένιον αὐτὸς ἀτύζευ.
Καὶ γὰρ ὁ καλὸς Ἄδωνις ἐφ' ὕδασι μᾶλα νομεύει.
Εἴποιτ' ἄν, τί νέμος σκιερὸν, τίνα τέμπεα, κῶραι
Ναΐδες, εἶχ' ὑμᾶς ὅκα τάκετο Γάλλος ἔρωτι;
Οὔτε τὸ Παρνασοῖο γὰρ ὑμέας, οὔτε τὸ Πίνδω
Αἰπὺ κλέτας κατέρυκ', οὔτ' Ἀονία Ἀγανίππα.
Αὐταί μιν κλαύσαντο δάφναι, κλαύσαντο μυρῖκαι.
Μαίναλος αὐτὸν ἔκλαυσ' ὑπ' ἐρήμῳ κείμενον ὄκρῃ.
Τοὶ σκόπελοι ψυχρῶ μιν ἀνωδύραντο Λυκαίω.
Ἦνθεν ὁ μαλονόμος, βραδινοὶ τοὶ βωκόλοι ἦνθον.
Ὁ δρῦς χειμερινὰς βαλανίζων ἦνθε Μενάλκας.
Καὶ πόθεν οὗτος ἔρως, πᾶς πεύθετ'· ἦνθ' Ἀπόλλων·

Γάλλε, τί μαίνεαι; φατί. τεὸν μελέδαμα Λυκωρὶς
Βᾶσα διὰ ψύχους διά τε στρατοῦ, ἕσπετ' ἄλλῳ.
Ἦνθε καὶ ἀγρότερος Σιλβανὸς κρατὶ πυκαστὸς (σαν.
Στέμματι, νάρθηκας χλοερώς, κρίναθ' ἁδρὰ τινάσ-
Καὶ θεὸς Ἀρκαδίας Πὰν ἦνθε, τὸν εἴδομες αὐτοὶ
Κινναβάρει καὶ χυλῷ ἐρευθόμενον χαμαιακτῆς.
Πᾶ στασεῖ τόδ' ἔφασ'; οὐ τῶνδε μέμαλεν ἔρωτι.
Οὐ δακρύων κεκόρεσται Ἔρως, ὑγρότατος ὁ λειμών,
Ταὶ ξουθαὶ κυτίσοιο μέλισσαι, φυλλάδος ἁ αἴξ.
Καὶ ὃς συγνάζων, ἀσεῖτε ταῦθ', Ἀρκάδες, εἶπεν,
Ὤρεσιν ὑμετέροισι, μόνοι δεδαῶτες ἀείδειν
Ἀρκάδες. ὡς μαλακῶς τότε λείψανα τἀμὰ κέοιτο.
Αἴ ποκ' ἐμὼς ὑμὰ σύριγξ ᾄσειεν ἔρωτας.
Ὤφελον ἐξ ὑμέων εἷς ἔμμεναι, ἤτις ἀμορβὸς
Ποίμνας, ἢ σταφυλᾶς πυρναίας ἀμπελοεργός.
Αἱ παρ' ἐμὶν τόκα Φυλλὶς ἔην, αἴκ' αὐτὸς Ἀμύντας,
Αἴκ' οἶστραμά τι ἄλλο (τίδ' αἰ μέλας ἐστὶν Ἀμύντας;
Ἐστὶ καὶ ἀμφότερον τό, τ' ἴον μέλαν, ἄθ' ὑάκινθος)
Ὧδ' ἐν ταῖς ἰτέῃσιν ὑπ' ἀμπέλῳ ἦν μετ' ἐμεῖο.
Ἄνθε' ἐμὶν τόκα Φυλλὶς ἀπέδρεπεν, ᾆδεν Ἀμύντας.
Ὧδε ψυχρὸν ὕδωρ, μαλακὰ πόα ὧδε Λυκωρί.
Ὧδ' ἄλση. σὺν τοὶ τέλεον χρόνον ὧδε βιῴην.
Ἀλλά με νῦν ἀτέραμνος ἔρως κατὰ μᾶλλον Ἄρηος
Ἔντε μέσσοις ὅπλοις ἔντ' ἀντιβίοισι κατίσχει. (μαν;
Φεῦ, τὺ δέ μοι γλυκερᾶς πάτρας ἄπο (πῶς κε πιθοί-
Ἄλπεων τὰς χίονας, τό,τε Ῥήνω ψῦχος ἄτλατον
Χωρὶς ἐμεῦ λεύσσεις. αἲ μή τυ ψῦχος ἰάψαι.
Αἲ μή τυ κρύσταλλος ἐπιτμάξαι πόδας ἁβρούς.
Χαλκιδικοῖς φέρ' ἰὼν τάπερ ἐξεπόνασα μέλεσσι
Ποιμενικοῦ καλάμῳ Σικελοῖο βοτῆρος ἀείσω.
Κέκρικ' ἐνὶ σπείεσσι δυνηπαθέειν, καὶ ἀν' ὕλας,

Εἰς

Ἔνθ' ἁπαλοῖσιν ἔρωτας ἐμὼς φλοιοῖσι χαράττειν.
Φλοιοῖς ἀλδήσουσι συναλδήσουσιν ἔρωτες. (φαις.
Μαίναλα μὰν τείως καὶ ἀλαθεύσομαι ἄμμιγα Νύμ-
Χλουνίας ἀγρεύσω. ψῦχος δέ με κωλύοι οὐδὲν
Παρθένια σκυλάκεσσι περιστοιχιζέμεν ἄλση.
Ἤδη ἀνὰ σκοπέλως δοκέω, ἀνὰ δρυμὰ φέρεσθαι.
Καὶ Πάρθοις κερέεσσι Κυδώνια θυμὸς ἀνώγει
(Ὡς ἂν ἐμᾶς μανίας ἄκος ἦν μέγα) τόξα τιταίνειν.
Πλάν γε θεὸς τῆνος μαθέειν βροτέοισι κακοῖσιν
Ἰλήκειν. Ἀλλ' αὖται Ἀμαδρυάδες καὶ ἀοιδαὶ
Οὐκέτ' ἐμὶν φίλαι ἐντί. πάλιν χαίροιτέ μοι ὗλαι.
Οὐ τῆνος κα[illegible]άτις ἀλλάσσεται ἡμετέροισιν.
Οὐ μὰν κὴν Ἕβρον πίνωμες ψυχεῖ μέσσῳ
Σιθονίας νιφάδας ὑποδύντες χείματος ὑγρῶ.
Οὔτ' ἢν, φλοιὸς ὅκα πτελέαις ἐνὶ κάρφεται αὖος,
Αἰθιόπων βόσκωμες ὄις ὑπὸ Καρκίνῳ ἄστρον.
Πάντα γε νικᾷ ἔρως. ἡττώμεθα κ' ἄμμες ἔρωτος.
Ταῦτα μὲν ὑμέτερον ποιητὰν, μέσφα κάθηται,
Καὶ τάλαρον πλέκει ἐκ μαλάχας, ἀρκείτω ἀεῖσαι
Πιερίδες. Γάλλῳ δ' ὔμμες μεγαλύνετε ταῦτα,
Γάλλῳ, τῶ καὶ ἀν' ὥραν ἀέξεται ἵμερος ἄμμι
Τόσσον, ὅσσον κλᾶθρα μάλ' ἀείρεται εἴαρος ὥρη.
Εἶα δὴ ἀνστᾶμες. σκιὰ ᾀδόντεσσιν ἐπαχθής.
Καὶ σκιὰ ἀρκεύθω βλαβερὰ, σκιὰ λήια βλάπτει.
Σοῦσθε κορεσθεῖσαι (νὺξ γὰρ πάρα) σοῦσθε χίμαιραι.

Obſeruabis, amice lector, Scaligerum poſt verſum,

*Non canimus ſurdis, reſpondent omnia ſyluæ,*

poſuiſſe tres verſiculos loco non ſuo vulgo editos

*Stant & oues.*

ſuum ijs quæ ſequuntur.

EADEM

# Dorice reddita

A

DANIELE HEINSIO.

Τὸν πύματον χαρίσσαιο πόνον μοι τόνδ᾽ Ἀρέθοισα·
Μικκὸν ἐμῷ Γάλλῳ, τὸ καὶ ἀνγνοίησι Λυκωρίς;
Μελπέμεν ἐν καλῷ εἴη· ἔπη τίς ἀνήνατο Γάλλῳ;
Οὕτω τὶν, Σικελοῖς μετὰ κύμασιν ὄκκα φέροιο,
Μή ποχ᾽ ἐὰν Δωρὶς συμμίσγοι ἁλμυρὸν ὕδωρ,
Ἄρχεο, δειλαίως Γάλλω εἴπωμες ἔρωτας.
Μέσφα νέως σιμαὶ θάμνως τρώγοντι χίμαιραι,
Μέλπομες οὐ κωφοῖσι· ποτικρίνονται αἱ ὕλαι.
Ποῖα νέμη τῆμος, ποῖ᾽, ὔμμε ἔχεν ἄλσεα κῶραι
Ναϊάδες, συγγνῷ ὄκα τάκετο Γάλλος ἔρωτι;
Οὐ μὰν Παρνασσοῖο τόκα κλέτας, οὐδὲ τὸ Πίνδω
Υ̓́μμιν τόσσα μέμαλε, καὶ Ἀονία Ἀγανίππα.
Τῆνον χαὶ δάφναι, τῆνον καὶ κλαῦσε μυρίκα,
Τῆνον πευκάεις ὑπ᾽ ἐρημάδι κείμενον ὄχθα
Μαίναλος. οἱ δὲ λίθοι κρυερῷ κλαύσαντο Λυκαίω.
Μᾶλα περιστάκαντι, καὶ οὐκ αἰδὼς λάβε τῆνα·
Μὴ τὺ λάβοι ποίμνας αἰδώς, ὦ θεῖε μελικτά,
Μᾶλα καὶ αὐτὸς ἔβοσκε παρ᾽ ὕδασι καλὸς Ἄδωνις.
Ἦνθεν δ᾽ ὠοπόλος, βραδέες σιῶν ποιμένες ἦνθον,
Χειμερίας δὲ μάλ᾽ ὑγρὸς ἀπὸ δρυὸς ἦνθε Μενάλκας,
Πάντες ἀνηρώτευν, ὁ πάθος πόθεν; ἦνθεν Ἀπόλλων,

Κῆφα

Κἦφα, Γάλλε τάλαν, τί τὺ μαίνεαι; ἁ δὲ Λυκωρὶς
Ἄλλῳ ἀνὰ νιφάδας, καὶ ἀνὰ στρατὸν οἰκτρὸν ὀμαρτεῖ.
Ἦνθε καὶ ἀγρόικῳ κεφαλᾶς Σιλβανὸς ἐλύτρῳ,
Νάρθακας χλοερὼς περὶ δὲ κρίνα μακρὰ τινάσσων.
Πὰν δὲ ἔτι Ἀρκαδίας θεὸς ἦνθε, τὸν εἴδομες αὐτοὶ
Χυλῷ ἐρυθομένον χαμαιάκτας, κινναβάρειτε,
Καὶ ποῖ, ἔφα, τέλος ἔσται; Ἔρως οὐ τοῖνδ' ἀλεγίζει,
Οὐ δακρύων ἀνιαρὸς Ἔρως, οὐχ ὕδατος ἁ γᾶ,
Οὐ κυτίσοιο μέλισσ' ἄδονται, φύλλων δὲ χίμαιραι.
Ὃς δὲ μάλα στυγνὸς, Τὰ μὲν Ὠρκάδες ἄστετε, φάσκε,
Ὤρεσιν ὑμετέροισι, μόνοι δεδαῶτες ἀοιδᾶς
Ὠρκάδες. ὡς γλυκερῶς τόκα τὤστέα ζαμοὶ κέοιτο,
Αἴκεν ἐμὸν σύριγξ ὑμῶν ποκ' ἔρωτα μελίσδοι.
Ὤφελον εἷς ὑμέων κηγὼ πέλον ἠὲ νομεύς τις
Ὑμετέρας ἀγέλας, ἢ τρωξίμω ἀμπελόεργος.
Ναὶ μὰν αἴ μοι Φυλλὶς ἔην, αἴτ' αὐτὸς Ἀμύντας,
Αἴθ' ἕτερον μελέδημα (τί δ' αἰ μέλας ἐστὶν Ἀμύντας;
Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐστὶν ὁμῶς καὶ ἁ Ὑάκινθος)
Σὺν μοι εἴν ἰτέησιν ὑπ' οἰναρέοισιν ἔκειτο,
Φύλλα δέ μοι Φυλλὶς στεφάνων δρέπεν, ἆδεν Ἀμύν-
τας.
Ὧδε ψυχρὸν ὕδωρ, μαλακοὶ νομοὶ ὧδε Λυκωρὶ,
Ὧδε νέμος, ὧδ' ὁ περὶ ὧν χρόνος ἄμμε μαραίνοι.
Νῦν δ' ἄρ' ἐμ' ὦ φρόντιστος Ἔρως δεινῶ μετ' Ἄρηι
Ὅπλοις ἐν μέσσοισι καὶ ἐχθροδόποῖσιν ἐρύκει.
Τᾶλόθι δὴ τύνη τᾶς πατρίδος (οὐδὲ πιθοίμαν)
Ἀλπείας τε μόνα νιφάδας, ψῦχος δὲ τὸ Ῥήνω
Νόσφιν ἐμεῦ ἐσορῆς· Ἆ μὴ τύ τι ῥῖγος ἰάπτοι,
Μή τυ διαχίσδοι μαλακὸν πόδα πηγὰς ἀτειρής.
Βασεῦμαι χ' ὅ, τι μοι τὸ μελύδριον ἐκπεπόνατ)
Χαλκιδικὸν, Σικελῷ συρίξω ποιμένος αὐλῷ.

Φαμὶ δ᾽ ἐνὶ ξυλόχοισιν ἐνὶ σπαέεσσί τε θηρῶν
Ῥᾷον ἄγειν ἁπαλοῖσι δ᾽ ἔρως γεγράψεται ἁμὸς
Δένδρεσιν· ἀλδήσεται ταῦτ᾽ ἀεί, ἅμα δ᾽ ὔμμι ὦ ἔρωτες.
Σὺν δὲ τέως Νύμφαις μέγα Μαίναλον ἀμφιπολασῶ,
Ἢ καὶ ὗς φλογερὰς διώξομαι· οὔ με κωλύσει
Παρθένιον κρύος ὀξὺ κυσὶν διαλαμβάνειν ἄλσος.
Ἤδη ἀνὰ κρημνοὺς δοκέω, καὶ ἐρίβρομος ὕλας
Βασκεύμαι, Πάρθῳ δὲ βιῷ προϊάλλειν ὀϊστὸν
Κνώσσιον· ὥς κεν ἐμᾶς τόδ᾽ ἔοι γλυκὺ θέλκτρον ἀνίας.
Καὶ θεὸς ὅτγε κακοῖσιν ἱλάσκοιτο βροτέοισιν.
Αὖ ἄρ᾽ Ἁμαδρυάδες θυμῷ ἄπο, πᾶν δὲ μέλισμα
Ἄμμι πέλει· αὐτὰ πάλιν ἐρρέτω ἐρρέτω ὕλα.
Οὐχ᾽ ἁμοὶ πόνοι τῆνον ἀπαλλαξαίατο μόχθοι.
Οὐδ᾽ εἰ χειμαίνοντος ἄδαν Ἕβροιο πίοιμι,
Ἢ νίφα Σιθονίαν ὀλερῷ χειμῶνος ἀέργιμαν.
Οὐδ᾽ ὁκόταν φλοιὸς πτελέας αὐαίνεται ἀδρᾶς
Αἰθιόπων ἀγέλας ὑπὸ καρκίνῳ ἀμφινέμοιμι.
Παντὸς ἔρως κρατέει· χ᾽ ἁμὲς εἴκωμες ἔρωτι.

Ταῦτα θεαὶ σφέτερον μέλψαι ἀρκεῖται ἀοιδόν.
Μέσφα καθεσδόμενος τάλαρον πλέκει ἐκ μαλαχάων.
Πιερίδες, καὶ ὔμμες τόδε μεγαλύνετε Γάλλῳ,
Γάλλῳ, τῷ πόθος ἄμμιν ἀέξεται αἰὲν ἐφ᾽ ὥρᾳ,
Χλωρὰ ὅσον κλῆθραι ἦρος νέον ἱσταμένοιο.
Ἀλλ᾽ ἄνα δή. σκιὰ ἔντι μελισδόντεσσιν ἐπαχθής.
Ἀρκεύθω σκιά τι βλαβερόν, σκιὰ λάϊον αὔει.

Σίτλω κορεσθεῖσαι, πάρα γὰρ νύξ, σίτλα χίμαιραι.

ΙΣΑΚΙΩ

# ἸΣΑΚΙῼ ΚΑΣΑΥΒΩΝΙῼ

τῷ πάνυ,

## ΔΑΝΙΗΛ ὁ ΕΙΝΣΙΟΣ.

Καὶ τούτων μὲν ἅλις, τὸ τοῦ λόγου, ὥσπερ τῆς δρυός. Τὸ λοιπὸν δ' εἶναι, εἰ μὲν ποικιλίαν καὶ δύναμιν ἐν τῷ γράφειν ἐπιδείξασθαι βουλόμενος, ἐπειδὴ ποιήσας τοῦτο, σοὶ ἔπεμπον Βλιτμαμας, Ἀφροδίτη φίλη, ἀτεχνῶς τις, καὶ ὑπὲρ τοὺς Ἱπποκράτους υἱεῖς ἀπειρόκαλος ἐγενόμην, καὶ εἴ τι ἄλλό που παχύδερμόν τε καὶ ὑῶδες παρὰ τοῖς πάλαι ἀνθρώποις ὂν λέληθε. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο μόνον τῆς βελτίστης ἐκείνης ἀπολαύσεσθαί μοι δοκῶ ποιήσεως, ὅτι ἀνδρὶ φίλῳ καὶ οἵῳ σοι, παρὰ πάντων λόγων εἶδος καὶ σοφίας τὰ πρῶτα ὄντι, ἐμαυτὸν ὑπεύθυνον καθιστάναι βουλόμενος, τὸ τῆς σῆς κρίσεως τὸ ἀκριβὲς ἐμπολήσομαι, δι' οἶμαι ἕξειν πᾶν πρᾶγμα. Κυριώτερον, εἰ τύχοι, τὸ μόνῳ σοι δόξαν ἡγούμενος, τοῦ ὑπὸ παντὸς τοῦ δήμου καὶ τῶν βουλῶν ἐψηφισμένου τῶν ἀμφοτέρων. Γελοῖον οὖν (οὐ γάρ;) Ἱππονικόν τινα, ἢ καὶ Καλλίαν, μὰ Δία, ἢ Ἀλκιβιάδην ἐν Ἀθήναις παρὰ τῶν νόμων ψηφοφορεῖν δίκαιον εἶναι· σὲ δὲ πρὸς τὰ ἄκρα τῶν τοιούτων ἐληλακότα, καὶ οὐδενὶ τῶν προτέρων παραχωρήσαντα, παιδείας ἕνεκα καὶ ἀρετῆς, μετ' Μεγαρέων, φασὶν, οὐδὲ ἐν λόγῳ γενέσθαι, οὐδὲ ἐν ἀριθμῷ. Τοῖς μὲν πολλοῖς οὖν ὅτι καὶ φίλον δοκεῖτω. ἐγὼ δὲ σοι πολλῶν εὐεργεσιῶν μικράν τινα ἀπομνημονεύσας χάριν, μηδὲ μεγάλην γοῦν μηδὲ ἀπὸ θυμοῦ σοι οὖσαν, μόνῳ τούτῳ ἀρεσκόμενος, παντὸς

ἐμαυτῷ ἀγαθοῦ τιμησαίμην. Ἔρρωσο τὸ μέγα τῆς Ἑλλάδος περίβλημα, καὶ οὕτω γίνωσκε, ὡς οὐδὲ παυσαμένου μου τῆς παρά σου εὐνοίας καὶ φιλίας ἀντέχεσθαι, καὶ πολλὰ τούτου ἕνεκα πράγματα παρεχομένου, εἰ καὶ ὅλης ῥαψῳδιῶν ἁμάξης ἐνδέοιτο.



IDYLLIA

# IDYLLIA ALIQVOT THEOCRITI

## Latine reddita,

*ut versus versui respondeat,*

A

## DANIELE HEINSIO.

## THYRSIS siue IDYLLIVM I.



*Sibilus hic dulcis, Caprarie, fontis ad undas*
*Quo pinus strepit illa: sed & tu dulcia pangis*
*Carmina. post Faunum tibi proxima munera cedent.*
*Si ferat ille hircum, veniet tibi capra canendo:*
*Sin capram ferat ille, ad te fluet alba capella:*
*Et caro primaeua, dum mulges, grata capella est.*

CAPRARIVS.

*Dulcior, o Pastor, vox est tua,, quam leuis vnda,*
*Quæ trepidans saxo sese diffundit ab illo.*
*Si placidis ducatur ouis pro munere Musis;*
*Agnus erit tibi munus: at illis si venit agnus*
*Gratum munus; ouem tu contra munus habebis.*

THYRSIS.

*Vis age, per Nymphas, Caprarie, dulce recumbens,*
*Hic qua collis abit decliuis, quaque myrica*
*Ludere? ego nostras deducam pascere capras.*

CAPRARIVS.

*Non equidem fas est media de luce, Bubulce,*
*Ludere: nam Faunum metuo, qui fessus in herba*
*Venandi studio requiescit, & asper habetur:*

*Et grauis illius sub naribus aestuat ira.*
*Quin tu, Thyrsi, tuos iam Daphnidis incipe luctus,*
*Bucolicae qui iam penetrasti culmina musae:*
*Hanc vlmum subeamus, vbi sacer ille Priapus*
*Eminet aduersum, fontanaque numina, sedes*
*Hic vbi pastorum quercusque est. Sin mihi cantes*
*Vt Libycum quondam contra Chromin tre solebas;*
*Ter mulgenda tibi dabitur, pro munere, capra,*
*Quae geminos hædos, totidem mulctralia complet.*
*Praeterea, cera sinus circumlitus alba:*
*Ansatus, nouus est: tornum redolere putares.*
*Cui faciles cingunt hederae sua labra superne,*
*Inter helichrysum diffusa leniter: illhinc*
*Capreolus flauo lasciuit molliter auro.*
*Faeminea est intus diuina elucet imago,*
*Reticulo, peploque comas innexa, virique*
*Hinc gemina atque illhinc facies, ornata capillos,*
*Vocibus altercat. Nihil his tamen illa mouetur,*
*Sed modo subridens hunc leni respicit ore,*
*Alterius vultum nunc aspicit: hic tamen atque hic*
*Multa mouens frustra vanis conatibus instat.*
*Hæc inter senior piscator, petraque facta est*
*Aspera, qua totas iaculum dimittit in vndas*
*Multa laboranti similis, vis cana magistri.*
*Piscari totis iurares viribus illum:*
*Sic collum trepida percurrunt vndique vena,*
*Et, senij quamuis, vis non indigna iuuenta est.*
*Haud procul hinc, qua se senior piscator agebat,*
*Area purpureis pulchrè circundatur vuis:*
*Quam puer exiguus residens custodit in horti*
*Sepibus: hunc circum vulpecula bina; racemos*
*Altera percurrens depascitur, altera furtim*
*Insidias pera intendit: nec sistere certa est,*
*Ni prius in sicco puerum deponat inanem.*
*At puer e culmo locustis vincula nectit,*
*Et lenibus iuncis: nec tantum pectora pera*
*Vuaque sollicitat, quantum se torquet in arte.*
*Pocula sed mollis circum se fundit acanthus:*
*Diuinum Calydonis opus, mirabile visu.*

*Illius Ætola precium duo munera nautæ*
*Exposui; capramque & panem e lacte coactum.*
*Nec tamen admoui labris, sed condita seruo*
*Puraque: quo pulchro donabere munere nobis:*
*Himercæ rursus si cantes carmina musæ.*
*Nec tamen inuideo: perge o bone; nam neque tecum*
*Mortuus oblito seruabis carmen in orco.*

THYRSIS.

*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Thyrsis ab Ætna hic est; hac Thyrsidis inclyta vox est.*
*Quæ regio, quæ vos tenuit pereunte, Camenæ,*
*Daphnide? Penei saltus? an culmina Pindi?*
*Non fluuij lapsus certè tenuistis Anapi,*
*Non Ætnæ speculam, non sacras Acidis vndas.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Illum thos, illum turba fleuère luporum,*
*Saltibus in nostris illum fleuère leones,*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Illius ante pedes multi taurique bouesque,*
*Et vituli multi, multæ fleuère iuuencæ.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Mercurius primus de montibus aduenit, & te,*
*Daphni, quis, inquit, habet? quem tantum, o noster, amasti?*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Pastor & opilio venit: venère bubulci.*
*Omnes, quid ferat ille, rogant: venit ipse Priapus,*
*Et te, Daphni, quid, inquit, agit mala cura? puella*
*Per varios fontes pedibus per deuia fertur.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Vocibus his: Leuis ab Daphni es, nimiumque vagaris:*
*Olim pastor eras, at nunc Caprarius audis.*
*Cum subigi capras Caprarius aspicit vsquam,*
*Lumine patranti fieri iam postulat hircus;*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Tu quoties cernis placidam ridere puellam,*
*Lumine patranti choreas deducere gestis.*
*His nihil infelix respondet Pastor, at ignem*

*Pergit,*

*Pergit, & ipse suas ad finem ducere Parcas.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Venit & arridens facili Cythereïa vultu,*
*Leniter arridens, grauidam compescuit iram,*
*Atque ait: en saui dixti fore victor Amoris,*
*Nunc te Daphni tamen saui vis flectit Amoris.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Huic iterum Daphnis respondet: ferrea Cypri,*
*Cypri ab saua nimis, Cypri ab mortalibus hostis.*
*Nam mihi sol, inquis, nunc occidit omnis, eritque*
*Post obitum Daphnis miserabile nomen amoris.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Quà Venerem fertur pastor, pete protinus Idam*
*Rursus, & Anchisen: illhic quercusque cypressique,*
*Et placide circum resonant examina cellas.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Est & pulcher Adonis; oues nam pascit in herba,*
*Et leporesque, ferasque alias impunè lacessit.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Perge iterum contra Tydiden, ferrea perge:*
*Et Daphnin supero, dic, at tu dirige mecum.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*O thoësque, lupique, o saua in montibus vrsa,*
*Viuite: vester ego Daphnis, per deuia nunquam*
*Amplius, aut rupes ferar antraque: viue Arethusa,*
*Et fluuij pulchras qui Thymbridis itis in vndas.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Daphnis ego miser ille, boues qui duxit in herbas,*
*Daphnis ego miser ille, boues qui duxit ad vndas.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*O Pan, Pan, seu tu per culmina sacra Lycai*
*Siue tuum gressus fers Manalon, aspice terram*
*Sicelin, atque Helices fuge culmina: linque sepulchrum*
*Dulce Lycaonidæ, magnis venerabile Diuis.*
*Desine Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Rex ades, & pulchrè compactam suscipe auenam:*
*Quam cera iunxère leues, aptamque labello.*
*Nam me sauus amor crudelem ducit ad orcum.*
*Desine Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*

Nune

*Nunc violas reddat rubus ipsa, ferat is acanthi,*
*Iuniperi sese narcissus floribus ornet:*
*Omnia mutentur, pyraque educet aspera pinus.*
*Daphnide nunc abeunte canes inuadite cerui,*
*Monte vlulæ certent Philomelam vincere cantu.*
*Desine Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Hæc simul effatus defecit, eumque Dione*
*Tollere conata est: sed stamina cuncta vetabant*
*Parcarum: Styga Daphnis adit, feraque obruit vnda*
*Musis dulce caput, nec Nymphis dulcibus hostem.*
*Desine Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Tuque age da capram, cyathumque, vt lacte camenis*
*Continuo faciam. Vos viuite sæpè Camenæ,*
*Viuite: ego vobis post hæc mage grata sonabo.*

CAPRARIVS.

*Plenum Thyrsi tibi dulce os sit melle, fauisque*
*Plenum sæpe tibi, quamque Ægilus arida nutrit*
*Carica: nam blandam superat tua Musa cicadam.*
*En sinum tibi munus habe: quo spirat odore*
*Fontibus Horarum lotum iurabis in ipsis.*
*Huc age Cissæthe: iam mulge hanc, vosque capellæ*
*Sistite: ne vobis insultent cornibus hirci.*

## THALYSIA.

T*Empus erat quondam, mecum Eucritus ibat Halenta,*
*Mœnibus egrediens, & tertius ibat Amyntas:*
*Nam Cereri sua sacra simul Phrasidemus agebat*
*Antigenesque meus, duo pignora casta Lycorei,*
*Delitia Coûm antiquæ, Clutiaque vetustæ,*
*Et pede Burinam Chalco qui ruperat vndam,*
*Innixus petræ genibus: circum vndique fontem*
*Populus, & densis vlmus concluserat vmbris,*
*Frondibus hinc illhinc tremulis superimpendentes.*
*Vix medium processit iter, nondumque sepulchrum*
*Antiqui Brasilæ comparet, & ecce, viator*
*Creticus huc sese Musis dilectus agebat:*

*Nomen*

*Nomen ei Lycidas, caprarum pastor, eumque*
*Quilibet agnôsset, facie testante laborem:*
*Namque humeros hirsuta viri circundabat hirci*
*Lana, nouo spirans commissa coagula lacte,*
*Pectoraque hinc illhinc lacero deformia peplo*
*Circumcinctus erat, ramumque agrestis oliuæ*
*Dextera gestabat: tenui simul incipit ore,*
*Luminibus placidis, versoque ad gaudia vultu:*
*Simichida quonam media de luce vagare?*
*Sepibus occultæ cum se fudere lacertæ,*
*Nec tumulis gaudens summis prosultat alauda?*
*Anne epulas iussus petis? aut e ciuibus vlli*
*Vina volans calcas? ita te properante per agros*
*Ad soleas omnis resono lapis assilit ictu.*
*Huic ego sic contra: Lycida bone, quicquid vbique est,*
*Præcipuum vatem te prædicat, inque bubulcis*
*Messorumque choro, quo nos gaudere fatemur.*
*Interea sed enim nec me tibi cedere fas est.*
*En sacrum properamus iter, nam cætera turba*
*Debita frugiferæ peragunt solemnia diuæ,*
*Primitias dulces: namque illis diuite cornu*
*Ardua fæcundæ distendunt horrea messes.*
*Verum age, commune hoc iter est, communia festa,*
*Incipe: defesso succurret forsitan alter.*
*Certè ego Musarum dulce os sum, me quoque dicunt*
*Eximium vatem, sed non ego credulus vlli,*
*Non ego, non vnquam. nec adhuc me iudice vincam*
*Sicelidem contra Samium, doctumque Philetam*
*Voce: sed argutis veluti sum rana cicadis.*
*Sic ego, sic contra subridens protinus infit:*
*Hanc clauam tibi munus habe, te namque pudicum*
*Germen, & ad verum penitus natura creauit.*
*Vt mihi nec curæ faber est, qui voce penates*
*Montibus immensis æquauerit Oromedontis;*
*Pieridumque ales, Chium quicunque canendo*
*Sustinet aduersum frustra, nimiumque laborat.*
*Verum age, Bucolicas ordire ex ordine Musas.*
*Simichida, primumque, o optime, percipe, si non*
*Displiceat, verno natum mihi tempore carmen.*

Ageanasta

*Ageanacta leuis Mitylenen deferat aura,*
*Horrida seu seris Notus æquora torquet ab hædis,*
*Siue pedem sæuis Orion sistit in undis.*
*Sin Lycidæ duro percussum pectus amore*
*Expediat (duro namque illius uror amore)*
*Halcyones sternent freta salsa, vndamque minacem,*
*Atque Notumque Eurumque, extremas qui quatit algas,*
*Halcyones, glaucis non vltima cura Deabus*
*Alituum, quascunque suis mare nutrit in vndis,*
*Omnia fausta tibi Mitylenen blande petenti*
*Ageanax veniant, tutumque illabere portum.*
*Scilicet hac ego luce, rosæque & mollis anethi,*
*Aut violæ puris euinctus tempora sertis,*
*Dulce merum ducam Ptelea e crateribus altis,*
*Ante focos, aliquisque fabam torrebit in igne,*
*Et thorus æqualis cubito sternetur in altum*
*Asphodelo, cnyzaque, apiique vndante capillo.*
*Poculaque instituam placidè memor Ageanactis*
*Ad cyathos, facique infigam molliter ora.*
*Pastores ludent gemini, quorum alter Acharneus,*
*Ille Lycopitas: his carmina Tityrus addet.*
*Hospitis vt blanda perculsus Daphnis amore,*
*Montibus errarit, lucusque vt fleuerit illum,*
*Himericæ qua se protendunt flumina ripæ:*
*Cum miser immensum, velut nix, fluxit ad Hæmum,*
*Aut Atho, aut Rhodopen, aut quà se Caucasus abdit.*
*His accedet, uti caprarum pastor in arca*
*Delituit, sæuam domini crudelis ob iram;*
*Vtque illum placidis aluerunt floribus olim*
*Mellificæ volucres, subeuntes vndique cedrum:*
*Nectare namque olli felix os Musa rigarat.*
*O terfauste Comata, tibi fuit illa voluptas,*
*Tuque arca conclusus eras, placidique potitus*
*Nectaris, æstiuum produxti molliter annum.*
*O utinam tibi vita meo superesset in æuo!*
*Næ tibi ego dulces versarem in monte capellas*
*Verbaque sublegerem: tu sub pinuque vel vlmo*
*Carmina blanda canens recubares dię Comata.*
*Sic Lycidas fatus, nihil addidit: hunc ego contra*

Sic

Φαμὶ δ᾽ ἐνὶ ξυλόχοισιν ἐνὶ σπελέεσσί τε θηρῶν
Ῥᾷον ἄγειν ἀπαλοῖσι δ᾽ ἔρως γεγράψεται οὑμὸς
Δένδρεσιν· ἀλδήσει τὰ δ᾽ ἀεί, ἅμα δ᾽ ὔμμ᾽ ὦ ἔρωτες.
Σὺν δὲ τέως Νύμφαις μέγα Μαίναλον ἀμφιπολάσω,
Ἢ καὶ μοῦ φλογέοντα διώξομαι· οὔ με κωλύσει
Παρθένιον κρύος ὀξὺ κυσὶν περιλαμβάνειν ἄλσος.
Ἤδη ἀνὰ κρημνοὺς δοκέω, καὶ ἐρίβρομος ὕλας
Βασκέμεναι, Πάρθῳ δὲ βιῷ προϊάλλειν ὀϊστὸν
Κνώσσιον· ὥς κεν ἐμᾶς τοῦδ᾽ ἔοι γλυκὺ θέλκτρον ἀνίας,
Καὶ θεὸς ὅς γε κακοῖσιν ἱλάσκοιτο βροτέοισιν.
Ἀψ ἄρ᾽ Ἀμαδρυάδες θυμῷ ἄπο, πᾶν δὲ μέλισμα
Ἄμμι πέλει· αὐτὰ πάλιν ἐρρέτω ἐρρέτω ὕλα.
Οὐχ᾽ ἁμοὶ πόνοι τῆνον ἀπαλλάξαιτο μόχθοι.
Οὐδ᾽ εἰ χειμαίνοντος ἄδαν Ἕβροιο πίοιμι,
Ἢ νίφα Σιθονίαν διερῶ χειμῶνος ἀεθίμαν.
Οὐδ᾽ ὁκόταν φλοιὸς πτελέας αὐαίνεται ἄκρας
Αἰθιόπων ἀγέλας ὑπὸ καρκίνῳ ἀμφινέμοιμι.
Παντὸς ἔρως κρατεῖ· χ᾽ ἁμὲς εἴκωμες ἔρωτι.
Ταῦτα θεαὶ σφέτερον μέλψαι ἀρκείτω ἀοιδόν.
Μέσφα καθεσδόμενος τάλαρον πλέκε ἐκ μαλαχάων.
Πιερίδες, καὶ ὔμμες τόδε μεγαλύνετε Γάλλῳ,
Γάλλῳ, τῶ πόθος ἄμμιν ἀέξεται αἰὲν ἐφ᾽ ὥρᾳ,
Χλωρὰ ὅσσον κλᾶθρα ἦρος νέον ἱσταμένοιο.
Ἀλλ᾽ ἄνα δή. σκιὰ ἔντι μελισδόντεσσιν ἐπαχθής.
Ἀρκεύθω σκιά τι βλαβερόν, σκιὰ λάϊον αὔει.
Σίτλα κορεσθεῖσαι, ποτὶ γὰρ νύξ, σίτλα χίμαιραι.

ΙΣΑΚΙΩ

# ΙΣΑΚΙΩι ΚΑΣΑΥΒΩΝΙΩι
τῷ πάνυ,
## ΔΑΝΙΗΛ ὁ ΕΙΝΣΙΟΣ.

Καὶ τούτων μὲν ἅλις, τὸ τοῦ λόγου, ὥσπερ τῆς δρυός. Τὸ λοιπὸν δ' εἶναι, εἰ μὲν ποικιλίαν καὶ δύναμιν ἐν τῷ γράφειν ἐπιδείξασθαι βουλόμενος, ἔπειτα ποιήσας ταῦτα, σοὶ ἔπεμπον Βλιτομάμμας, Ἀφροδίτη φίλη, ἀτεχνῶς τις, καὶ ὑπὲρ τοὺς Ἱπποκράτους υἱεῖς ἀπειρόκαλος ἐγενόμην, καὶ εἴ τι ἄλλο τοῦ παχύδερμόν τε καὶ ὑῶδες παρὰ τοῖς πάλαι ἀνθρώποις ὂν λέληθε. Ἐπεὶ δὲ τούτου μόνον τῆς βελτίστης ἐκείνης ἀπολαύσεσθαί μοι δοκῶ ποιήσεως, ὅτι ἀνδρὶ φίλῳ καὶ οἵῳ σοι, παρὰ πᾶν λόγων εἶδος καὶ σοφίας τὸ πρῶτον ὄντι, ἐμαυτὸν ὑπεύθυνον καθιστάναι βουλόμενος, τὸ τῆς σῆς κρίσεως τὸ ἀκριβὲς ἐμπολήσομαι, οὗ οἶμαι ἔξειν πᾶν πρᾶγμα. Κυριώτερον, εἰ τύχοι, τὸ μόνῳ σοι δόξαν ἡγούμενος, τοῦ ὑπὸ παντὸς τοῦ δήμου καὶ τῶν βουλῶν ἐψηφισμένου τῶν ἀμφοτέρων. Γελοῖον οὖν (οὐ γάρ;) Ἱππόνικόν τινα, ἢ καὶ Καλλίαν, μὰ Δία, ἢ Ἀλκιβιάδην ἐν Ἀθήναις παρὰ τῶν νόμων ψηφοφορεῖν δίκαιον εἶναι· σὲ δὲ πρὸς τὰ ἄκρα τῶν τοιούτων ἐληλακότα, καὶ οὐδενὶ τῶν προτέρων παραχωρήσαντα, παιδείας ἕνεκα καὶ ἀρετῆς, μετὰ Μεγαρέων, φασὶν, οὐδὲ ἐν λόγῳ γενέσθαι, οὐδὲ ἐν ἀριθμῷ. Τοῖς μὲν πολλοῖς οὖν ὅτι καὶ φίλον δοκεῖ τω. ἐγὼ δέ σοι πολλῶν εὐεργεσιῶν μικράν τινα ἀπομνημονεύσας χάριν, μηδὲ μεγάλην γοῦν μηδὲ ἀπὸ θυμοῦ σοι οὖσαν, μόνῳ τούτῳ ἀρεσκόμενος, παντὸς

ἐμαυτῷ ἀγαθοῦ τιμησαίμην. Ἔῤῥωσο τὸ μέγα τῆς Ἑλλάδος προβλῆμα, καὶ οὕτω γίνωσκε, ὡς οὐδὲ παυσαμένου μου τῆς παρὰ σοῦ εὐνοίας καὶ φιλίας ἀντέχεσθαι, καὶ πολλὰ τούτου ἕνεκα πράγματα παρεξομένου, εἰ καὶ ὅλης ῥαψῳδιῶν ἁμάξης ἐνδέοιτο.



IDYLLIA

# IDYLLIA ALIQVOT THEOCRITI
Latine reddita,

*vt versus versui respondeat,*

A

## DANIELE HEINSIO.

## THYRSIS siue IDYLLIVM I.



*Sibilus hic dulcis, Caprarie, fontis ad undas*
*Quo pinus strepit illa: sed & tu dulcia pangis*
*Carmina, post Faunum tibi proxima munera cedent.*
*Si ferat ille hircum, veniet tibi capra canendo:*
*Sin capram ferat ille, ad te fluet alba capella:*
*Et caro primaua, dum mulges, grata capella est.*

CAPRARIVS.

*Dulcior, o Pastor, vox est tua,, quam leuis vnda,*
*Quæ trepidans saxo sese diffundit ab illo.*
*Si placidis ducatur ouis pro munere Musis;*
*Agnus erit tibi munus: at illis si venit agnus*
*Gratum munus; ouem tu contra munus habebis.*

THYRSIS.

*Vis age, per Nymphas, Caprarie, dulce recumbens,*
*Hic qua collis abit decliuis, quaque myrica*
*Ludere? ego nostras deducam pascere capras.*

CAPRARIVS.

*Non equidem fas est media de luce, Bubulce,*
*Ludere: nam Faunum metuo, qui fessus in herba*
*Venandi studio requiescit, & asper habetur:*

*Et grauis illius sub naribus æstuat ira.*
*Quin tu, Thyrsi, tuos iam Daphnidis incipe luctus,*
*Bucolicæ qui iam penetrasti culmina musæ:*
*Hanc vlmum subeamus, vbi sacer ille Priapus*
*Eminet aduersum, fontanaque numina; sedes*
*Hic vbi pastorum quercusque est. Sin mihi cantes*
*Vt Libycum quondam contra Chromin ire solebas;*
*Ter mulgenda tibi dabitur, pro munere, capra,*
*Quæ geminos hædos, totidem mulctralia complet.*
*Præterea, cera sinus circumlitus alba:*
*Ansatus, nouus est: tornum redolere putares.*
*Cui faciles cingunt hederæ sua labra superne,*
*Inter helichrysum diffusæ leniter: illhinc*
*Capreolus flauo lasciuit molliter auro.*
*Fæminea ast intus diuina elucet imago,*
*Reticulo, peploque comas innexa, viriquе*
*Hinc gemina atque illhinc facies, ornata capillos,*
*Vocibus altercat. Nihil his tamen illa mouetur,*
*Sed modo subridens hunc leni respicit ore,*
*Alterius vultum nunc aspicit: hic tamen atque hic*
*Multa mouens frustra vanis conatibus instat.*
*Hæc inter senior piscator, petraque facta est*
*Aspera, qua totas iaculum dimittit in vndas*
*Multa laboranti similis, vis cana magistri.*
*Piscari totis iurares viribus illum:*
*Sic collum trepida percurrunt vndique venæ,*
*Et, senij quamuis, vis non indigna iuuenta est.*
*Haud procul hinc, qua se senior piscator agebat,*
*Area purpureis pulchrè circundatur vuis:*
*Quam puer exiguus residens custodit in horti*
*Sepibus: hunc circum vulpecula bina; racemos*
*Altera percurrens depascitur, altera furtim*
*Insidias peræ intendit: nec sistere certa est,*
*Ni prius in sicco puerum deponat inanem.*
*At puer e culmo locustis vincula nectit,*
*Et lentibus iuncis: nec tantum pectora pera*
*Vuaque sollicitat, quantum se torquet in arte.*
*Pocula sed mollis circum se fundit acanthus:*
*Diuinum Calydonis opus, mirabile visu.*

*Illius*

*Illius Ætolo precium duo munera nautæ*
*Exposui, capramque & panem e lacte coactum.*
*Nec tamen admoui labris, sed condita seruo*
*Puraque: quo pulchro donabere munere nobis:*
*Himericæ rursus si cantes carmine musæ.*
*Nec tamen inuideo: perge o bone; nam neque tecum*
*Mortuus oblito seruabis carmen in orco.*

THYRSIS.

*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Thyrsis ab Ætna hic est; hæc Thyrsidis inclyta vox est.*
*Quæ regio, quæ vos tenuit pereunte, Camenæ,*
*Daphnide? Penei saltus? an culmina Pindi?*
*Non fluuij lapsus certè tenuistis Anapi,*
*Non Ætnæ speculam, non sacras Acidis vndas.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Illum thos, illum turba fleuère luporum,*
*Saltibus in nostris illum fleuère leones,*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Illius ante pedes multi taurique bouesque,*
*Et vituli multi, multa fleuère iuuenca.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Mercurius primus de montibus aduenit, & te,*
*Daphni, quis, inquit, habet? quem tantum, o noster, amasti?*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Pastor & opilio venit: venère bubulci.*
*Omnes, quid ferat ille, rogant: venit ipse Priapus,*
*Et te, Daphni, quid, inquit, agit mala cura? puella*
*Per varios fontes pedibus per deuia fertur.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Vocibus his: Leuis ah Daphni es, nimiumque vagaris:*
*Olim pastor eras, at nunc Caprarius audis.*
*Cum subigi capras Caprarius aspicit vsquam,*
*Lumine patranti fieri iam postulat hircus;*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Tu quoties cernis placidam ridere puellam,*
*Lumine patranti choreas deducere gestis.*
*His nihil infelix respondet Pastor, at ignem*

*Pergit,*

*Pergit, & ipse suas ad finem ducere Parcas.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Venit & arridens facili Cythereïa vultu,*
*Leniter arridens, grauidam compescuit iram,*
*Atque ait : en saui dixti fore victor Amoris,*
*Nunc te Daphni tamen saeui vis flectit Amoris.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Huic iterum Daphnis respondet : ferrea Cypri,*
*Cypri ab saua nimis, Cypri ab mortalibus hostis.*
*Nam mihi sol, inquis, nunc occidit omnis, eritque*
*Post obitum Daphnis miserabile nomen amoris.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Quà Venerem fertur pastor, pete protinus Idam*
*Rursus, & Anchisen: illhic quercusque cypressique,*
*Et placide circum resonant examina cellas.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Est & pulcher Adonis; oues nam pascit in herba,*
*Et leporesque, ferasque alias impunè lacessit.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Perge iterum contra Tydiden, ferrea perge:*
*Et Daphnin supero, dic, at tu dirige mecum.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*O thoësque, lupique, o saua in montibus vrsa,*
*Viuite: vester ego Daphnis, per deuia nunquam*
*Amplius, aut rupes ferar antraque: viue Arethusa,*
*Et fluuij pulchras qui Thymbridis itis in vndas.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Daphnis ego miser ille, boues qui duxit in herbas,*
*Daphnis ego miser ille, boues qui duxit ad vndas.*
*Incipe Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*O Pan, Pan, seu tu per culmina sacra Lycai*
*Siue tuum gressus fers Manalon, aspice tectam*
*Sicelin, atque Helices fuge culmina: linque sepulchrum*
*Dulce Lycaonida, magnis venerabile Diuis.*
*Desine Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Rex ades, & pulchrè compactam suscipe auenam:*
*Quam cera iunxère leues, aptamque labello.*
*Nam me sauus amor crudelem ducit ad orcum.*
*Desine Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*

*Nunc*

*Nunc violas reddat rubus ipsa, ferat is acanthi,*
*Iuniperi sese narcissus floribus ornet:*
*Omnia mutentur, pyraque educet aspera pinus.*
*Daphnide nunc abeunte canes inuadite cerui,*
*Monte vlulæ certent Philomelam vincere cantu.*
*Desine Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Hæc simul effatus defecit, eumque Dione*
*Tollere conata est: sed stamina cuncta vetabant*
*Parcarum: Styga Daphnis adit, feraque obruit vnda*
*Musis dulce caput, nec Nymphis dulcibus hostem.*
*Desine Bucolicas mecum, mea Musa, camenas.*
*Tuque age da capram, cyathumque, vt lacte camenis*
*Continuo faciam. Vos viuite sæpè Camenæ,*
*Viuite: ego vobis post hæc mage grata sonabo.*

CAPRARIVS.

*Plenum Thyrsi tibi dulce os sit melle, fauisque*
*Plenum sæpe tibi, quamque Ægilus arida nutrit*
*Carica: nam blandam superat tua Musa cicadam.*
*En sinum tibi munus habe: quo spirat odore*
*Fontibus Horarum lotum iurabis in ipsis.*
*Huc age Cissæthe: iam mulge hanc, vosque capellæ*
*Sistite: ne vobis insultent cornibus hirci.*

## THALYSIA.

*TEmpus erat quondam, mecum Eucritus ibat Halenta,*
*Mœnibus egrediens, & tertius ibat Amyntas:*
*Nam Cereri sua sacra simul Phrasidemus agebat*
*Antigenesque meus, duo pignora casta Lycorei,*
*Delitia Cœum antiquæ, Clutiæque vetustæ,*
*Et pede Burinam Chalco qui ruperat vndam,*
*Innixus petræ genibus: circum vndique fontem*
*Populus, & densis vlmus concluserat vmbris,*
*Frondibus hinc illhinc tremulis superimpendentes.*
*Vix medium processit iter, nondumque sepulchrum*
*Antiqui Brasilæ comparet, & ecce, viator*
*Creticus huc sese Musis dilectus agebat:*

*Nomen*

*Ageanacta leuis Mitylenen deferat aura,*
*Horrida seu feris Notus æquora torquet ab hædis,*
*Siue pacem fæuis Orion sistit in vndis.*
*Sin Lycidæ duro percussum pectus amore*
*Expediat ( duro namque illius vror amore)*
*Halcyones sternent freta salsa, vndamque minacem,*
*Atque Notumque Eurumque, extremas qui quatit algas.*
*Halcyones, glaucis non vltima cura Deabus*
*Alituum, quascunque suis mare nutrit in vndis.*
*Omnia fausta tibi Mitylenen blande petenti*
*Ageanax veniant, tutumque illabere portum.*
*Scilicet hac ego luce, rosæque & mollis anethi,*
*Aut violæ puris euinctus tempora sertis,*
*Dulce merum ducam Ptelea e crateribus altis,*
*Ante focos, aliquisque fabam torrebit in igne,*
*Et thorus æqualis cubito sternetur in altum*
*Asphodelo, cnyzaque, apijque vndante capillo.*
*Poculaque instituam placidè memor Ageanactis*
*Ad cyathos, facique infigam molliter ora.*
*Pastores ludent gemini, quorum alter Acharneus,*
*Ille Lycopitas: his carmina Tityrus addet.*
*Hospitis vt blandæ perculsus Daphnis amore,*
*Montibus errarit, lucusque vt fleuerit illum,*
*Himericæ qua se protendunt flumina ripæ:*
*Cum miser immensum, velut nix, fluxit ad Hæmum,*
*Aut Atho, aut Rhodopen, aut quà se Caucasus abdit.*
*His accedet, vti caprarum pastor in arca*
*Delituit, fæuam domini crudelis ob iram;*
*Vtque illum placidis aluerunt floribus olim*
*Mellificæ volucres, subeuntes vndique cedrum:*
*Nectare namque olli felix os Musa rigarat.*
*O ter faustè Comata, tibi fuit illa voluptas,*
*Tuque arca conclusus eras, placidique potitus*
*Nectaris, æstiuum produxti molliter annum.*
*O vtinam tibi vita meo superesset in æuo!*
*Ne tibi ego dulces versarem in mente capellas*
*Verbaque sublegerem: tu sub pinuque vel vlmo*
*Carmina blanda canens recubares diue Comata.*
*Sic Lycidas fatus, nihil addidit; hunc ego contra*

Sic

*Sic iterum aggressus: Lycida bone, plurima quondam*
*Nymphæ me docuere, vagus dum montibus erro,*
*Fama Iouis magnam quæ nunc euexit ad aulam.*
*Præcipuum tamen hoc, quo te, dulcissime, done*
*Carmine: tu blandis dilectus percipe Musis.*
*Simichidæ sternutat amor; namque ah miser ille*
*Tam perit in Myrto, quam ver est dulce capellis.*
*Quin & Aratus, ei placido qui iunctus amore est,*
*Igne calet pueri sub pectore, nouit Aristis,*
*Optimus autor Aristis ibi, quem dulce canentem*
*Rex cithara sacro non dedignatur in olmo,*
*Quas pueri flammas sub pectore gestet Aratus.*
*Hunc mihi Pan, Homoles qui culmina sacra tuetur,*
*Sponte sua dulces illius sistat in vlnas,*
*Siue Philinus erit, seu quis nouus ignis ab illo.*
*Hæc mihi si præstes, Pan optime, ne tibi rursus*
*Arcadici scillis pueri tergumque latusque*
*Sollicitent, præda si spes frustrarit opime.*
*Sin secus, insanis findaris corpora totus*
*Vnguibus, & duros vrticis carpe sopores:*
*Frigoribus medijs Edonum flumina lustres:*
*Ad fluuiumque Hebrum mediamque obuersus ad Arcton,*
*Vltimaque Æthiopum cum torrida sæuiet æstas,*
*Sub Blemyum petrâ, quà subtrahi tostia Nilus.*
*At vos Hyetidos vos missis Byblidos vndis*
*Qui colitis flaua sublimia tecta Diones,*
*O similes malis florentibus, agmen amorum,*
*Tangite festiui mihi tangite corda Philini,*
*Tangite: namque mei nil tangitur hospitis ignes.*
*Mollior ille pyro tamen est, clamantque puellæ:*
*Hei hei, blande Philine, tibi sic præterit ætas.*
*Ne vigila posthac ad limina, noster Arate,*
*Neue pedem referas: alijs dux luminis ales*
*Dulcia torpenti perfundat corpora somno.*
*Tuque Molon tali solus iactere palæstra:*
*Nobis blanda quies pectus perfundat, anusque*
*Despuat, & sacro quicquid nocet arceat ore.*
*Sic ego: at ille pedum subridens blandus, vt ante,*

*Obtulit:*

*Obtulit; audita precium munusque camenæ.*
*Nec mora, conuersus læua ad compendia, Puxas*
*Tendit iter, sed ego, sed & Eucritus, ad Phrasidemi*
*Pergimus, & formosus Amyntulus, inque profundis*
*Continuo iuncu procubuimur hinc atque illhinc,*
*Inque recens sectas demissi corpora vites:*
*Multaque demissum supra caput alludebat*
*Populus hic vlmusque, argenteaque insuper vnda*
*Nympharum gelido leuiter stillabat ab antro.*
*Interea, vmbrosis gaudentes sole cicadæ*
*Molliter in ramis strepitant: acredula nobis*
*Eminus in densis residens stridebat acanthis:*
*Cassidaque addebant & acanthides, & sua turtur,*
*Multaque apis sacram volitabat fontis ad vndam.*
*Omnia spirabant autumni pinguis honorem:*
*Nam pyra se pedibus, lateraque suauia mala*
*Largiter aduoluunt, prunisque onerata cacumen*
*Ardua summissi demittunt culmina rami,*
*Summaque quadrima soluuntur vincula testæ.*
*Nymphæ Castalides, Parnassi numina montis,*
*Taliane ante Pholi saxosum lætus ad antrum*
*Alcidæ senior libauit pocula Chiron?*
*Taliane antiquum pastorem propter Anapon,*
*Mittentem validis Polyphemum saxa carinis,*
*Ducere iusserunt lepidas per ouile choreas,*
*Qualia tum primum soluistis dolia, Nymphæ,*
*Frugiferæ ad Cereris sacraria? cuius aceruo*
*Figere sit vannum mihi rursus, & annuat ipsa*
*Diua, tenens vtraque papauera mixta maniplis.*

## BVCOLIASTÆ.

*Daphnidi formoso pascenti in gramine tauros*
*Dux ouium occurrit (sic fama) in monte Menalcas:*
*Rufus vterque, & vterque fuit florentibus annis,*
*Ludere vterque, & vterque fuit cantare peritus.*
*Ac prior hæc Daphnim compellat voce Menalcas.*

MENALCAS.

*Quin simul alterna certamus carmine, Daphni?*
*Non facilis, quotiesque lubet, mihi palma parata est.*
*Hunc iterum talis compellat carmine Daphnis.*

DAPHNIS.

*Lanigeræ pecudis dux, carmine docte Menalca,*
*Haud equidem cedam, nec si rumpare canendo.*

MENALCAS.

*Mens igitur certare tibi est? mens ponere pignus?*

DAPHNIS.

*Et certare mihi mens est, & ponere pignus.*

MENALCAS.

*Quod tamen hoc dignum fuerit certamine munus?*

DAPHNIS.

*Nos vitulum ferimus: similem tu matribus agnum.*

MENALCAS.

*Haud equidem, haud agnum: genitrix mihi dura paterque est,*
*Qui pecudes numerare solent, cum vespere, nostras.*

DAPHNIS.

*Quo tamen insignis decedet munere victor?*

MENALCAS.

*Vocibus est mihi pulchra nouem compacta cicuta.*
*Candida cera cui supra respondet & infra.*
*Hanc tibi deponam: nec patris munera tangam.*

DAPHNIS.

*Vocibus & mihi pulchra nouem compacta cicuta est,*
*Candida cera cui supra respondet & infra,*
*Nuper iuncta mihi: digito dolor eius adhæret*
*Huic, grauiter rupta calamus quem læsit auena.*
*At iudex quis noster erit, censorque camenæ?*

MENALCAS.

*Ille ciendus erit nobis Caprarius, ille*
*Cui canis errantes allatrat candidus hædos.*
*Dumque vocant pueri, Caprarius audijt illos;*
*Dumque canunt pueri, iudex Caprarius astat.*
*Ac prior hac insit sortitus voce Menalcas:*
*Excipit alternam Daphnis cum carmine Musam*
*Bucolicam: talique Menalcas incheat ore.*

ME.

MENALCAS.

*Fluminaque & diuæ valles, si fortè Menalcas*
*Vobis grata suo concinuit calamo,*
*Ex animo pascatis oues: sin Daphnis & ipsa*
*Cum vitulis veniat, nil minus ille ferat.*

DAPHNIS.

*Vos fontes dulcesque herbæ, si Daphnidis hæc vox*
*Cantibus est similis quos Philomela canit,*
*Pinguescant armenta mihi: sin forte Menalcas*
*Huc veniat, lætus prospera cuncta ferat.*

MENALCAS.

*Vndique ver dulce est, ager vndique, & vndique lacte*
*Vbera plena tument, & teneræ pecudes,*
*Quà se pulchra puella feret: sin rursus abibit,*
*Ipse ouium pastor aret, & omnis ager.*

DAPHNIS.

*Hic ouis, hic capra est geminorum mater, apesque*
*Alueolos implent, altaque quercus humum,*
*Dum Milon formosus adest: sin forte recedat,*
*Bos iterum, & siccus cum boue pastor erit.*

MENALCAS.

*Caprarum coniux, o hirce, immensaque silua,*
*Vosque hædi ad gelidas pergite fontis aquas.*
*Namque ibi noster agit. Miloni dicite: phocas*
*Ipse Deus Proteus pauerat ante suas.*

DAPHNIS.

*Ne mihi sit Pelopis terras aurique talenta*
*Cernere, nec vento cursibus esse parem;*
*Te modo complexus recubem hac sub rupe, & euntes*
*Aspiciam pecudes, & pelagus Siculum.*

MENALCAS.

*Tristis hyems siluis, & aquis, arero, putatur.*
*Et volucri laqueus, retiaque arcta feris:*
*Virginis at teneræ mihi flamma. o Iupiter, o rex,*
*Non ego sum solus: tu quoque amator eras.*
*Sic pueri alternis cecinerunt illa camenis:*
*Incipit extremam rursu musam exinde Menalcas.*

MENALCAS.

*Parce meis hadis: fatis, lupe, parce capellis;*
*Nec noceas, quia paruus ego tot millia pasco.*
*O Lampure canis, quidnam sopor altus habet te?*
*Cum puero pudor est pascenti ducere somnum.*
*Pergite oues, nec vos impleri gramine molli*
*Pœniteat, nec cura premat quando altera surgent;*
*Pascite, pascite vos, atque vbera tendite cuncta:*
*Altera pars calathis, pars altera restet vt agnis.*
*Sic iterum Daphnis vocali concinit ore.*

DAPHNIS.

*Viderat ex antro nuper me pulchra puella,*
*Cum vitulas agerem, & pulchrum me fortè vocauit:*
*Ast ego nec verbo respondi molliter vno,*
*Despiciens sed enim rursus vestigia fixi.*
*Vox vitulæ dulcis, dulcisque est halitus aura:*
*Dulce nimis mugit vitulus, vaccæque per herbam:*
*Est & dulce ad aquam salientem occumbere in æstu.*
*Glans decori quercu est, & malo dulcia poma;*
*Et vitulus vaccæ decus est, & vacca magistro.*
*Sic pueri cecinere, & sic Caprarius infit.*

CAPRARIVS

*Os tibi quam molle est, quam vox est lactea Daphni!*
*Dulce audire tuos, plus quam mel lingere, cantus.*
*Accipe: cantando calamum tibi victor habeto:*
*Me quoque si doceas pascentem in gramine capras,*
*Cornibus hanc cassam referam tibi dulce Mineruali;*
*Quæ niueo complet semper mulctralia lacte.*
*His puer exilijt, gauisus multa, sonumque*
*Edidit, vt blandam salit hinnulus ante parentem.*
*Multa dolens tristi summisit pectora luctu*
*Alter, vt ad primos infelix sponsa iugales.*
*Tempore ab hoc Daphnis pastorum primus habetur:*
*Et Nympham, primæuus adhuc, sibi Naida duxit.*

PASTOR

# PASTOR,

siue

# BVBVLCVS.

DAPHNIS, MENALCAS.

*Bucolicum cane Daphni: age carmina tu cane prima,*
*Carmina tu cane prima: sequetur & ipse Menalcas.*
*Et bobus vitulum, & sterilis submittite taurum:*
*Sic pascant armenta, suaque ferantur in herba,*
*A grege non diuulsa suo: tu carmina canta*
*Bucolica hinc, illhinc respondeat ipse Menalcas.*

DAPHNIS.

*Vox vitula dulcis: vacca vox dulcis habetur:*
*Fistula dulce sonat, pastorque, & vox mea dulcis:*
*Frigidulamque ad aquam thorus est mihi: velleraque illhic*
*Candida vaccarum suffudi, quæ mihi ventus,*
*Dum comarum mordent, scopulo coniecit ab alto.*
*Torridaque æstatis hic tantum frigora curo,*
*Quam patris præcepta sui, vel matris, amator.*
*Sic cecinit nobis Daphnis: sic deinde Menalcas.*

MENALCAS.

*Ætna, o nostra parens: domus his in vallibus antrum*
*Et caua petra mihi est: est & mihi, dulcia quicquid*
*Somnia noctis habent, tot oues pulchræque capellæ,*
*Quarum sub pedibus, sub vertice vellera fudi:*
*Ignibus in quernis stant viscera, siccaque fagus*
*Frigoribus medijs. Hic tantum frigora curo,*
*Proposita quam pulte, nuces edentulus ambit.*
*His subito applausi, munusque in tempore solui:*
*Dulce pedum tibi Daphni; patris produxerat illud*
*Sponte sua campus, cui nec labor æmulus esset:*
*Huic cochleæ testam cuius prius, intima, carnem,*
*Eripui, Icariæ comprensa in syrtibus vnda,*
*Quinque secans partes totidem: concha ille canebat:*
*Bucolica Musa nunc viuite, & hoc mihi, nostra*

*Quod cecini turba pastorum, pandite carmen:*
*Ne tibi post summæ succrescat pustula linguæ.*
*Formicis formica, cicadaque grata cicadæ est,*
*Accipitri accipiter; nobis sunt cura camenæ:*
*His mihi plena domus, superi, sit. nam neque somnus*
*Dulcior est fessis nec ver, apibusque, suaues,*
*Quam mihi sunt Musæ, flores: quos namque tuentur*
*Molliter, his sæua noceant non pocula Circes.*

## AÏTES.

ERGO ades alme puer, tres post noctesq; diesque?
*Ergo ades? at miseros lux vna absumit amantes.*
*Frigore ver quanto, prunoque rotatile malum*
*Dulcius est, & ouis proprio villosior agno:*
*Ter nupta quanto virguncula præstat amari,*
*Et vitulo levior volat hinnulus, ipsaque quantum*
*Gutture certantes superat Philomela volucres;*
*Nos tua, nos tantum præsentia: solis ab æstu*
*More viatorum cecidi sub tegmine fagi.*
*O vtinam nobis parilis vis spiret amoris,*
*Materiesque ipsis simus post fata camenis.*
*Atque aliquis, geminum, dicat, par vixit amantum:*
*Hic Lacedæmonijs Espnilus dictus in oris;*
*Alter erat tellus quem Thessala dicat Aiten:*
*Par illos afflauit amor. næ, Iupiter, illhic*
*Aurea turba fuit, cum quis redamauit amantem.*
*Hoc pater, hoc fiat, Saturnie, vosque Deorum*
*Fata, mihique aliquis vel in irremeabilis Orci*
*Faucibus, hoc multos post vitæ nunciet annos:*
*Ille tuus, tuus ille ignisque, & dulcis Aita,*
*Omnibus, ac iuuenum præsertim, viuit in ore.*
*Sed tamen hoc Diuis, sicut libet: exitus horum*
*Scilicet in vobis: sed ego te laudibus ornans*
*Nulla super tenui fundam mendacia naso:*
*Nam mihi si durus fueris, mox dulcia cuncta*
*Efficis, & blandi mensuram muneris exples*
*Remige, Nisæi Megarenses, findere Pontum*
*Inclyta gens, fausti sic viuite semper, vt olim*

*Atticus*

*Atticus a vobis cultus fuit ille Diocleus.*
*Semper ei circa tumulum puerilia certant*
*Agmina basiolis lepidam praeuertere palmam:*
*Tum qui mollius os sperato admouerit ori,*
*Floribus insignis teneram petit ille parentem.*
*Heu nimium felix, qui basia diuidit illa:*
*Os sibi, Dij, quoties Ganymeden postulat ante,*
*Indicis in morem lapidis: quo nescius olim*
*Aurifaber purum falso discriminat aurum.*

## HYLAS.

*Scilicet haud nobis tantum produxit Amorem*
*Niciade, cuicunque Deo fuit illa propago:*
*Non nobis formosa magis formosa videntur*
*Quos mors certa manet, nec mox ventura sequuntur.*
*Ipse sed Alcmenes inuicto pectore natus,*
*Cui leo succubuit, formosum exarsit ephebum.*
*Arsit Hylan, multis vestitum colla capillis.*
*Vtque pater cunctas puerum deduxit in artes,*
*Queîs placuit, primusque hominum peruenit in ora.*
*Nec seiunctus erat: medius seu ferueret aestus,*
*Seu Matuta suas e caelo ferret habenas:*
*Gensque auium nidum querulo circundaret ore,*
*Matre suas quatiente alas e culmine tigni.*
*Scilicet e votis puer vt formatus abiret,*
*Virtutemque animi maturos ferret in annos.*
*At postquam auratam Colchis auertere pellem*
*Aesonides, vnáque abijt delecta iuuentus,*
*Omnibus erumpens e moenibus, vtilis armis;*
*Venit & infractus opulentam venit Iolcon,*
*Alcmenae soboles Medeatidis heroinae.*
*Olli iunctus Hylas volucrem descendit in Argo,*
*Argo Cyaneis quae concurrentibus, Argo*
*Quae saxis elapsa vijs, in Phasidis ora*
*Constitit, vt Iouis ales, & omnes fixit euntes.*
*Mox vbi Pleïadum caelo se prodidit agmen*
*Vere nouo, primusque in pratis pascitur agnus;*
*Iam cursus meminêre sui delecta iuuentus*

Heroum,

*Heroum puppisque insusæ cubilibus, austro*
*Tres afflante dies, pontum delabitur Helles:*
*Sic portus petiere Propontidis, hic ubi sulcos*
*Rure Cianorum taurus deducit arator.*
*Littoraque inuadunt, epulasque ex ordine, serò*
*Instituunt, multique unum legêre cubile.*
*Planities diffusa thoris solamen habebat:*
*Caricis hic frondes: illhic secuere cypiri.*
*Ibat Hylas, formosus Hylas, cœnantibus undam*
*Ferret ut Alcidæ, Telamoniadæque parenti,*
*Quos mensa commune duos ius semper habebat,*
*Æratam amplectens urnam: fontemque sedenti*
*Conspicit in cliuo: quem circum molliter herba,*
*Ceruleumque chelidonium, lentumque adiantum,*
*Atque apium viuax, & tortum gramen habebat.*
*In medio Nymphæ choreas circumducebant,*
*Nympha peruigiles, Nympha gens dira colonis;*
*Euniche, Malisque, & ver imitata Nychea.*
*Iamque puer latam ripis admouerat urnam*
*Mersurus; subitoque inuadunt molliter omnes:*
*Namque omnes pueri Argiui teneram tentabat*
*Mentem dulcis amor: pronusque illabitur undæ,*
*Labitur: ut cum stella polo delapsa sereno*
*Labitur in pontum, nautisque exclamat amicus:*
*Iam pueri laxate pedes: stat carbasus austro.*
*Tum Nymphæ genibus puerum superimponentes*
*Leniebant tenera lachrymantem molliter ore.*
*At ferus Alcides pueri turbatus amore*
*Exiliit; Scythicéque incuruum sustulit arcum,*
*Clauaque, quæ semper, dextram compleuit euntis.*
*Ter clamauit Hylas, quantum ter gutture posset:*
*Ter respondit Hylas, puerique emergit ab unda*
*Vox tenuis: iuxtaque licet vix peruenit illhuc.*
*Ut leo villosus clamantem ubi percipit aliè*
*Hinnuleum fœtum, sæuus leo, montis ab antro*
*Egreditur, facilique leuem pede fertur in escam:*
*Sic ferus Alcides per deuia sentibus arua*
*In puerum rapitur, multamque effertur in oram.*
*Infelix quem torquet amor! quot pertulit erro*

*Culmina*

*Culminaque & saltus, animoque effluxit Iason.*
*At puppis procul antennas suspensa manebat:*
*Explicuitque alas media de nocte iuuentus,*
*Dum ruit Alcides. volat is quacunque viarum*
*Pes agit: insanus iecori deus insidet imo.*
*Sic formosus Hylas Diuorum cepit haberi.*
*At manus Alciden deserta puppis agebat,*
*Linquentem immensis transtratam sedibus Argo.*
*Ille pedes Colchosque & Phasidis attigit oram.*

## INFELIX AMATOR.

*MOllis amans quidam crudelem ardebat ephebum,*
*Eximium forma, sed morum dispare cultu.*
*Oderat ardentem: nec quicquam mite tenebat.*
*Quis Deus esset Amor, quam saeuos flecteret arcus*
*Nescius, & quantis torqueret pectora telis.*
*Omnia crudelis: sermonibus asper & ore.*
*Nullum ignis solamen erat: non blanda labelli*
*Purpura; non ictus oculorum, aut rubra genarum,*
*Verbaque: queque suas solantur basia curas.*
*Ut fera venantes e siluis torua tuetur,*
*Sic homini crudelis erat: crudelia labra,*
*Crudeles acies oculorum, & terror in ore.*
*Æquabat bilem facies: color omnis ab illo*
*Fugerat, irarum rabie: sed sic quoque multum*
*Pulcher erat. vultu magis irritabat amantem.*
*Non tulit infelix tandem fera damna Diones,*
*Sed veniens tristes lachrymas effudit ad ædes,*
*Osculaque infixit foribus. Sicque institit ore:*
*Saeue puer tristisque, leæ crudelis alumne,*
*Ferrea progenies, nostrique indigne furoris,*
*Restim sume meam, dona vltima & vltima, nec te*
*Amplius offendi patiar, sed protenus ibo*
*Quo tua me damnat feritas: vbi semita fertur*
*Qua miseris succurrit amantibus: hic vbi Lethe est.*
*Hanc quoque si toto mulgebo protenus ore,*
*Sic neque restinguam mea pectora. Iamque valere*

*His foribus mando, nec me latet exitus horum.*
*Et rosa formosa est: sed & illam tempora tangunt,*
*Et viola blanda est, sed primo vere senescit,*
*Et niueus lili flos est, sed dissitus aret,*
*Ipsaque nix alba est, sed vix concreta liquescit:*
*Et pueri flos dulcis, & hunc breuis occupat ætas.*
*Illud tempus erit, cum tu quoque tactus amabis,*
*Pectoraque ambustus, lachrymarum flumina fundes.*
*Nunc tamen hæc postrema mihi pro munere solue.*
*Cum miser egressus pendentem in limine cernes,*
*Inque tuis foribus, ne prater limina tende.*
*Siste pedem, plore sque aliquid, lachrymamque refundens*
*Restim deme mihi, positisque e corpore vela*
*Vestibus, inuoluasque, atque vltima basia solue.*
*Labraque defuncto iungas tua, neue timeto.*
*Non iterum viuam, si pronus ad oscula fias.*
*Et tumulum mihi conde, meum qui claudat amorem:*
*Terque, abeuns dic illa, Iacet dulcissime rerum.*
*Si libet, hoc quoque iunge: Perit mihi dulcis amator.*
*Hoc quoque carmen habe, quod paucis dulcibus addam:*
*SVStulit hunc crudelis Amor, ne perge viator:*
*Sed procul assistens, dic; sæuum ardebat amicum.*
*Sic fatus restim petijt, saxumque leuauit*
*Poste tenus muri medio, cui tenuia fila*
*Applicat, & tortis restim ceruicibus aptat.*
*Saxaque deuoluit pedibus, funusque pependit*
*Mortuus: ille fores mox vt patefecit, eumque*
*Limine conspexit medio, nec tristia flectit*
*Pectora, nec cædem lachrymat: sed funere ab ipso*
*Mollia suspendit velamina, seque palæstra*
*Apparat, & gratum loturus tendit ad amnem.*
*Accessitque Deum quem læserat: vtque sub vnda*
*Margine stabat Amor saxo formatus ab vno;*
*Exilit effigies, sæuumque oppressit ephebum.*
*Sanguinis exundant latices: voxque innatat amni:*
*QVISquis amaris ama: Deus omnia iudicat æque.*

# COMASTES,

*Ex Theocrito, versus versui redditus,*

Autore HVGONE GROTIO.

*Ibo meam visens Amaryllida, monte capellæ,*
*Monte vagæ pascunt, & agit mihi Tityrus illas.*
*Tityre, quo nullus potior mihi, pasce capellas,*
*Et potum pastas age Tityre, & inter agendum*
*Occursare capro, cornu ferit ille, caueto.*
*O Amarylli decens, quin hoc, vt nuper, ad antrum*
*Me transuersa tueris, amatoremque salutas?*
*An tibi nunc simus videor, promissaque longum*
*Est odio tibi barba? mori me denique coges.*
*Aurea mala decem tibi nunc, quæ carpta volebas*
*Arbore, carpta fero: cras altera rursus habebis.*
*Cerne quibus verser mœroribus: o mihi tantum*
*Si sit apem fieri, atque tuum penetrare sub antrum,*
*Per filicemque, hederamque, quibus redimita refulges!*
*Nunc scio quid sit Amor: grauis est Deus: ille leanæ*
*Vberibus nemorum propter querceta pependit;*
*Qui mihi nunc imis flagrans procul ossibus hæret.*
*Nigra supercilijs, gratum quæ Nympha tueris,*
*Tota lapis, circum me plectere, vt oscula sumas,*
*Oscula vana quidem, sed in his quoque multa voluptas.*
*Carpere me facies in centum frusta corollam:*
*Hanc Amarylli tibi seruo: nanque ipse plicaui*
*Errantes hederas, apijque frequentis odorem.*
*Hei mihi quanta miser patior mala! tu nihil audis?*
*Ibo tamen, saliamque istas, sine veste, sub vndas,*
*Olpis vbi longa piscatur arundine thymnos;*
*Et si non moriar, at te mala nostra iuuabunt.*
*Nuper enim, memini, signis rimabar amorem,*
*Infelix folium strepitus non edidit vllos,*
*Sponte sed in teneris positum mihi marcuit vlnis.*
*Sed nec anus cribro me vaticinata fefellit,*
*Cum legeret spicas, & diceret, omnis in illam*

*Perditus incumbis, quæ te fastidit amantem.*
*At tibi cum geminis seruatur capra capellis*
*Quas sibi fusca dari Memnonis Erithacis orat:*
*Et dabo: nam ludos faciunt tibi munera nostra.*
*En mihi nunc oculus dexter salit: an precor illam*
*Aspiciam? cantabo iacens sub tegmine pinus;*
*Fors erit, vt videat quoque me, nam ferrea non est.*
*Hippomenes fuluis rapidam Schœneida pomis*
*Distulit, & cursu celer institit: at bona virgo*
*Vt videt, vt periit, vt totam grauis occupat ardor,*
*Egit & ipse boues Amythaone natus ab Othry*
*In Pylon: at iacuit charum complexa Biantem*
*Pulcra futura parens laudabilis Alphesibœa.*
*Et formosus oues propter iuga pauit Adonis,*
*Quo succensa Venus traxit per membra furorem,*
*Mortuus a teneris nec secubat ille papillis.*
*Felix Iasion, felix sopor Endymionis;*
*His equidem inuideo, si vera, puella, fatebor:*
*Nam bona tanta dari credant qui posse profani?*
*Iam doleo caput: at nihil hoc tibi: carmina sistam:*
*Hic nunc exanimis collabar, & esca luporum;*
*Dulcius hoc omni credo tibi melle futurum.*

## HELENÆ EPITHALAMIVM.

*SIc apud Oebalidas, & flauicomum Menelaum*
*Crinibus aptantes Hyacinthi serta puellæ*
*Ante nouum lætas thalamum duxêre choreas,*
*Bis sena numero Spartanæ gloria pubis,*
*Cum minor Atrides, Helenæ post grata cupitæ*
*Fœdera, sopitus sera sub nocte iaceret.*
*Sic pariter iuncta pedibus per mutua nexis*
*Applausêre modis, quos omnis reddidit aula.*
*Stertere sic igitur solitum tibi mollis amator?*
*An quis es infirmus genibus nimis, inque soporem*
*Lubricus? an somno pariter, vinoque sepultus?*
*Si libuit dormire, prius dormire licebat.*
*At cum virginibus, cum cara matre, puella*
*Luderet in lucem: nanque est tibi propria coniunx,*

Totque

*Totque dies, mensesque tibi seruatur, & annos.*
*Sponse, tibi quis in hanc venienti sternuit vrbem,*
*Torque inter proceres felix dedit omen amoris?*
*Vnus semideûm poteris gener esse Tonanti:*
*Vna nata Iouis tecum sub veste tegetur,*
*Qualis nulla nurus inter spatiatur Achiuas.*
*Pignora magna dabit, referent si pignora matrem.*
*Nanque eadem nobis atas & more virili*
*Cursus ad Eurotan vnctis fuit omnibus idem:*
*Viginei nouies sumus aui flore puella,*
*Nec tamen est, Helena, qua sese conferat, vlla.*
*Vt micat orta dies Aurora lumine puro*
*Post tenebras, vt ver tepidum post frigora bruma,*
*Aurea non aliter nos inter Tyndaris extat,*
*Pinguior, & maior. Seges in flauentibus aruis,*
*Thessalus in curru sonipes, cupressus in hortis,*
*Tyndarus in tota Lacedamone pulcra renidet.*
*Nulla pot est qualo tantos variare labores:*
*Nulla puellarum radio subtemina ducis*
*Doctior ordiri stantes tibicine telas.*
*Nulla fidis pulsu melius Latoida cantat,*
*Pectoris aut multa mirandam mole Mineruam,*
*Quam tua, qua cunctis oculis includit amores.*
*Dulcis at o virgo, tu iam matrona vocaris:*
*Nos, vbi mane nouum, procul in viridantia prata*
*Ibimus, & carpemus olentes suaue corollas;*
*Multa tui memores Helene, ceu mollibus agni*
*Vbera lanigera sitiuntur turgida matris;*
*Nos nascentis humi; nos primæ, vincula loti*
*Nexa tibi gelida platani ponemus in vmbra.*
*Nos ex argento prima tibi flumen odoris,*
*Nos tibi sub gelida platani libabimus vmbra:*
*Vnde legi poßint, cortex tua scriptus habebit*
*Nomina: Me venerare, Helena sum nobilis arbor.*
*Gaudete o felix socero gener, & bona coniunx.*
*Det Latona precor, Latona puerpera vobis*
*Det sobolem: Cypris pariles, Dea Cypris, amores:*
*Iuppiter aternas det opes, det Iuppiter, olim*
*Nobilitas seros vt ditet auita nepotes.*

*Alter in alterius spirantes pectus amorem*
*Dormite, & memores mox surgite lucis Eoæ,*
*Nos quoque mane redimus, vbi ceruice comata*
*Lucis auis prima surgendi signa sonarit:*
*Hymen o Hymenæe fauens hoc fœdere gaude.*

## OARISTYS.

### DAPHNIS, NYMPHA.

*D. Pastor & ipse Helenam rapuit Paris: alter ab illo*
*Huic ego nunc Helena merui plus pastor amari.*
*N. Ne placeas Satyrisce tibi: nihil oscula prosunt,*
*D. Oscula nil prosunt: sed in his quoque magna voluptas.*
*N. Os quoque detergo: ne sola vel oscula restent.*
*D. Os quoque detergis? da rursus, vt oscula sumas.*
*N. Oscula virginibus cessa dare: quære iuuencas.*
*D. Ne nimium: pereunt vt somnia, sic perit ætas.*
*N. Vua manet, sit passa licet: rosa marcida durat.*
*D. Hic oleis succede tamen, quodque expedit audi.*
*N. Non libet: antiquas sermonum nouimus artes.*
*D. Hæc tibi siluestris cantabit auena sub vlmo.*
*N. Me nihil ista iuuant: te, si libet, afflice cantu.*
*D. Irritas Venerem virgo: vindicta parata est.*
*N. Alma Venus valeat: faueat modo Delia nobis.*
*D. Parcius: inijciet captæ tibi Cynthia casses.*
*N. Vt libet: inijciat; dum rursus Delia soluat.*
*Labra tibi pungam, nisi iam manus improba cesset.*
*D. Non tamen effugies. quem nulla effugit, amorem.*
*N. Effugiam, per Pana meum. quo, perfide, tendis?*
*D. Peiori vereor ne sis nuptura marito.*
*N. Multi me petiere proci, sed nemo placebat.*
*D. Vnus ego e multis tuus huc, pulcherrima, veni.*
*N. Et quid agam, si sunt connubia plena dolorum?*
*D. Non mala, non luctus: solas fert tæda choreas.*
*N. Fama refert nuptis metuendos esse maritos.*
*D. Verius est parere viros: quem nupta timeret?*

N. Horri-

*N. Horriferos partus, Lucinæ tela, tremisco.*
*D. Hæc eadem partus, quæ vos quoque, Delia curat.*
*N. Forma puerperio, meus est timor iste, peribit.*
*D. Si paries, paries dulces, noua gaudia, natos.*
*N. Si volo, quæ thalamis das dona iugalia nostris?*
*D. Ista tibi saltusque, gregemque & pascua dono.*
*N. Iura igitur, ne me viduam post fœdera linquas.*
*D. Non equidem, per Pana meum, licet ipsa fugares.*
*N. Ergo mihi thalamos struis, & struis atria, & ades?*
*D. Et thalami fient, & grex tibi pascitur iste.*
*N. Ast ego, quæ referam seniori verba parenti?*
*D. Audiat ipse meum fac, nomen, & ipse probabit.*
*N. Dic igitur: nam sæpe iuuat quoque nomen amantes.*
*D. Daphnis ego, Lycidâ natus patre, matre Nomæâ.*
*N. Non tibi sum dispar tam clara gente creato.*
*D. Nec certe prælata: pater tibi namque Menalcas.*
*N. Duc age me ad saltus, & textas vimine caulas.*
*D. Cerne meas primo vernantes flore cupressus.*
*N. Ite boues, dominumque boum sequor: ite capellæ.*
*D. Dum nemus hoc monstro dominæ, vos pascite tauri.*
*N. Quid facis hic intus Satyrisce? quid vbera palpas?*
*D. Has iuuat albentes primum tetigisse papillas.*
*N. Obtestor per Pana: manum iam tolle. fatisco.*
*D. Parce metu mea vita, nimis formidine peccas.*
*N. Quid me agis in foueam? niueos fœdabis amictus.*
*D. Sed paro molle tuis vellus subtexere peplis.*
*N. Ergo (quis hic furor est?) etiam mihi cingula soluis?*
*D. Hoc Paphiam primo placabo munere diuam.*
*N. Desine: nescio quis venit huc: sonus attigit aures.*
*D. Cupressus alijs aliæ tua fœdera narraut.*
*N. En etiam pallam laceras: ego nuda relinquor.*
*D. A me palla tibi donabitur altera maior.*
*N. Omnia promittis, nec tantum forte daturus.*
*D. O possem si cuncta, vel hanc impendere vitam!*
*N. Parce precor Diana: fidem tibi dicta fefelli.*
*D. Et bouem nos Veneri, & vitula faciemus Amori.*
*N. Fœmina facta Lares repeto quos virgo reliqui.*
*D. Fœmina, sed mater: nec, vt ante, puella, sed altrix.*
*Sic hilares illi, sic carmina læta susurro*

*Furtiuos suadente thoros alterna canebant:*
*Altera dum surgens pecudes pastura relictas,*
*Quamuis pectore lata pudentibus iret ocellis;*
*Et latus thalamis, armenta reuiseret alter.*

# EPIGRAMMATA THEOcriti Latine conuersa,

A

DANIELE HEINSIO,

ET

HVGONE GROTIO.

## EPIGRAMMA I.

cuius exordium est: Τὰ ῥόδα τὰ δροσόεντα.

*Serpillum densis folijs præsigne, rosasque*
*Rorantes diuis pono Nouensilibus.*
*Altricemam laurum, celebrat quã Delphica rupes,*
*Accipe sacratam Pythie Phœbe tibi.*
*At caper hic, qui nunc terebinthi brachia mordet*
*Vltima, mox aras imbuet ille tuas.* Hug. Grot.

## EPIGRAMMA II.

cuius exordium: Δάφνις ὁ λευκόχρως.

*Candidus hac Daphnis, molli qui lusit auena*
*Bucolicos hymnos, Pan, tibi deposuit:*
*Hos teretes calamos, iaculum, hinnuleamque, pedumque,*
*Et peram, qua tot dulcia mala tulit.* Dan. Hein.

EPI.

EPIGRAMMA III.

cuius exordium: Εὕδεις φυλλοστρῶτα πέδῳ Δάφνι.

*DVm vari in summis stant montibus, aquore campi*
*Frondibus instrato te sopor altus habet.*
*Daphni Pater, Faunus te captat, & ipse Priapus,*
*Tempora sub crocea cui titubant hedera,*
*Et iam succedunt antro simul: effuge Daphni,*
*Effuge, nec somno mergere, sed vigila.* H. G.

EPIGRAMMA IV.

cuius exordium: Τλῶαν τὰν λαύραν.

*QVo via per quercus, pastor, te ducet, imago est*
*Lignea, nuper adhuc, vt puto, ficus erat.*
*Monstrum informe, tripes, cum cortice, & auribus orbum:*
*In Venerem factum quod tamen inguen habet.*
*Simplice quod cingit structum pietate sacellum,*
*Et viret e saxo lapsa perennis aqua.*
*Lauribus & myrtis, & odorifera cupressu,*
*Quas circumplecti palmite vitis amat.*
*Illhic & tremulis mulcentes vocibus aures*
*Congeminant merula murmura, veris aues.*
*Flaua nec aduersum ramis Philomela dolores*
*Dulcisono cessat molliter ore queri.*
*Illhic ergo sede supplex, facilemque Priapum*
*Exora, ne me Daphnidis vrat amor.*
*Si datur hoc, præsens hœdi cruor imbuet aras;*
*Daphnide sin potiar, victima terna cadet.*
*Tunc capro faciemus, ouisque sub vbere fœta,*
*Et vitula: placeant sic mea vota Deo.* H. G.

EPIGRAMMA V.

cuius exordium· Ἄγις ποτὶ τᾶν Νυμφᾶν.

*VIs age per Nymphas gemina cantare cicuta*
*Dulce aliquid? blandos arripiens calamos*
*Incipiam musam simul ipse, simulque bubulcus*
*Daphnis ceratis ludet arundinibus.*
*Heic age post antrum quercus lateamus opacæ:*
*Qui tacet hic, somno Pan viduandus erit.* D.H.

EPIGRAMMA VI.

cuius exordium : Ἆ δείλαιε τὺ Θύρσι.

*AH ah Thyrsi miser, quid prodest lumina bina*
*Humidulis frustra tingere lachrymulis?*
*Capra abijt pulcher tibi fœtus: abiuit ad orcum:*
*Nam lupus hanc duris vnguibus impedijt.*
*Vana canes resonant; quid prodest? illius ossa*
*Vix superant raptæ, vix superant cineres.* Idem.

EPIGRAMMA VII.

cuius exordium est : Ἦλθε καὶ ἐς Μίλητον.

*VEnit & excelsam Mileton Paone natus,*
*Cum medico cupidus viuere posse viro*
*Niciade: hunc sacris semper colit ille, & odoram*
*Protemus e cedro condidit effigiem.*
*Maximaque, Eetion, artis tibi præmia soluit:*
*Teque ferunt totas applicuisse manus.* Idem.

EPI-

## EPITAPHIVM ORTHONIS VIII.

cuius principium: Ξεῖνε Συρηκόσι☉.

*Præcipit hoc Orthon Siculus: ne forte Viator*
*Ebrius hyberna tempore noctis eas:*
*Namque ego sic iaceo: pro puluere nempe paterno*
*Externa peregrè contumulatus humo.* Idem.

## ALIVD.

cuius exordium est: Ἄνθρωπε ζωῆς περιφείδεο.

*Ævo parce tuo, tempestiuusque, Viator,*
*Nauta, scias vitæ tempora pauca tuæ.* Idem.

## EPIGRAMMA X.

*In effigiem Musarum.*

cuius exordium: Ὑμῖν τοῦτο θεαί.

*Effigiem hanc vobis Xenocles, pia numina, Musæ,*
*Effigiem statuit esse Nouensilibus,*
*Musicus: haud aliter quis dixerit. hinc sibi nomen*
*Qui peperit, vestri quam memor ille fuit!* Idem.

EPIGRAMMA XI.

Epitaphium Eusthenis Physiognomonis.

cuius exordium: Εὐσθενέος τὸ μνᾶμα.

EVsthenei hic tumulus: mores dignoscere ab ore,
Eque oculis mentem cernere doctus erat.
Nunc pulchrè a socijs peregrè est peregrinus humatus:
Gratus ibi cunctis vatibus ille fuit.
Omnia quæ decuit peregre tulit ipse sophista:
Cui procul a patria turba propinqua fuit. Idem.

EPIGRAMMA XII.

In tripodem Baccho dedicatum nomine Demotelis.

cuius exordium: Δαμοτέλης ὁ χορηγός.

DEmoteles dux ille chori, tripodem tibi, Bacche,
Te quoque qui diuûm delicias posuit,
In cunctis medium tenuit: victorque chororum,
Qui modicum, qui fas cerneret, vnus erat. Idem.

EPIGRAMMA XIII.

In effigiem Vraniæ Veneris.

cuius exordium: Ἡ Κύπρις οὐ πάνδημος.

PVblica non isthæc Venus est: placare memento
Vranien, castæ munere Chrysogonæ
In thalamo Amphiclis, socij prolisque larisque.
Hic

*His facilis quouis tempore vita fuit*
*A te principium ducentibus, o Dea: nam qui*
*Maxima cumque colit numina, latus agit.*

EPIGRAMMA XIV.

## Epitaphium Eurymedontis.

cuius principium: Νήπιον ὑὸν ἔλειπες.

F*iliolum paruum liquisti: raptus & ipse*
*Vix iuuenis, nunc hic conderis Eurymedon.*
*Et tibi nunc sedes Heroum in sedibus: illum*
*Virtutis patriæ nomine, turba colet.* Idem.

EPIGRAMMA XV.

## In eundem.

cuius exordium est: Γνώσομαι εἴ τι νέμεις.

C*ognoscam an precium ponas virtutibus vllum:*
*An referat laudes improba turba pares.*
*Huic tumulo, dices, bene sit: namque Eurymedontis*
*Tam leniter sacrum contegit ille caput.* Idem.

EPIGRAMMA XVI.

## In Anacreontis statuam.

cuius exordium est: Θάσαι τὸν ἀνδριάντα τοῦτον.

I*Maginem, Viator, illam conspice,*
*Et dicas simul ac domum redibis,*
*Anacreontis Teij vidi caput.*

Si

*Perditus incumbis, quæ te fastidit amantem.*
*At tibi cum geminis seruatur capra capellis*
*Quas sibi fusca dari Memnonis Erithacis orat:*
*Et dabo: nam ludos faciunt tibi munera nostra.*
*En mihi nunc oculus dexter salit: an precor illam*
*Aspiciam? cantabo iacens sub tegmine pinus;*
*Fors erit, vt videat quoque me, nam ferrea non est.*
*Hippomenes fuluis rapidam Schœneida pomis*
*Distulit, & cursu celer institit: at bona virgo*
*Vt vidit, vt perit, vt totam grauis occupat ardor,*
*Egit & ipse boues Amythaone natus ab Othry*
*In Pylon: at iacuit charum complexa Biantem*
*Pulcra futura parens laudabilis Alphesibœa.*
*Et formosus oues propter iuga pauit Adonis,*
*Quo succensa Venus traxit per membra furorem,*
*Mortuus a teneris nec secubat ille papillis.*
*Felix Iasion; felix sopor Endymionis;*
*His equidem inuideo, si vera, puella, fatebor:*
*Nam bona tanta dari credant qui posse profani?*
*Iam doleo caput: at nihil hoc tibi: carmina sistam:*
*Hic nunc exanimis collabar, & esca luporum;*
*Dulcius hoc omni credo tibi melle futurum.*

## HELENÆ EPITHALAMIVM.

*SIc apud Oebalidas, & flauicomum Menelaum*
*Crinibus aptantes Hyacinthi serta puellæ*
*Ante nouum lætas thalamum duxêre choreas,*
*Bis sena numero Spartanæ gloria pubis,*
*Cum minor Atrides, Helena post grata cupita*
*Fœdera, sopitus sera sub nocte iaceret.*
*Sic pariter iunctâ pedibus per mutua nexis*
*Applausêre modis, quos omnis reddidit aula.*
*Stertere sic igitur solitum tibi mollis amator?*
*An quis es infirmus genibus nimis, inque soporem*
*Lubricus? an somno pariter, vinoque sepultus?*
*Si libuit dormire, prius dormire licebat.*
*At cum virginibus, cum cara matre, puella*
*Luderet in lucem: nanque est tibi propria coniunx,*

*Totque dies, mensesque tibi seruatur, & annos.*
*Sponse, tibi quisin hanc venienti sternuit urbem,*
*Totque inter proceres felix dedit omen amoris?*
*Unus semideûm poteris gener esse Tonanti:*
*Una nata Iouis tecum sub veste tegetur,*
*Qualis nulla nurus inter spatiatur Achiuas.*
*Pignora magna dabit, referent si pignora matrem.*
*Nanque eadem nobis ætas & more virili*
*Cursus ad Eurotan unctis fuit omnibus idem:*
*Virginei nouies sumus aui flore puellæ,*
*Nec tamen est, Helena, quæ sese conferat, vlla.*
*Vt micat orta dies Aurora lumine puro*
*Post tenebras, vt ver tepidum post frigera bruma,*
*Aurea non aliter nos inter Tyndaris exstat,*
*Pinguior, & maior. Seges in flauentibus aruis,*
*Thessalus in curru sonipes, cupressus in hortis,*
*Tyndaris in tota Lacedæmone pulcra renidet.*
*Nulla potest qualo tantos variare labores:*
*Nulla puellarum radio subtemina ducis*
*Doctior ordiri stantes tibicine telas.*
*Nulla fidis pulsu melius Latoida cantat,*
*Pectoris aut multa mirandam mole Mineruam,*
*Quam tua, quæ cunctis oculis includit amores.*
*Dulcis at o virgo, tu iam matrona vocaris:*
*Nos, vbi mane nouum, procul in viridantia prata*
*Ibimus, & carpemus olentes suaue corollas;*
*Multa tui memores Helene, ceu mollibus agnis*
*Vbera lanigeræ sitiuntur turgida matris;*
*Nos nascentis humi; nos primæ, vincula loti*
*Nexa tibi gelida platani ponemus in vmbra.*
*Nos ex argento prima tibi flumen odoris,*
*Nos tibi sub gelida platani libabimus vmbra:*
*Vnde legi possint, cortex tua scriptus habebit*
*Nomina: Me venerare, Helenæ sum nobilis arbor.*
*Gaudete o felix socero gener, & bona coniunx.*
*Det Latona precor, Latona puerpera vobis*
*Det sobolem: Cypris pariles, Dea Cypris, amores:*
*Iuppiter æternas det opes, det Iuppiter, olim*
*Nobilitas seros vt ditet auita nepotes.*

*Alter in alterius spirantes pectus amorem*
*Dormite, & memores mox surgite luce Eoa,*
*Nos quoque mane redimus, vbi ceruice comata*
*Lucis auis prima surgendi signa sonarit:*
*Hymen o Hymenæe fauens hoc fœdere gaude.*

## OARISTYS.

### DAPHNIS, NYMPHA.

D. P*Astor & ipse Helenam rapuit Paris: alter ab illo*
*Huic ego nunc Helenæ merui plus pastor amari.*
N. *Ne placeas Satyrisce tibi: nihil oscula prosunt,*
D. *Oscula nil prosunt: sed in his quoque magna voluptas.*
N. *Os quoque detergo: ne sola vel oscula restent.*
D. *Os quoque detergis? da rursus, vt oscula sumas.*
N. *Oscula virginibus cessa dare: quære iuuencas.*
D. *Ne nimium: pereunt vt somnia, sic perit ætas.*
N. *Vua manet, sit passa licet: rosa marcida durat.*
D. *Hic oleis succede tamen, quodque expedit audi.*
N. *Non libet: antiquas sermonum nouimus artes.*
D. *Hac tibi siluestris cantabit auena sub vlmo.*
N. *Me nihil ista iuuant: te, si libet, affice cantu.*
D. *Irritas Venerem virgo: vindicta parata est.*
N. *Alma Venus valeat: faueat modo Delia nobis.*
D. *Parcius: inijciet capta tibi Cynthia casses.*
N. *Vt libet: iniiciat; dum rursus Delia soluat.*
*Labra tibi pungam, nisi iam manus improba cesset.*
D. *Non tamen effugies. quem nulla effugit, amorem.*
N. *Effugiam, per Pana meum. quo, perfide, tendis?*
D. *Peiori vereor ne sis nuptura marito.*
N. *Multi me petiere proci, sed nemo placebat.*
D. *Vnus ego e multis tuus huc, pulcherrima, veni.*
N. *Et quid agam, si sunt connubia plena dolorum?*
D. *Non mala, non luctus: solas fert tæda choreas.*
N. *Fama refert nuptis metuendos esse maritos.*
D. *Verius est parere viros: quem nupta timeret?*

N. Horri-

N. Horriferos partus, Lucinæ tela, tremiſco.
D. Hæc eadem partus, quæ vos quoque, Delia curat.
N. Forma puerperio, meus eſt timor iſte, peribit.
D. Si paries, paries dulces, noua gaudia, natos.
N. Si volo, quæ thalamis das dona iugalia noſtris?
D. Iſta tibi ſaltumque, gregemque & paſcua dono.
N. Iura igitur, ne me viduam poſt fœdera linquas.
D. Non equidem, per Pana meum, licet ipſa fugares.
N. Ergo mihi thalamos ſtruis, & ſtruis atria, & ades?
D. Et thalami fient, & grex tibi paſcitur iſte.
N. Aſt ego, quæ referam ſeniori verba parenti?
D. Audiat ipſe meum fac, nomen, & ipſe probabit.
N. Dic igitur: nam ſæpe iuuat quoque nomen amantes.
D. Daphnis ego, Lycidâ natus patre, matre Nomaâ.
N. Non tibi ſum diſpar tam clara gente creato.
D. Nec certe prælata: pater tibi nanque Menalcas.
N. Duc age me ad ſaltus, & textas vimine caulas.
D. Cerne meas primo vernantes flore cupreſſus.
N. Ite boues, dominumque boum ſequor: ite capellæ.
D. Dum nemus hoc monſtro dominæ, vos paſcite tauri.
N. Quid facis hic intus Satyriſce? quid vbera palpas?
D. Has iuuat albentes primum tetigiſſe papillas.
N. Obteſtor per Pana: manum iam tolle. fatiſco.
D. Parce metu mea vita, nimis formidine peccas.
N. Quid me agis in foueam? niueos fœdabis amictus.
D. Sed paro molle tuis vellus ſubtexere peplis.
N. Ergo (quis hic furor eſt?) etiam mihi cingula ſoluis?
D. Hoc Paphiam primo placabo munere diuam.
N. Deſine: neſcio quis venit huc: ſonus attigit aures.
D. Cupreſſus aliis aliæ tua fœdera narrant.
N. En etiam pallam laceras: ego nuda relinquor.
D. A me palla tibi donabitur altera maior.
N. Omnia promittis, nec tantum forte daturus.
D. O poſſem ſi cuncta, vel hanc impendere vitam!
N. Parce precor Diana: fidem tibi dicta feſelli.
D. Et boue nos Veneri, & vitula faciemus Amori.
N. Fœmina facta Lares repeto quos virgo reliqui.
D. Fœmina, ſed mater: nec, vt ante, puella, ſed altrix.
Sic hilares illi, ſic carmina læta ſuſurro

*Furtiuos suadente thoros alterna canebant:*
*Altera dum surgens pecudes pastura relictas,*
*Quamuis pectore laeta pudentibus iret ocellis;*
*Et latus thalamis, armenta reuiseret alter.*

# EPIGRAMMATA THEOCRITI Latine conuersa,

A

DANIELE HEINSIO,

ET

HVGONE GROTIO.

## EPIGRAMMA I.

cuius exordium est: Τὰ ῥόδα τὰ δροσόεντα.

*SErpillum densis folijs praesigne, rosasque*
*Rorantes diuis pono Nouensilibus.*
*Alticomam laurum, celebrat quā Delphica rupes,*
*Accipe sacratam Pythie Phoebe tibi.*
*At caper hic, qui nunc terebinthi brachia mordet*
*Vltima, mox aras imbuet ille tuas.* Hug. Grot.

## EPIGRAMMA II.

cuius exordium: Δάφνις ὁ λευκόχροος.

*CAndidus haec Daphnis, molli qui lusit auena*
*Bucolicos hymnos, Pan, tibi deposuit:*
*Hos teretes calamos, iaculum, hinnuleamque,*
*pedumque,*
*Et peram, qua tot dulcia mala tulit.* Dan. Hein.

EPI.

## EPIGRAMMA III.

cuius exordium: Εὕδεις φυλλοστρῶτι πέδῳ Δάφνι.

*DVm vari in summis stant montibus, aquore campi.*
*Frondibus instrato te sopor altus habet.*
*Daphni Pater, Faunus te captat, & ipse Priapus,*
*Tempora sub crocea cui titubant hedera,*
*Et iam succedunt antro simul: effuge Daphni,*
*Effuge, nec somno mergere, sed vigila.* H. G.

## EPIGRAMMA IV.

cuius exordium: Τήναν τὰν λαύραν.

*QVo via per quercus, pastor, te ducet, imago est*
*Lignea, nuper adhuc, vt puto, ficus erat.*
*Monstrum informe, tripes, cum cortice, & auribus orbum:*
*In Venerem factum quod tamen inguen habet.*
*Simplice quod cingit structum pietate sacellum,*
*Et viret e saxo lapsa perennis aqua.*
*Lauribus & myrtis, & odorifera cupressu,*
*Quas circumplecti palmite vitis amat.*
*Illhic & tremulis mulcentes vocibus aures*
*Congeminant merula murmura, veris aues.*
*Flaua nec aduersum ramis Philomela dolores*
*Dulcisono cessat molliter ore queri.*
*Illhic ergo sede supplex, facilemque Priapum*
*Exora, ne me Daphnidis vrat amor.*
*Si datur hoc, præsens hædi cruor imbuet aras;*
*Daphnide sin potiar, victima terna cadet.*
*Tunc capro faciemus, ouisque sub vbere fœta,*
*Et vitula: placeant sic mea vota Deo.* H. G.

EPIGRAMMA V.

cuius exordium: Αἶψ ποτὶ τᾶν Νυμφᾶν.

*VIs age per Nymphas gemina cantare cicuta*
*Dulce aliquid? blandos arripiens calamos*
*Incipiam musam simul ipse, simulque bubulcus*
*Daphnis ceratis ludet arundinibus.*
*Heic age post antrum quercus lateamus opacæ:*
*Qui tacet hic, somno Pan viduandus erit.* D.H.

EPIGRAMMA VI.

cuius exordium: Ἆ δείλαιε τὺ Θύρσι.

*AH ah Thyrsi miser, quid prodest lumina bina*
*Humidulis frustra tingere lachrymulis?*
*Capra abijt pulcher tibi fœtus: abiuit ad orcum:*
*Nam lupus hanc duris vnguibus impedijt.*
*Vana canes resonant; quid prodest? illius ossa*
*Vix superant rapta, vix superant cineres.* Idem.

EPIGRAMMA VII.

cuius exordium est: Ἦλθε καὶ ἐς Μίλητον.

*VEnit & excelsam Mileton Paone natus,*
*Cum medico cupidus viuere posse viro*
*Niciade: hunc sacris semper colit ille, & odoram*
*Protenus e cedro condidit effigiem.*
*Maximaque, Eetion, artis tibi præmia soluit;*
*Teque ferunt totas applicuisse manus.* Idem.

EPI-

EPITAPHIVM ORTHONIS VIII.

cuius principium: Ξεῖνε Συρηκόσιος.

*PRæcipit hoc Orthon Siculus: ne forte Viator*
*Ebrius hyberna tempore noctis eas:*
*Namque ego sic iaceo: pro puluere nempe paterno*
*Externa peregrè contumulatus humo.* Idem.

ALIVD.

cuius exordium est: Ἄνθρωπε ζωῆς περιφείδεο.

*ÆVo parce tuo, tempestiuusque, Viator,*
*Nauta, scias vitæ tempora pauca tuæ.* Idem.

EPIGRAMMA X.

In effigiem Musarum.

cuius exordium: Ὑμῖν τοῦτο θεαί.

*EFfigiem hanc vobis Xenocles, pia numina, Musæ,*
*Effigiem statuit esse Nouensilibus,*
*Musicus: haud aliter quis dixerit. hinc sibi nomen*
*Qui peperit, vestri quam memor ille fuit!* Idem.

*His facilis quouis tempore vita fuit*
*A te principium ducentibus, o Dea: nam qui*
*Maxima cumque colit numina, latus agit.*

EPIGRAMMA XIV.

## Epitaphium Eurymedontis.

cuius principium: Νήπιον υἱὸν ἔλειπες.

*Filiolum paruum liquisti: raptus & ipse*
*Vix iuuenis, nunc hic conderis Eurymedon.*
*Et tibi nunc sedes Heroum in sedibus: illum*
*Virtutis patriæ nomine, turba colet.* Idem.

EPIGRAMMA XV.

## In eundem.

cuius exordium est: Γνώσομαι εἴ τι νέμεις.

*Cognoscam an precium ponas virtutibus vllum:*
*An referat laudes improba turba pares.*
*Huic tumulo, dices, bene sit: namque Eurymedontis*
*Tam leniter sacrum contegit ille caput.* Idem.

EPIGRAMMA XVI.

## In Anacreontis statuam.

cuius exordium est: Θᾶσαι τὸν ἀνδριάντα τοῦτον.

*Imaginem, Viator, illam conspice,*
*Et dicas simul ac domum redibis,*
*Anacreontis Teii vidi caput.*

Si

EPIGRAMMA XIX.

*In statuam Archilochi.*

cuius exordium: Ἀρχίλοχον καὶ στῆθι.

*ARchilochum vt cernas, siste age, pristinum poëtam,*
*Autorem Iambi, cuius alta gloria*
*Domosque noctis tangit atque lucis.*
*Scilicet hunc Musæque & Delius ipse amauit augur?*
*Hinc arte dexter ille, & exactus fuit,*
*Eposque dicere, ad lyramque cantum.* Idem.

EPIGRAMMA XX.

*In statuam Pisandri.*

cuius exordium: Τὸν τ̃ Ζανὸς ὁ δ' ὑμῖν.

*ÆTerni sobolem Tonantis illum,*
*Et dextra & domito leone notum,*
*Vatum quotquot erant vbique, primus,*
*Pisander celebrauit ex Camiro,*
*Cuius sunt labor Herculis labores.*
*Hunc ipsum pia cura ciuitatis*
*Hic, vt noueris, areum locauit*
*Multis postea mensibusque & annis.* H. E.

EPIGRAMMA XXI.

*In Hipponactem.*

cuius exordium: Ο' μουσοποιός.

*HIc hic poëta magnus Hipponax dormit:*
*Si sis scelestus, pergere ad tumulum noli;*

*Sin*

*Sin sis probusque, & e probis viris natus,*
*Tutus sedeto, si libebit, & dormi.* D. H.

EPIGRAMMA XXII.

*Autoris in opus suum.*

cuius exordium: Ἄλλος ὁ Χῖος ἐγὼ δὲ Θεόκριτος.

*Alter erat Chius: namque ipse Theocritus autor,*
*E media fueram plebe Syracosia.*
*Natus Praxagora, celebrisque in gente Philina:*
*Carminis externi non mihi cura fuit.* Idem.

TITVLVS ΕΙΣ ΠΟΙΜΕΝΑΣ eiusdem argumenti ex lib. III. Anthologiæ Græcæ.

DIOTIMI.

*In Therimachum.*

cuius exordium: Αὐτόμαται δείλαι.

*Ad stabulum mœsta veniunt e monte iuuencæ*
*Sponte sua, multis irriguæ niuibus,*
*Ah ah, Therimachumque ad quercum hanc longa tenet nox,*
*Sopitum telis viribus etherij.*

EVRVCII.

## In eundem.

cuius exordium: Οὐκ ἔτι συρίζων.

*Non posthac lepida pastoria sibila canna*
*Hanc repetes iuxta Therimache platanum.*
*Nec tua defessæ rapient dulcissima vaccæ*
*Carmina, sub quercu dum leuiter recubas.*
*Fulmine nanque iaces ictus. feroque iuuencæ*
*Ad stabulum multis perueniunt niuibus.*

CALLIMACHI.

## In Astaciden.

cuius exordium: Ἀστακίδην τὸν Κρῆτα.

*Astaciden Cretæ pastorem e montibus altis*
*Surripuit Nympha. Nunc sacer Astacides*
*Culmine Dictæo viuit. quin Daphnide missô*
*Pastores solum dicimus Astaciden?*

LEONIDAE.

## In Clitagoram.

cuius exordium: Ποιμένες οἱ ζωὴν.

*Quisquis ades pastor, qui culmine pascis in illo*
*Et maribus capras iungis ouesque suis,*
*Clitagoræ paruum, sed gratum perfice munus,*
*Perfice nocturnæ nomine Persephonæ.*
*Fac balent mihi semper oues, petraque recumbens*

*Pastor, eas grate detineat calamo.*
*Et sua vere novo carpens per pascua flores*
*Rusticus, in nostrum serta ferat tumulum.*
*Lacque aliquis circum fœcundæ mulgeat agnæ*
*Matris, & impressu stillet ab uberibus,*
*Ima rigans tumuli. Manet, hospes, manibus ipsis*
*Gratia, post seros quam referant cineres.*

MYRINI.

In Thyrsin.

cuius exordium: Θύρσις ὁ κωμήτης.

N*ympharum qui pascit oues in gramine Thyrsis,*
*Qui calamo Pani proxima nempe facit,*
*Sub gelidæ pinu medio iacet ebrius æstu,*
*At pecudes sumpto pascit Amor baculo.*
*Ah Nymphæ audacem pastoris rumpite somnum:*
*Ne sit præda feris escaque paruus Amor.*

DAN-

DANIELIS HEINSII

# SYLVARVM

LIB. PRIMVS.

# MANES DOVSICI.



LVGDVNI BATAVORVM
Apud Iohannem Maire.
CIↃ. CI. CVI.

NOBILISS. AMPLISS.

VV.

PRÆSIDI,

RELIQVISQVE

IANI DOVSÆ

IN SVPR. SENATV COLLEGIS,

DAN. HEINS.

D. D. D.

DANIELIS HEINSII.

# LAVDATIO FVNEBRIS

## *Nob. Clariss. V.*

## IANI DOVSÆ,

*Nordouici & Cattendici Toparchæ.*

PRudentissimè, Magnifice Rector, Amplissimi Clarissimi Præstantissimiq; Viri, hoc à vobis institutum est, ne quis diebus his in publico loquatur: Academia tota muta atque elinguis sit. Ipse denique locus hic augustissimus, hæ cathedræ, hæc pulpita, quæ voce nostra personare solent, funesto silentio luctum suum testentur. nec melius parentem suum deplorent, quam si nemo audiatur. Vtinam vero quod reliquis imperatum est, id nobis saltem concessum esset, qui & omnium casum lugemus, & cum ijs nostrum; vt si cum

alijs excusari non possimus, affectus certè nomine veniam mereamur. Filium in parentis funere loqui, nemo iussit vnquam. Aliquid stupori conceditur, aliquid mœrori primo datur. Solius doloris prærogatiua est silentium. Nam dum per singultus verborum ordo perit, dum aliquid sibi temporis indulgent lachrymæ, dum animus paulatim cum oratione in gratiam redit, serum est propemodum quod à voce impetratur. Nec facilius luctus loquitur, quam cum magna sui parte exhaustus est. A vobis vero, Magnifice Rector, Amplissimi Nobilissimi Clarissimique Viri, potissimum ego ad dicendum vocatus sum, quia potissimum lugeo. Vt eodem tempore nec male de facundia nostra, nec bene de dolore iudicare videamini. Qui si nondum remisit, nec à tempore solatium habet; metuo ne ibi desit nobis, vbi prodesse poterat, & cum dedecore nostro pietatē fateatur suam. Verum enim verocum omnium dolere

lere ſit, dicere vnius: danda eſt opera, vt illud quod nobis cum omnibus commune eſt, leniter feramus: quod vero peculiariter incumbit, ea qua par eſt animi conſtantia agamus. Nam vt in Republica ſi principem mori contingat, multi lugent; pauci hæreditatem ſibi vindicant: ita magnorum virorum virtutes post obitum orator commemorat; reliquis dolorem relinquit. Quod ſi quenquam mortalium, multo magis nos decet, ne eam terram in qua natus eſt homo ſanctiſſimus inauſpicato luctu fœdemus: in qua tot fortiſſimi viri ſuperſunt, qui facilius ſanguinem quam lachrymas effundunt. A cuius potiſſimum laudibus, vt Aſpaſia illa Socratica, inchoandum nobis putamus. Cum enim nobiliſſimorum virorum maiores ſint plurimi: omnium vero vna, quæ & naſcentes excepit, & morientes condidit; non poteſt de omnibus dici, niſi de vna tantum dicamus: cum & plurimi vnius fuerint, & vna plurimo-

morum. Sicut itaque heroum suorum initium à Ioue deducũt poëtæ, ita nos à te regina insularum Batauia; cuius terra non tam orbis totius pars est, quam imago. Nam vt hoc omne quod colitur, Oceano circumfunditur; ita ciues tui mari cinguntur, mari ambiuntur ferè vndiq; Vt tam à natura libertati destinati esse videantur, quam ab animo. Ager neque sterilis, neque ingratus est. qui cum frugum fertilitate vicinis quibusdam, fructuum vero felicitate cedat plurimis; his ipsis plus abundat omnibus. nec difficulter à mari impetrat, quod à terra negatur. Vina nusquam educant, & vbique bibunt; linum non colunt, & gestant; ferrum non fodiunt, & cudunt. Gentem si spectes, sola ea est quam nemo in bello numerat, sed æstimat. Cuius vnius virtutem Romani loquuntur: qui cum subsidium ab his, successus, victorias, triumphos mutuati essent, laudem ijs solam reliquerunt. Eant certè ad Lunam

nam Arcades, à Cecrope originem suam deducant Attici, & in eadem terra se natos glorientur in qua vixerunt. Batauos quoque à Gigantibus fabulosa deduxit antiquitas,& superiorum ætatum tabulæ: nec creduntur tamen. Non enim referre putant viri fortissimi, quantũ sit qui vincit: neque corporis magnitudinem sibi vindicant, sed animi. Vix nati nubibus assuescunt,ventos prouocant,imbres ferunt,cum aëre nudo & Ioue contrahunt:quicquid denique mortem inferre potest, aut lacessunt aut negligunt. Mare non accolunt sed incolunt:& iam olim aut nauigabant optime, aut natabant. nec referre putat Tacitus brachijs vtantur an remis. Ergo Britanni quorum in mari classem expectabãt, eorum corpora viderunt: & cum aduersus naues instructi essent, cum hominibus pugnarunt. Stantes pro mœnibus aliquis interficit, nemo vincit: nec vrbes suas cuiquam relinquunt, sed sepulchra. Vitam ne-

mo post libertatem amat. Nihil desiderant quo abundat hostis: easque opes arbitrantur, non quas precio, sed quas virtute emerunt. Bello nec irritant quenquam, nec metuunt. Cumque aliæ gentes vel difficilius viuant, vel melius, nulla hac lubentius moritur. Hoc cœlum cum hausisset Dousa, hunc aërem, à libertate non potuit alienus esse, qui in ea natus erat. Cumque videret nusquam esse maiorem virtutis segetē, quam in hac terra; doluit neglectum potius literarum quam contemptum. In prima itaque incude disciplinarum positus, cum facillime vota præverteret, relicta matre studiorum Batauia, Galliam petiuit. Nam vt plantæ interdum si transferantur, felicius surgunt: ita ingenia diuina cum fructu plerunque patriam relinquunt. Cumque eadem virtutis sit ratio quæ flammæ surgentis, vt diu latere non possit; facilius sibi amicos inuenit quam doctores: quibus præiret quam quos sequeretur. Nec
eruditio-

eruditionem tantum consecutus est, sed & famam. Vigebat ea tempestate Gallia præstantissimis viris, quorum hodie nomina in albo æternitatis sunt. Nemo enim Turnebos ignorat, nemo Auratos, nemo Papperatios aut Lambinos. Neque adhuc in hanc insulam Musarum coloniam transtulerat Dousa: vt domi haberet, quod foris sequebatur. Nemo ingenij & eruditionis principem Scaligerum quam in Gallia salutabat. Nemo humanitatis totius politissimum vindicem Iustum Lipsium quam Grudijs, petebat. Verum enim vero sicut Lycurgus leges suas prius didicit, quam tulit; Solon cum omnibus vixit, vt Athenis prodesset: ita Dousa tum temporis ea sibi comparauit, quibus hæc Academia hodie ad culmen existimationis peruenit. Ea autem ætate cum nihil esset facilius quam naturam sequi, quamuis & antiquitatem totam & historiam diligenter euoluisset; lubentius tamen

eo modo loquebatur, quo & Homerus, & Orpheus, & Dodona, & Apollo, & oracula olim locuta sunt. Meminerat enim diuinæ indolis adolescens, hanc non naturæ tantum vocem esse, sed & sapientiæ. Quæ hoc cultu & placuit primum & admissa est. Vt cæteri non docerent melius, sed minus facunde scriberent. Hanc laudem ne patriæ suæ inuideret diutius, mature sibi redeundum putauit: neque alij scientiam suam referre voluit, quam cui lucem debebat. Quoniam autem solo fere ocio ea studia aluntur, quæ nec lucrum affectant, & honores contemnunt: & lubenter ab hominibus secedunt, qui nec mores eorum probant, & diuersam viam sequuntur: sapientissimus vir in templum bonæ mentis se abdidit. Quod neque in vrbibus erigitur, quæ ambitione flagrant: nec in foro, quod sordibus reorum & lachrymis profanatur. Sed in locis puris & innocentibus, in secretis naturæ: vbi facilius ipsam sapien-

pientiam inuenias,quam hominem.
In his penetralibus ab Egeria olim
Numa, Lycurgus ab Apolline, Mi-
nos à Iove,Meleſagoras à Nymphis,
Pindarus à Pane, Heſiodus à Muſis,
ſapientiam hauſerunt. Quam quia
procul ab hominibus aſſecuti erant,
Diis immortalibus aſſcribebant.
Quia autem neminem ſortis ſuæ
pœnitere poteſt, quam qui votis
peccare didicit: quæ felicitate ſua
creſcunt, nec finem inueniunt niſi
interdum ſucceſſu carent; prius ex
his locis ereptus eſt Douſa quam a-
biit,vocatus eſt quam deceſſit.Cum
enim nobiliſſimus eſſet, latere non
potuit: cum patriæ addictiſſimus, nō
debebat. Exardebant quotidie bella
civilia, gliſcebat Hiſpanorum furor,
qui nondum didicerant, huic genti
libertatem non prius extorqueri
quam vitam: impetrari autem armis
ab ijs nihil poſſe, quibus difficilius
eſt ſeruire quam mori. A ſecuritate
igitur ſua, à tranquillitate illa, ex
agris, eodem tempore & vrbem &

obſidionem ingreſſus eſt. & qui ne civilem quidem magiſtratum admiſerat, militibus imperavit. Inſtabat ex altera hoſtis ſuperbiſſimus, qui hæc tecta, has aras, hos focos, quos æternitati Muſarum Di ſervabant, flammis atque incendio deſtinabat. Ex altera rerum penuria ipſo hoſte crudelior, niſi per hunc eſſet: cujus occaſione non ſimpliciter uſus, paulatim irrepebat: cuniculoſque ſuos à mœnibus ad animos vertebat. Nec amplius à crudelitate periculum erat, ſed à clementia. Cum dux hoſtium ſuaviſſimo ariete Douſicam oppugnaret fidem; blanditijs, venia, muneribus. Quibus armis neque gladij interdum pares ſunt, neque muri. Facillime enim ferrum ab auro retunditur, ſæpiuſque delinitur virtus quam frangitur. Iiſdem machinis ciues mox aliquot adortus, maximam iam ſtragem ſine cæde dederat: cum nec amplius hoſtes ſuos vrbs agnoſceret, & ab amicis timeret. Solus interea ille in obſeſſa vrbe

liber

liber nunquam cessabat, quin aut scribenda ageret, aut quæ egisset scriberet: solus vim intentatam vincebat, nec ab occulta vincebatur. Quæ omnia æternis versibus posteritati commendabat. Neq; prius Lugduno pedem extulit, quam patriam suam & in ea hanc vrbem bis vindicasset; cura ab hostibus, scriptis ab obliuione: simulque eidem, quod rarum est, & libertatem conseruaret, & immortalitatem daret. Quo id consecutus est, vt qui ab obsessa vrbe hostem reiecerat, in eandem mox vindicatam Musas admitteret: & qui belli tempestate militibus imperasset, pace restituta Musis præesset. Quæ gloria Dousam ad summum vsque vitæ terminum secuta est. Ex hoc tempore diuino studio, cui diu animum intenderat, vti non frui cepit, & quæ voluptati nata multi nugantur, virtuti consecrare. Patriæ ergo Annales versibus conscribere aggressus est. Sciebat ex illo fonte sapientiæ riuulos manasse

 omnes.

omnes. Neminem olim eam coluisse quam vt doceret. Omnem vero scientiam materia ali, argumenti dignitate accendi, eruditione exquisita absolui. Sicut autem filiam frustra pulcherrimam habuit, qui eam male elocauit: ita artem frustra quiuis præstantissimam coluit, nisi subiectum elegit. Non de huius æui hominibus loquor, qui, cum felicissime rem gerunt, in sensus delicatos & inanem verborum strepitum totam poësin detrudunt, eiectam regno suo. Sed de augusta illa, quæ pulcherrimarum artium comitata agmine suauiter docebat: cuius exemplar Homerus, alumnus est Plato. Qui vbique poëtas imitatur, non vbique laudat: quasi in vrbe sua eos ferre non posset, quos in animo gerebat. Sicut ergo arrogantes liberi qui parentes diffitentur, à vultu suo arguuntur: ita diuinus Plato; quanuis Socratem sectetur, Homerum releget, vbique patrem suum refert. Explora omnia, vide singula, excl ama-

clamabis. *Sic oculos, sic ille manus.* Infinita enim sunt quæ poëtam absoluant, cum modulatio vix inchoare possit. Quam olim miserrimi homines docebāt, nunc poëtæ discunt tantū: vt si quis in formosa muliere nil præter tunicam amet, aut folium in arbore, aut pāpinum in vite. Noluit itaq; poëta bonus esse, nisi & ciuis talis esset & historicus. Videbat maiores suos viros nobilissimos, eorū quæ præclare gesserant virtutem quidem sibi, laudem autem alijs debere. Qui & parce meminisse poterant & maligne. Posteriores autem homines paruam veritatis attulisse curam, eruditionis nullam. Multa itaque à tenebris intercepta esse & obliuione, plura ab inuidia. Parum autem interesse, posteritatem si spectes, imbellis sis an ignotus; ignauus vixeris, an habearis. Si qui adhuc superessent, ij non homines loquebantur amplius, sed monstra. Gigantes hoc regnum inuaserant, & à terræ filijs deducebatur nobilitas. Quos

omnes ille fulmine veritatis ex hoc cœlo deiecit: primusque poësin contulit, vt falsa refutaret, non vt scriberet: primus exemplo suo docuit, non minus sine mẽdacio poëma esse posse, quam vinum sine fæce, aut cœlum sine nube. Hos itaque annales exquisitissimo carmine absoluit: quos eosdem studio diligentissimo, pari veritatis cura, partim ipse, partim incomparabilis adolescens filius, & nominis eiusdem & ingenij consors, soluto filo pertexuit. Itaque historiæ leges, cum hoc ageret, scriuauit: & cum poëtari vellet, non trãsgressus est. Abeant ergo maligni homines, qui cum Dousam poëtam dicunt fuisse, cætera aut dissimulant aut ignorant. Atque hæc quidem posteris. Cæterum tempus Reip. dedit. In qua ita se gessit, vt præclaram legum scientiam potius didicisse videretur, non vt male admissa damnaret, quam ne committeret: inculpatus ipse viueret, quam alterum probaret. Malebat vir bonus esse,

quam

quam aut patronus aut iudex. Nos, quod postremum est, iustitiam quoque artem fecimus. Itaque eodem tempore in curia diserti sumus, in vita improbi. Ad eam ille non factus, sed natus erat. Leges seruare quam discere malebat. Solam integritatem non è libris, sed à natura habebat. Reliqua contemplari solebat, hanc solam agere. Eos vero miserrimos dicebat, qui ita sollicite ocium suum virtuti impendunt, vt ne probitati quidem vacare possint. Hi sunt qui cum fastu ambulant, qui honores inquirunt, qui de vita iudicant: & in omnibus desiderant, quod non habent. Sicut ægri qui medicos diligenter audiunt nec remedium adhibent, nunquam conualescunt: sic qui virtutem profitentur tantum, ea carent. Et vt in certamine non fortissimo palma defertur, sed qui vincit: sic in vita, nisi qui probe agit, hoc esse desinit. Nam & in lucta cessare potest Hercules, & in palæstra dormire Milo; & in vrbe ociosus
esse

esse Aristides. Merito itaque in functione virtutis sapientissimi homines felicitatem locant, non in ipsa: & multis gradibus à fine nostro abest scientia. Quare qui nil pulchrius arbitratur, quam leges scire, nondum probus est: sed vt in eadem medicina, nihil facilius, quam helleborum cognoscere, aut mel, aut vinum, aut quicquid denique valetudini conducit: hæc vero probe miscere, recte adhibere, artis consummatio est. Ita facilius multo est, scire quod iustum est, quam esse; virtutis præcepta tenere, quam sequi. Et si penitus rem inspiciamus, leges prius meruimus, quam fecimus. Vt enim in vrbe in qua nemo laborat, ne medico quidem opus est: ita præstaret leges non esse, nisi essent improbi: quarum quia probus fere nemo est, melior habetur scientia. Quare ne hodie quidem summa felicitas esse potest, iura intelligere, cum olim fuerit non habere: neque optimi esse possunt, qui statuta tan-

tum

rum imperatorũ assequuntur, cum nemo ante eorum vsum fuit improbus. Merito ergo doctissimi Græciæ viri, ijdemque antiquissimi, beatissimum sæculum non illud iudicant, quo leges erant optimæ; sed quo nullæ: siue illud cum poëtis aureum, siue cum eorum interprete Platone, imperatorium voces. Qui diuinus vir, neque Atheniensium, neque Cretensium, neque Lacedæmoniorum, neque suæ denique Reip. palmam tribuit: sed illi potius, in qua sine iure æquitas, sine lege erant boni mores. Cuius ciues non Græci, non Romani, sed Felices ab Hesiodo dicuntur, sicut ab Homero Dij. Cum pro duodecim tabulis duæ essent; pudoris & modestiæ: pro honorario iure, sola æqualitas. Quibus sublatis nec vrbibus suffecere leges, nec hominibus: sed cum moribus semper paria fecerunt. Illius siue ciuitatis incolæ, siue stirpis propago paulatim esse desijt, ex quo bonum imperari, malum puniri cepit. Fuit

vero

vero Dousa cum paucis: qui quanuis omnium disciplinarum principem, quam nostri iurisprudentiam dicunt, esse fateretur, neque à curia rebusque forensibus, improbitate sæculi adductus, abstineret; nihilominus vna cum toga & animum exuebat iudicis & vultum. Neque domum redibat, nisi simul ad sapientiæ studium rediret. Sicut Alpheum tradunt veteres Arethusæ misceri, neque quicquam tamen ab ea trahere: ita ille diuinitati suæ intentus animus, ex aula rebusque ciuilibus se conferebat; nec Musarum immemor, nec sui. Ibi omissis curarum forensium angustijs, inter chartas amœnissimas, libellosque suos vagabatur:& quicquid præstantissimorum hominum ingenia ad nominis immortalitatem sibi superesse voluerunt, libere peruoluebat. O beatum animum, qui siue à natura siue ex instituto sapientiæ, hos in simplicitate progressus fecerat, vt nihil magis inuitus intraret quam curiam, in-

duceret quam togam. Securitatem enim suam magis innocentia tuebatur, quam legum scientia: nec vnquam nisi alterius de causa inter iudices sedebat. Quæ virtus, qualis ea sit tandem, ita rara esse cœpit, vt vix laudari possit amplius: ex quo generositatis ambitio, innocentiæ nomen occupat ignauia. Possum equidem magnanimitatem in Rep. possum vigilantiam celebrare, possum æquitatem. Nihil est facilius quam iudicem integrum, fortem consulem, senatorem prudentem extollere. Sed qui hæc omnia ne sperat quidem, non sapientiæ iam humanæ, sed & laudis nostræ excessit terminum. Quia vltimum quod laudatur hodie, ambitio; quod optatur, honor est: qui vt aliquem potentem, ita neminem vnquam effecit beatum. Itaque qui ne vota quidem cum hominibus communia habet, hunc ego iam cum Dîs versari iudico. Quia neque habet quod perdat, neque optat. Ita bis felix est, & cum

con-

consequitur quæ sperat, & quæ consecutus est, non amittit. Contra qui ambitioni sacramentum dedit, bis miser est: nam & cum fortuna & cum cupiditate contrahit: quarum altera sine ratione, altera sine modo, neutra nostræ potestatis est. Nam & quod cupias successu carere potest, & limite. Nec magis in manu ambitiosi est, vt multum consequatur, quam vt parum petat. Vt omittam, non tam in procliui esse impetrare quæ flagitas, quam amittere quæ impetrasti. Inter duplices ergo fortunæ insidias versatur, quæ aufert & quæ negat: nec à cupiditate recedit, quæ rursus ambit. Qui consulatum inhiat, fortasse nec illum consequetur, & prætura excidet: & si consequitur, nondum dictator est. Itaque si miser non est, nec est felix: quia ambitioni deest quantum restat; nec vnde veniat perpendat, sed quo tendat. Hi sunt votorum nostrorum scopuli: inter hos non modo quotidie elidimur, sed & lubenter iactamur.

mur. Vt maioris ſit viri, perire nolle, quam ſeruari. Hos ille non patienter modo vitabat, ſed & lubenter. Itaque diuinam eius virtutem facilius fuit contemnere, quam ſequi: ridere, quam intelligere. Quia diu ante hoc ſæculum hæc virtus laudari deſijt, quam nec purpura conſpecta mouet, nec impetrata leuat, nec erepta dejicit. Qui eodem vultu faſces ponit & ſumit: nec inter eſſe putat, domum deducatur an veniat. Vt in magna temulentorum hominum turba vir ſapiens ſi obambulet, riſum inter eos merebitur, illorum vitio non ſuo: Ita hac ætate non facile eſt tranquilitatem ſimul inuenire, & plauſum. Quod cum ſciret vir innocentiſſimus, nunquam ambijt, & tamen conſecutus eſt; nunquam candidatus fuit, & tamen magiſtratum geſſit. Qui cum ſupremus eſſet in hoc genere, minus tamen dignitatis Douſæ addidit, quam accepit. Etenim & contemnendo eum meruit, & quia mereba-

vnquam mutauit, quia maioribus se dignum iudicabat. Infelices sunt quos aura plebeia tollit, qui tum demum se æstimare incipiunt, cũ salutantur crebrius & visuntur. Qui vltra atrium neminem admittunt: & quos amabant olim, illis conspectum suum imputant. Porro cum eodem tempore & Academiæ curam sustineret & Reip & in toto terrarum orbe esset celeberrimus, neque quisquam Dousam ignoraret, nisi qui humanitates nondum attigisset; nemo odisset; nisi qui omnium simul literarum hostis esset; necesse fuit tam nobilem domum patere omnibus. Ergo obsidebatur quotidie limen; sollicitabantur fores, implebantur atria. Non quidem molesto causidicorum agmine, nec importuno litigantium grege, nec obscena damnatorum turba; sed ingenuarum artium, liberalium scientiarum candidatis: qui cum ex alio nonnunquam orbe delati essent, vt Dousam, cuius nil præter nomen

viderant, coram intueri possent; mirabantur nihil sibi facilius vnquam contigisse, quam quod post tot vota consecuti erant. Admittebat enim omnes sine fastu, sine insolentia, sine supercilio; non in ædes tantum suas, sed & in animum. Nihil celabat, nihil suspicabatur: qui maximus innocentiæ fructus est. Nemo enim bene de omnibus sentire potest, quam qui optimus est. Nemo fraudem expectat, priusquam fecit: & si per gradus suos improbitatē subducimus, posterior est suspicio, quā scelus. Humanitatem suam exhibebat omnibus: omnes aut mensa exceptos dimittebat, aut domo. Nemo vnquam ex ædibus illis aut sordidum reum, aut prehensatorem humilem, aut salutatorem ambitiosum exire vidit. Nunquam alios elientes in summa dignitate Dousa habuit, quam Socrates, aut Plato, aut Aristoteles, cæteræque immortales illæ animæ, quæ procul ab occupationibus publicis, sub Academiæ vmbracu-

vmbraculis, & Lycæi viridarijs ſcientias educarunt. Facilitas enim illa, ſapientiæ propemodum ipſius virtus eſt, non hominis : nec quicquam tam ad naturam cœleſtem accedit, quam vt multis proſis. Sicut duo formoſiſſima lumina, ſol interdiu omnibus oritur: luna innumeris comitata ſideribus, etiam pecudi paſcenti, noctu lumen præbet: ita viri magni neminem averſantur, & interdum indignos complectuntur, ne pauciores iuuent. Quid aqua fontana purius? Ea tamen per argenteos diffuſa riuulos, dum herbas vicinas alit, vrticam irrigat, hominemque quemlibet è via ſitientem admittit. Quid pluuia vtilius? In publico cadit. Nihil optimum eſt quod non commune ſit. Pulchriora ſunt fere, quæ neminem excludunt, quam quæ multis placent. Et ſi facilitatis originem ſpectes, à natura eſt. Iam illud ocium quod iuſtitium indulgere ſolet, quis vnquam melius impendit? Nam & patriæ hoc reddebat,

quod à curia impetrabat: & quoties ab hominibus secedebat, cum libris versabatur: qui cum posteritatem doceant, integriores sunt. Præsertim, vbi spectatur veritas, quæ narrationis anima est: in qua rerum causæ facile ex euentu petuntur, nec aberrat lector, nisi fallat historicus. Porro cum sapientiam multa; prudentiam confirment singula: quæ tantum extremorum est, vt Aristoteles loquitur, & in actionis arcem tendit: eiusque via sit vnica; Experientia, aut Vsus. Qui cum ex diuersitate rerum vnum constituat, nunquam absolutus est; siquidem cum hac vita terminatur. Nam & obseruandum ex omnibus quod sequare, & colligendum ex pluribus quod agas; non hominibus tantum, sed & sæculis. Naturæ autem inclementia cum vix vnum indulserit, multa adiecit humana industria: quæ & ætates longissimas coniungere, & diuersissimos populos contendere, & ex his omnibus iudicare permisit. vt cum

vitæ

vitæ vſus nobis ſit anguſtæ, fructum tamen concedat infinitæ: Nihil hac lectione potuit inuenire dignius, vel ſenatore vel hiſtorico. Quædam enim ad exemplum vitæ trahebat, quædam ad ſtyli imitationem ſeponebat. Quæ nemini credebat quam ſibi. Seruabat enim ea tenaciſſime, nec ab alio rationem exigebat ſingulorum, quam à memoria. Non tantum vt nomenclator parum diligens, cui audacia interdum pro felicitate eſt, & apponit quæ oblitus eſt: ſed vt eodem filo, ſi opus eſſet, eodem ordine recitaret ſingula. Meminerunt viri in hac vrbe maximi, meminiſti rerum humanarum ſplendor, Ioſephe Scaliger, quoties inter epulas, & elegantiores menſæ delicias, ad quas literatos ſemper vocabat, cum ouis ſermonem auſpicatus, vix in bellarijs remiſerit: integraſque Criſpi ſui aut Cornelij pagellas continuarit. Nobis obſtupeſcentibus interim, quibus iam reliqua ſordebant fercula: nec quicquam in menſa præ illo

illo ſapere videbatur. Simonidis memoriæ multum miraculi addidit Græcorum ſchola Rhetorum, aliquid fidei detraxit Fabius. Nos neque factum dicimus, & fieri potuiſſe non negamus. Nam & maiora vidimus, nec tamen Deorum interuentu egemus: cui plerumque illa aſſignant, quæ difficulter perſuadere poſſunt. nec aliter res magnas proponunt, quam intricatas tragœdias abſoluunt. Nihil erat geſtum quod ignoraret: non res Græcorum modo aut Romanorum; veterum nouorum: ſed terrarum omnium & ætatum. Vt quicquid extitiſſet vnquam, non tam euoluiſſe videretur, quam circumferre. Quod totum in eo inchoarat natura, perfecerat induſtria. Nullam enim ſchedam ſe doctiorem habebat: nec quicquam ſcribere malebat, quam ſcire. Qua ratione id aſſecutus eſt, vt vbicunque locorum eſſet, non iam bibliothecam habuiſſe videretur, ſed eſſe: nec legiſſe multa, ſed nihil ignorare.

Hunc

Hunc itaque vir summus studiorum suorum fructum vidit, vt eruditissimus esset, & celeberrimus: hunc vitæ suæ, vt innocentissimus. Quis igitur lubentius mori debuit, quam is qui se semper victurum sciret, & inculpate vixisse meminisset? Qui omnium iudicio & suo virtutis finem attigisset & scientiæ? Quanuis ergo summæ vitæ felicitati nihil addi potest ab ipsa, potest tamen accedere testimonium mortis: quæ nouam vel exhibet vel promittit. Itaque priusquam è vita excederet, integro adhuc corpore in secreta admissus animæ, gaudium immortalitatis delibauit: quodque mortuis euenire solet, iam moribundus præcepit. Cum enim paulatim sine cruciatu vllo, è statione sua abire beatissima pararet anima; ecce tibi, subito & præter exspectationem omnium, exclamat ille, amicisque astantibus, Quid, inquit, an solus audio? Quis iste sonus est? Quæ ista modulatio? Diu prius omnes admirati, cum nihil senti-

rēt, viderunt tandem, quod res erat, virum diuinum cœlestibus initiatum mysterijs, non amplius humana loqui: animumque purissimum inter celeritates æternorum orbium, siderumque concursus, è quibus iam olim delapsus erat, iterum aberrare. Quæ quum proportione æqua, interuallis distincta imparibus, concentus edant suauissimos; mens nostra æternitati suæ vicina, si nec arcte adhæret corpori, nec in immundo versatur, eiusdem naturæ sonitum admittit: quem improbitatis nubes intercepit. Eadem enim virtutum est ratio, quæ animorum, quæ siderum; partium nimirum æqualitas. Quæ si turbetur, facillime obsurdescimus. Surditas perpetua animorum scelus est: huic intentus animus, neq; concentus diuinos admittit, neque siderum impulsus suauissimos audit, neque beatissima harmonia fruitur. Fruuntur autem innocentium virorum animæ: quibus hoc conceditur, vt priusquam homines esse desinant,

nant, immortales fiant: priusquam è terris recedant, cum Dijs versentur. Tum demum purissimus ille sensus, explorator siderum, venit. qui priusquam è corpore abit, ad se redire solet: gaudiumque suum sentit priusquam habet; fruitur priusquam consecutus est. Crœsi filium ferunt, cum vocem toto vitæ tempore emisisset nullam, viso percussore patris, exclamasse: idem sanctis viris accidit Violentum est, quicquid id est quod nos cum Deo coniungit: legesq; corporis facillime transcendit, qui mox sine eó futurus est. O felicem animam, quæ nondū ex hominibus recesseras, & jam cum Deo eras: nondū cum corpore diuortium feceras, & iam illud relinquebas: nondū mori posse desieras, & iam æternitaté inchoaras. Miserrimi sunt, qui cum morte contendunt: tu illam præuenisti. Miserrimi sunt quos improbitatis suæ sensus constrictos tenet: tu virtutis tuæ præmium iam degustabas. Neque cum morte felicita-

tem adibas, sed prægressus eras. Beatissimus igitur spiritus translatus est, non decessit: locũ mutauit, non reliquit. quodque humanæ felicitatis supremum est, nec dolore expressus, nec morbo labefactus. Sicut fulgur nubem siccam facillime perrumpit; exhalatio humida cum lenta & caliginosa diu luctatur: ita inculpatus animus è puro corpore cito fertur; sceleribus contra inquinatus tarde recedit. Non vacat cogitare quantum nos amisimus, cum cogitamus quantum tu consecutus es: & tamen infelices sumus. Eodem enim tempore & parentem requirit Academia, & senatorem curia, & ciuem inculpatum patria, & historicum Batauia. Delicatus aliorum luctus est. Patrem deplorat aliquis, aut matrem: fratris causa publicum non videt, affinis cibum non capit. Angusta sunt hæc nomina, & quæ suis conclusa parietibus limen non excedunt. Nos in eodem hæc omnia, sed quod plus est, omnes. Neque tantum

tum testari luctum possumus singuli, quantum debemus vniuersi. Singula tempus requirunt, singula spatium merentur, singula oratorem flagitant. Nos nostra loquimur: reliquorum prætermittimus. Si quis vero vestrûm est, Auditores Nobilissimi, qui præstantissimi viri merita non ignorauit, is saltem cogitatione nos iuuet. Cogitate quantum Resp. amittat, quantum curia, quantum historia: nec enim aliorum mala commemorare possumus, qui vix nostra feramus. Nos vero qui eodem gradu Dousam contingimus: quos literarum coniunxit non sanguinis necessitas, quid agemus? Quid ego? qui si Dousam non lugerem vobiscum, patrem tamen solus lugere debebam. Quem ille suis oculis & propemodum his studijs cariorem habuit: cui tot diuinis versibus famam, cui nomen, cui æternitatem reliquit. Ego vero Dij immortales, naufragium hoc omnium laborum meorum & curarum pertinaciter feram. Vt is

quem vos incomparabili ſtudiorum ſuorum autore, patrono, inſpectore, teſte, fautore mulctaſtis; is eorundem ſtudiorum fructu reliquos omnes poſthac mulctare incipiat. Neque aliter ſanctiſſimi viri manes quam æterno ſilentio mactabo.

DIXI.

Nobi-

*Nobilissimis Clarissimisque Viris*

STEPHANO
FRANCISCO } DOVSIS,
DIDERICO

*paternæ virtutis hæredibus.*

QVæ pietas, quæ sancta fides, quæ manibus illis,
scribere conantē debilitauit amor;
Accipe, diuino stirps non indigna parente:
Nostraque componas tristia fata tuis.
Omnibus ex æquo dolor est, qui spectat ad omnes,
Causaque si qua venit pluribus, æqua venit.
Nec magis hîc quenquam fas est lugere minusue.
Sanguinis angusti vincula transit amor.
Quis prior hîc? nulli pater est qui nascitur orbi.
Aëra quis, solem quis putat esse suum?
Græcia cum fixum Paridi plorauit Achillem,
E numero Tethys pars quotacunque fuit?
Hectore ter rapto Priamo plus turba gemebat.
Maluerat nato quisque carere suo.
Quis sibi non patrem, quis non deplorat amicum?
Hoc etiam quæuis more parentat anus.
Plus aliquid Dousæ persoluitur. occidit orbi,
Quilibet ex illo funere vulnus habet.
Vos etiam Dousam, sed ne lugete parentem.
Plus proprio cuiuis Dousa parente fuit.

# DANIELIS HEINSII

## MANES DOVSICI.

### AD MANES.



Nnocui Manes, & magni nominis umbra:
Et quicquid non seruat humus, nec subtrahit urna
Sedibus æternis superûm, mundoque Deorum.
Quicquid adhuc Dousæ superes: seu certa pererras
Astra, polumque tuum, qua cœlum diuidit ingens
Circulus, & puro stellarum colligit orbe
Errantes heroum animas: seu liber & expers
Nominis, immensi pars es pulcherrima mundi;
Accipe crudeles gemitus, & flebile murmur;
Nec vultus auerte tuos: si candidus adsto
Pectoris, innocuusq́, animi, simplexq́, sacerdos
Musarum Phœbiq́, & primis integer annis
Priuatam merui toties decerpere laurum,
Iudice te tanto: quam, si modo fata supersunt,
Postibus infigam patriæ, tumulumq́, quotannis
Manibus extollam ingentem, & certamina condam.
Hic quoque quicquid ero, Batauorum extrema secutus
Fataq́, fortunasq́, & non ignobilis exul,
Vocibus insuescam solennibus: & tua clamans
Nomina, supremos indicam liber honores.

Ad

I.

## Ad Academiæ Lugdunensis membra.

*DVlces amici, quos ab extremo sinu*
*Quacunque puram ealat aut promit facem*
*Titan ab vndis, prauiaq; puppibus*
*Vultum minores exerunt Atlantides,*
*Excelsa virtus, Dousicią; nominis*
*Fulgor serenus luce pellexit suâ;*
*Habet, peractum est. Funus ingentis viri*
*Orbis fatetur:* * *consciusq; criminis*
*Mundus, Batauâ pallet & languet die:*
*Totámque nubes induit cœlum suas,*
*Ætherque mæsto tristis incumbit solo.*
*Nec nescit illud, si quis ignotum secat*
*Pinu profundum, duplicésque turbida*
*Noctis tenebras nauta percussus pauet:*
*Dousamq; toto pallidus cælo videt,*
*Errátque in vndis. Sancta Lugdunum tacet,*
*Clausitque mæstus templa Musarum pauor.*
*Nondúmque luctum percipit tellus suum;*
*Adhuc stupescit. Haga defunctum tenet,*
*Tantúmque funus vna concludit domus,*
*Multósque fallit. Talis erepto Hercule*
*Feralis Oeta tristis eluxit rogus:*
*Priusque diuum sensit Alciden polus;*
*Quam terra raptum. Laudibus toto iacet*
*Diuisus orbe. ciuitas artus habet;*
*Mundúsque Dousam. Terminos nomen viri*
*Et sol eosdem, patriam luctus tenent*
*Adhuc recentes: ibit in cunctos tamen,*
*Gentésque sensim tardus inuadet dolor,*
*Et dignus illo. Neminem luget simul*
*Quem nouit orbis. Prima nos tangunt mala,*
*Nimiúmque scimus: proximi fato sumus,*
*Primásque mundo lacrhymas Dousa damus,*
*Mæstásque voces: cæteros iunget dies*

* Propter imbres, qui ferè octiduum continui fuere, circa excessum Dousicum.

*Quos causa iungit. longus à tergo meo*
*Orbis sequetur: quaque tellurem premit*
*Dolore ruptus Dousico stabit polus.*

II.

## Ad Musas Lugdunenses.

*QVis me querulæ procul hinc Diuæ,*
*Quis vobiscum dulcia tollat*
*Lugdunenses numina Musæ?*
*Vbi per frondes Zephyrus leni*
*Murmure lapsus, strepitu tristem*
*Vindicat Hagam.*
*Vbi Dousa meus, procul innisa*
*Liber ab vrna, docuit solas*
*Resonare sibi carmina syluas.*
*Recubánsque leui tutus in vmbra,*
*Litibus æger, plenúsque fori,*
*Procul insana fugit ab vrbe.*
*Lachrymas illhic, lachrymas illhic,*
*Lugdunenses lachrymas illhic*
*Fundite Musæ.*
*Et cum lachrymis dicite vestris:*
*Quæ te nostris rebus ademptum*
*Inuida fati sustulit aura,*
*Rex Pieridum, dux Musarum,*
*Optime Dousa?*
*Tibi simplicitas, tibi mens recti*
*Conscia, nullis labefacta fuit*
*Sordibus aui.*
*Non ambitio cæca futuri,*
*Non promissi purpura fallax,*
*Non è voto peritura suo*
*Vana cupido, dubio mentem*
*Polluit auro. Sed castus amor,*
*Spésque arcta, sui limine tecti*
*Posita modum, nunquam vanos*
*Misit in ausus; placidos inter*

*Secura tenens regna libellos.*
*Hic modo consul, modo Cæsar eras.*
*Dominumq́ suum lepido semper*
*Inuadebant agmine Musæ,*
*Et chartarum iusta supellex.*
*Ergo aut tenero tranquilla dabas*
*Iura Catullo, vel quem lenibus*
*Cynthia quondam cepit ocellis:*
*Populósque tuos hilari circum*
*Lumine cernens, felix semper*
*Votique tui certus abibas;*
*Solus tanta liber in vrbe.*
*Regem, Musæ, plangite vestrum:*
*Qui non crinem Perside gemma*
*Post Pellaum condidit aurum.*
*Qui non cunctas vndique solus,*
*Quas aurato videt aspectu*
*Maximus æther, possedit opes;*
*Sed contempsit: melior regni*
*Idemq́ sui certior autor.*

III.

## Threnus.

*QValis pampinea pendens e fronde cicada*
*Tranquilli placidè tempora veris agit:*
*Et modo cũ Zephyro sustollitur hinc atq́ illhinc,*
*Et leuiter motis erigitur folijs.*
*Nunc dulci strepitu concussis leniter alis,*
*Ebria nocturnis roribus intremuit:*
*Innocuamq́ vna solatur voce senectam,*
*Deliciæ ruris, deliciæ domini.*
*Ast illam pedibus lasciuus forte viator*
*Conterit, & priscis excutit è laribus.*
*Languet humus: gemit amissam longæuus arator,*
*Et viduus dulci murmure torpet ager.*
*Sic te, Dousa, tuam solantem carmine gentem*
*Improba mors nostris abstulit ex oculis.*

At

*At nobis superant tristes lachrymæ & singultus.*
*Et vidua est blandis patria carminibus.*

IIII.

## Ad Solem.

*AVriga lucis, ignei poli cursor,*
*Metator æthræ, temperator horarum,*
*Æui minister, circulator æterne,*
*Lustrator orbis, dissipator umbrarum:*
*Currus perennis igneaq; quadrigæ*
*Frenator ingens: qui diem vehis purum,*
*Rursusq; vultum surripis tuum mundo,*
*Et candicantis occulis comæ flammam;*
*Cras è lacertis Tethyos tua rursus*
*Redibis; at nox occupat meum solem.*

V.

## Ad Sidera.

*DVlces alumni noctis, ignei fratres,*
*Paruæ cohortes, aurei poli ciues,*
*Qui per serenos ætheris vagi campos*
*Molles choreas ducitis leui planta,*
*Cum membra nostra molliter reclinata,*
*Victosq; sensus occupat sopor lenis;*
*Quid nunc, vt ante, per domum poli pictam,*
*Et è latebris, fornicisq; inaurati*
*Puris fenestris, tollitis sacrum vultum?*
*Abite rursus; non videbitis Dousam.*

VI.

## Threnus.

*QValis virgineæ florens ætate puella,*
*Cypridis haud vllis saucia vulneribus,*

Solli-

*Sollicitæ primos genetrici deuiuet annos,*
*Castaq; dilecto conditur in thalamo.*
*Et quoties somnus victos expugnat ocellos,*
*Languida materno labitur in gremio.*
*Intendensq; suos in dulcia colla lacertos,*
*Deficit, & blando victa sopore tacet.*
*At matrem subito diuæ nimium crudeles*
*Abreptam tenebris inuoluere suis.*
*Illa manet, seruatq; orbum deserta cubile:*
*Et nec dum matrem credit abesse suam.*
*Sed modo mœsta iacet, modo per thalamum nequicquam*
*Dulcia protendens brachia, deficitur*
*Optato prius amplexu: neque dulcia sentit*
*Lumina, sed solas corporis exuuias.*
*Has premit infelix: has toto corpore tangens*
*Anxia mens, tristes soluitur in lachrymas.*
*Donec sollicitam blando sopor interuentu*
*Paulatim dubijs fallit imaginibus,*
*Turbantem somnos, & adhuc in matre iacentem,*
*Dum croceo rursus Lucifer exit equo.*
*Sic nos, Dousa, tui percussos vulnere fati*
*Attonitus toto pectore iactat amor.*
*Cunctaq; turbantes gemitu, pater, atque errantes*
*Diuidit à doctis undique virginibus.*

VII.

## Ad Echo Douficam.

*Proles aëris, vltimaq; vocis*
*Semigarrula semimuta custos:*
*Quæ tantum loqueris tacesq; iussa,*
*Et sequi potes, & nequis praire;*
*Vox tantum neque tota: quæ quod audis*
*Respondere potes, loquique nescis,*
*Dousæ deliciæ iocusq; nostri,*
*Et solatia desidis senectæ,*
*Docti passere dulcior Catulli.*
*Quam blandis numerisque, garrulisque*

*Ciens vocibus enthea camena*
*Haganus animauit in salictis.*
*Dum semper canit, accipitque semper,*
*Nec quicquam, nisi sit locutus, audit,*
*Quæ, Dousa præeunte, verba summa,*
*Extremásque soles referre voces;*
*Nil illo præeunte, nil sonabis.*

VIII.

Ad Musas suas.

*HEinsi deliciæ, leuès Camenæ,*
*Quas plus Dousa suis amabat olim*
*Non illis oculis, scelesta Parca*
*Quos tam condidit abstulitque nobis,*
*Sed Musis proprijs, suisque Musis,*
*Musis mollibus, aureisque Musis,*
*Musis dulcibus, inclytisque Musis,*
*Et superstitibus suo poëtæ,*
*Quas primis satur ebriúsque flammis*
*Idæ lenibus hausit e labellis;*
*Vobis inferiasque lachrymásque*
*Soluit Heinsius, Heinsius superstes*
*Et Dousæ simul, & suis Camenis.*
*Actum est ilicet: ilicet valete.*
*Quis vos iam colet expetétque Musas?*
*Quis vos postmodo deperibit vnquam,*
*Heinsi deliciæ, leuès Camenæ?*

I.

IANO DOVSAE VERITATIS ASSERTORI.

*CVm vasta proles imminens Olympo,*
*Centimáque nixa brachijs iuuentus,*
*Premit at coelo, viribusque fractis*
*Deiecta, totam conderet parentem*

Fusi-

*Fususque longam sustineret Ætnam,*
*Et membra lato spargeret Peloro*
*Ingens Typhœus; desides Camenæ*
*Dignum triumpho condidere carmen:*
*Victoriæque magna pars Apollo,*
*Lyram soluto colligebat arcu.*
*Nos crimen audax matris insolentis,*
*Puerperamque parturire terram*
*Nouo Gigantes vidimus duello.*
* *Dibualdus audax, impotensq́. Lemus,*
*Arundilque sæua vis minacis,*
*Omnes vel Oto vel pares Mimanti,*
*Impune fastos presserant Batauos.*
*Hos Dousa, collo cruribusque ruptis,*
*Suis, vt ante, reddidit tenebris.*
*Ergo Camenæ perpeti quotannis*
*Adoreaque, musicoque rore,*
*Nouaque lauro, cymbijsque sacram*
*Bacchi liquentis irrigamus vrnam.*
*Vterque victor, hic & hic, Gigantum:*
*Vterque mactus, Dousa, Iupiterque est:*
*Hic fulmine audax, ille veritate.*

* Nomina Gigantum, quibus triuiales quidam Historiam Batauicã conspurcarunt.

II.

IANO DOVSAE LIBERTATIS VINDICI.

*Ardua cum sæuo tremeret sub milite Leyda,*
*Templaque Musarum sollicitaret Iber,*
*Et pariter ferrum, pariterque instaret egestas,*
*Nec fugeret partes illa vel illa suas;*
*Dousa, tenens dextra calamum, scutumque sinistra,*
*Constitit, & clausa liber in vrbe fuit.*
*Et, Manus hæc famam patriæ, dabit illa salutem,*
*Inquit, & euentum iussit habere suum.*
*Nam modo crudeles animum vertebat in hostes,*
*Et modo victurum concipiebat opus.*
*Audijt, & Dousa celebrat, carmine poscens,*

*Carmen*

*Cæruleas Nereus voluere cœpit aquas.*
*Continuo turpis latebras vix inuenit hoſtis,*
*Vix bene quà fugiat mollis Iberus habet.*
*Prodigij laus, Dousa tua eſt: qui namque nec armis,*
*Nec potuit vinci tempore, vicit aquis.*

## III.

### Eidem.

### de columbis quibus in obſidione vſus eſt.

Τὴν Βαζαβῶν ὅτε πᾶσαν Ἄρης ἐφόβησεν Ἴβηρος,
Τείχεα Λουγδούνου ἱρὰ περιπλόμενος,
Δουσιάδης δόρυ πάλλεν, ἐῇ δ' ἤμυνε πόληι,
Ῥινοτόρῳ μίξας Φοῖβον Ἐνυαλίῳ.
Ἀμφοτέρησι δὲ χερσὶν ὁμοίιον ἤγαγε κῦδος·
Τῇ μὲν ἔπη γράψας, τῇ δὲ μαχεσσάμενος.
Ἤδη πάντα λέλοιπε, κακὴ δ' ἐρεύγετο γαστήρ.
Πάντα δὲ καὶ λιμῷ τείρετο, καὶ πολέμῳ.
Οὐδ' ἔτι τις μερόπεσσι φάνη ὁδὸς, οὐδ' ἔτι νηυσί·
Οὐδὲ δι' ἐκ γαίης, οὐδὲ δι' ἐκ ποταμοῦ.
Τῶν δ' ἀτὰρ οὐκ ἔτι μέλλεν ἐς ὕστερον ἔμμεν ἄπυστος
(Αἲς γὰρ δούπων αἰὲν ἐπορνυμένων)
Δουζόφιλος Κυθέρεια· φίλον δ' ἐλέαιρεν ἀοιδόν·
Ὤιχετο δ' εἰς Κύπρου ἤθεα καὶ τεμένη.
Ἅρματι δὲ σφετέρῳ ταχινὰς ζεύγνυσκε πελείας,
Οἴετεας μικροὺς δ' ἡνιόχευεν Ἔρως.
Αὐτίκα δὲ μάστιγα καὶ ἡνία λάζετο χειρί·
Δοῦ δὲ διὰ πυλέων, δοῦ δὲ διὰ προμάχων.
Δοῦσα δέ μιν γίνωσκε μάλ' αὐτίκα, πολλάκι κείνου,

Παιδὸς

Πηιδηνὸς ἐὼν, λυγρῷ δ' ἕλκει τειρόμενος.
Τὰς δὲ λαβὼν ἀφέηκε δι' ἠέρος εὐθὺ πέτεσθαι,
Σήματα καὶ φίλων γράμματα δεξαμένας.
Αἱ δὲ μάλ' ὦκα φέρουσαι, πάλιν δ' οἰκόνδε νέοντο.
Ταῦτα δὲ νόστησαν αἰὲν ἀειδόμεναι· (ὕδωρ.
Κλεῖσον κλεῖσον Ἴβηρε περὶ χθόνα, καὶ μέλαν
Ἄμμε μετ' ἠερίων ἐκτρέχομεν ζεφύρων.

IIII.

Eidem de ijsdem.

*Perfidus ingentem vesano milite Leydam*
*Cinxerat, & vasto robore, miles Iber.*
*Terra, salumque, inquit, mea sunt: via nulla salutis:*
*Nulla patet puppi semita, nulla viro.*
*Dousa meus, medio spe libertatis, in hoste*
*Liber, & inuicto pectore tutus, erat.*
*Ille, Polus, dixit, dominum non nouit Iberum:*
*Et tua sola mihi, Iupiter, aula vacat.*
*Hinc quoque fas nobis patriæ sperare salutem:*
*Ille mihi Minos hac fugiendus erit.*
*Quo patriæ non tendit amor? qui falleret hostem*
*Dousa virum nequijt mittere: misit auem.*

V.

IANO DOVSAE VICTORI.

*Turpis nania, præficæque questus,*
*Et tristi precio redempta lingua,*
*Et suspiria, turbidique luctus,*
*Et singultibus impedita verba,*
*Tyrrhenusque tubæ frementis horror:*
*Et quicquid cinerique, funerisque*
*Pompæ, muneris imputatur vsquam,*

*Monemus procul esse. Nemo ponit*
*Sepulchrum tibi Dousa, sed trophaeum,*

## VI.

### IANO DOVSAE VIRO BEATISSIMO, Votum pro felicitate,

### Ad manes eiusdem.

*,, FElix, qui medio suppositus polo,*
*,, Fortunae potuit tangere terminum.*
*,, Qui tanquam proprium conspicit aërem,*
*,, Et quicquid facies conspicit aëris,*
*,, Nec sperat cupidus, nec male possidet;*
*,, Sed securus habet: Sic volucris vaga,*
*,, Sic piscis medio viuit in aequore.*
*,, Nobis sors miseris vltima contigit,*
*,, Queis sperare licet: curaque limites*
*,, Priuatos posuit, quos scelus abstulit.*
*,, Non gemmae precium fingit, & insolens*
*,, Rubri diuitias amplificat maris.*
*,, Non plausum numerat plebis, & ambitum*
*,, Incertus trepidi sollicitat fori.*
*,, Non victi lachrymas vendit, & atrio*
*,, Importuna locat tempora, nec fores*
*,, Pulsata dubijs fascibus intonant*
*,, Sed somnos patitur nox, admit dies,*
*,, Et Musae faciles. colligit ocio*
*,, Quod spargunt alij tempus, & inuenit,*
*,, Quae vel solus agat: Sic taciti dies,*
*,, Et concessa sibi tempora diffluunt.*
*Sic me, Dousa, tuis manibus additum*
*Fatalis veniens occupet exitus;*
*Nec vita saturum, nec timidum mori.*

IANO

VII.

IANO DOVSAE VENERVM ET CVPIDINVM SACERDOTI.

*CVm Dousa victus agro*
*Languesceret dolore,*
*Et membra iam supremo*
*Liquescerent sopore;*
*Molles repente venti,*
*Per aërem, leuesq́;*
*Vecti feruntur auras,*
*Ad regiamq́; blandæ*
*Se conferunt Diones.*
*Fauoniusq́;, dulcis*
*Cupidinum satelles,*
*Et Cypridis viator,*
*It nuncius, domumq́;,*
*Et limen obserata*
*Foresq́; pulsat aulæ,*
*Quas ianitor pusillus*
*Semper tenet Cupido:*
*Qui territus, Quis, inquit,*
*Has impulit Deorum?*
*Mox pandit, agnitumq́;*
*Admittit, intimumq́;*
*Deducit in cubile.*
*Illhic misella Cypris,*
*Patentibus labellis,*
*Errantibusq́; ocellis,*
*Et semihiante dulcem*
*Spirabat ore somnum.*
*Vix excitata, mollem*
*Deterserat soporem;*
*Cum nunciantis atra*
*Percussa voce, rursus,*
*Vt ante, semipressum*
*Defecit in lacertum.*

*Mox conuocat Senatum,*
*In curiamq́, paruos*
*Iubet venire Patres.*
*Stabat pusilla turba,*
*Et paruuli Quirites,*
*Deique pusiones;*
*Pars ignibus, minutis*
*Armata pars sagittis;*
*Nec dignitate cuncti*
*Pares, nec ore cuncti.*
*Hos Spes leues, at illos*
*Circumuolant Timores:*
*Hos sola Cypris, illos*
*Casta tulere Nymphæ.*
*At pars nouo quotannis*
*Repullulant ab ouo:*
*Quot siderum serenis*
*Nos fulgurat choreis,*
*Apesq́, purpurantem*
*Circunstrepunt Hymettum.*
*Tum sic profata Cypris,*
*Quis, ô Dei, quis, inquit,*
*Hic ocyus iugales*
*Frænauerit volucres?*
*Vix dixerat, repente*
*Auriga paruus, ambas*
*Sub aureis iugarat*
*Præsepibus columbas.*
*His vecta Diua, celsas*
*Bigis natat per auras,*
*Et spiritum cadentis*
*Intercipit poëta.*
*Mox rursus ad beatos*
*Delabitur Penates.*
*Hic fabricata contum*
*E liliis, rosisque,*
*Amaracoque, blanda*
*Stat ciuitas Diona.*
*Quam, turba sacra, molles*

*Circum-*

*Circumuolant poëtæ.*
*Hic, ebrius nouoque*
*Semper madens Lyæo*
*Anacreon, perennes*
*Exultat in choreas.*
*Et myrteo bacillo,*
*Tremensque, palpitansque,*
*Cupidines fugaces,*
*Et milites procaces,*
*Paruumq́; cogit agmen.*
*At legibus, beatam,*
*Regitque, iudicatque,*
*Rempublicam Secundus.*
*Dulcemque tradit artem,*
*Modumque molliorum*
*Et iura basiorum,*
*Viuitq́; in ore castæ*
*Et spiritu Neæræ.*
*Hunc Dousa conspicatus,*
*Quid, ô, moramur? inquit.*
*Tristes abite curæ,*
*Sordesq́; pallidorum,*
*Et lachrymæ reorum.*
*Sic fatus, Hagiensem*
*Amplectitur poëtam.*
*Et nunc vterque blandis*
*Exultat in labellis.*

## VIII.

### Eidem.

*RVsticus Æneas, miseram cum fugit Elisam,*
*Süauibusq́; basijs*
*Humentes Hyadas, nudumq́; Orionis ensem,*
*Et triste prætulit salum;*
*Allapsus tumulo, solemnia sacra parenti,*
*Ludosq́; reddidit suos,*
*Cursibus & castu, ductisq́; ad pectora tonsis,*

*Et ſpiculis errantibus.*
*Nos melius tibi, Douſa, nihil crudelius auſi,*
*Nec Cypridis læſæ rei,*
*Dulcia ſoluemus certamina: qualia nunquam*
*Alpheus Eleo Ioui.*
*Concurrent lepidæ iuuenum, me iudice, turmæ,*
*Mixtiq; virginum chori,*
*Inter odoratas myrtos, & amœna roſarum.*
*Tenacibuſque brachijs,*
*Colla per aurea, labraque dulcia, molliaque ora,*
*Inane baſium trahent.*
*Tum qui mollius os ſperato admouerit ori;*
*Amabilis luctæ ſatur;*
*Ingremium dominæ dulci clamore redibit,*
*Feſta coronatus dape,*
*Perfuſusq;, thymoque, & languidulo narciſſo;*
*Noſtro ſonandus carmine.*
*Tum pereat, qui me vel non putat eſſe poëtam,*
*Aut iudicare neſcium.*

IX.

Eidem,

De puro eius iambo, ex Hipponactæis puris iambis.

*IAmbe pure, purior tenellulæ proteruis*
*Roſillulæ papillulis, & Idulæ labellis,*
*Puellulæque ſimplicis, puellulæ venuſtæ,*
*Cui per ora primulum leues eunt rubores:*
*Meroque flore Liberi, trementibuſque guttis,*
*Quibus beata luminis parens ſerenat arua.*
*Iambe pure, Douſicæ medullæ ſola fama,*
*Tuo lepore ſaucius ſtat Heinſius miſellus,*
*Vaguſque fertur huc & huc, vaguſque fertur illhuc:*
*Velut ſtupore myſtico repente tacta Mænas,*
*Abit reditque millies, graui ſubacta thyrſo;*
*Sibique vulnus intulit, nec impodita ſenſit.*

Epi-

X.

Epitaphium.

*SIstas Viator: Dousici Manes rogant,*
*Tempus exiguum, moramque paruam:*
*Quem terra nouit, Troïcique pallida*
*Mater Memnonis, integerque Phœbus,*
*Quique emerentem surripit terra diem.*
*Non isti, gemitusque, tibiaque*
*Inane murmur, sordidamque naniam*
*Mendicant cineres, vagumque lessum,*
*Fractique raucos æneatoris modos;*
*Sed plenas tibi lachrymas remittunt.*
*Cui tota luctum destinat tellus suum,*
*Vnius scelus est ciere voce.*

XI.

In Harmoniam, quam paulo ante obitum audire sibi visus est Dousa.

*PErdita cum terræ contagia, viribus solutis, (tum,*
*Turbidaq; humani pelagi freta, naufragumq; pon-*
*Tenderet, exuuijs positis, meus enatare Dousa:*
*Ingentemque animam, neque sordibus, improbisque curis*
*Turpiter affixam, patriæ dare destinasset aulæ;*
*Occurrere Dei: quæque æthera tinnulo rotatu*
*Sidera percurrunt, celeresque feruntur acta in orbes,*
*Exhibuere simul sua carmina maximo poëtæ,*
*Quæ gelidi nubes animi solet inuidere nobis;*
*Et ciuem fecere suum. Probat, annuitque Olympus,*
*Hærentemq; animam circumstrepit, euehitque mentem,*
*Matutæ thalamos supra procul, & cubile Lunæ;*
*Asscribitque sibi: nondum licet exuisset atram*
*Corporis antiqui nebulam tamen, efficitque Diuum:*
*Et prius è terris quam pergeret, ætheris Quiritem.*

XII.

*In Orationem,*

Petri Bertij,

Diuis manibus IANI DOVSAE

SS.

*INclyta Lugdunum, tutelaresq; Camenæ,*
*Quæ vindicatæ turpe conculcant iugum,*
*Auspicijs seruata tuis gens, maxime Dousa,*
*Nondum subacta voce, persoluit tibi*
*Inferias tristes: nec adhuc famulata tyranno*
*Conclamat vmbram sancta Libertas tuam.*
*Bertius hoc audet, quicquid debetur ab vrbe:*
*Tantusq; nescit ore priuato loqui.*
*Vix tamen hoc Dousæ satis est, quod possumus omnes.*
*Obstricta tellus sospitatori suo*
*Plus nequit hoc vno: gratis licet esse, nec vltra.*
*Redditque totum munus auctori suo.*
*Quas ferimus Musas, prius hic accepimus illas.*
*Quæ dantur alijs, Dousa, redduntur tibi.*

IOSE-

# IOSEPHI SCALIGERI

## IVL. CÆS. F.

## EPICEDIVM

Nobilissimi Innocentiss. & Doctiss.

## IANI DOVSÆ

à Nordvvic.



*Ousiades, Musæ (quid enim nisi flebile restat?)*
*Lætitiæ vestris demite signa comis.*
*Frondentes ederas tristi mutate cupressu,*
*Tundite funesta pectora nuda manu.*
*Omnis, quæ Dousæ nascenti plauserat olim,*
*Exequias Dousæ turba frequenter eat.*
*Lugduni sedes, & culti sacra Lycei,*
*Et varia insignes vrbis ab arte viri,*
*Aspirate meis accentibus, omnis acerbi*
*Vulneris indignas præferat ore notas.*
*Publicus inceßat dolor omnibus. occidit ille*
*Vester amor, vestri summus honoris apex.*
*Quaque dies Dousam, mundo quoque lumen ademit*
*Noctibus innumeris nigrius ausa nefas.*
*Dira dies, non te nitido produxit Olympo*
*Vecta pruinoso Memnonis axe parens;*
*Sed tibi tristé iubar pallentibus extulit vmbris*
*Tartareo peplo nox adoperta caput,*
*Ne foret vlla dies, non cui dedit Allia nomen,*
*Quam detestentur publica vota magis.*
*Quippe quid inter tot signantes tempora luces,*
*Quam dira titulum noctis habere potes?*
*Quid tibi cum claro radijs Hyperione cincto?*

*Redde orbi Dousam. sol erat ille tuus.*
*Sed quid vana queror, dum mens evicta dolore*
*Verba iacit surdis dirripienda Notis?*
*Quod fleo, non lacrimas, non est revocabile questu.*
*Iacturæ tantæ non capit ira modum.*
*Flos hominum, quæ te nostri feralibus ævi*
*Infensum vitijs ocior aura rapit?*
*Nec tibi concessi, modico quos limite fines*
*Temporis humani iusta senecta petit.*
*Sed medius moriens inter iuvenemque senemque,*
*Nec iuveni propior, posteriorve seni,*
*Non expectata hyemis statione recedis,*
*Autumno vitæ prætereunte tuæ.*
*Ah cur non annos totidem tibi sistere possum,*
*Quot morum merito vivere dignus eras?*
*Vt saltem humanis non tam cito rebus ademptus*
*Hospes in Elysijs vallibus umbra fores?*
*Sed quia lanificum rigidis vetat ordo sororum*
*Legibus, & duro stant adamante sera,*
*Quod possum facio; singultibus aëra mulcens*
*Atque interruptis sidera pulso sonis:*
*Vt si non aliud, verso queerar ordine rerum*
*Ante diem vitæ pensa resecta tuæ,*
*Atque annos, quoscunque tibi post terga reliquit*
*Non expectato fine peracta dies.*
*Alloquor & Superos. tepidæ sua verba sequuntur*
*Inque suis lacrimæ questibus ora rigant.*
*Nec flemus surdis. respondent flentibus amnes,*
*Quos non exiguos terra Batava bibit,*
*Renus, & in Renum moriturus Mosa lacunis,*
*Et magni Reni portio magna Vahal.*
*Ipsa etiam lacrimis nunc auxiliaribus auctus*
*Infrenes nulli margine fundit aquas,*
*Prisearumque larum funus gentile professus*
*Insolito ripas Dousius amne premit.*
*Dousius, accepit gens a quo Dousica nomen,*
*Et gens, & veteris gentis avita domus.*
*Cuncta favent lacrimis, sociosq; in tristia nostra*
*Contribuunt fletus femina virq; suos.*

*Et quibus extiteras vultu vel nomine notus,*
*Omnibus indignus cen. rabit ora rigor.*
*Ille refert culto longas in pectore dotes,*
*Hunc tangit probitas, & sine labe fides.*
*Exactos alius generoso pumice versus,*
*Alter conuictus dulcia verba tui.*
*Quotque tui meriti partes in mente reuoluit,*
*Tot iusti causas ille doloris habet.*
*Ast ego convertor facies diuersus in omnes*
*Vnde mei dubius carminis orsa petam,*
*Dum quæ virtutum fuerit tibi copia, premo,*
*Quot fuerint, in te quæ cecidere bona.*
*Hinc me nobilitas, hinc me tua summe virorum*
*Virtus, & probitas, & pia vita rapit.*
*Nam tibi quæ sublime genus natura creauit,*
*Hæc eadem mores ingeniumque dedit.*
*Ast quæcunque domus fuerit lux magna beatæ,*
*Ingenij dociles non tamen æquat opes.*
*Est aliquid, fateor, clara quæ gentis ab ortu*
*Missa per innumeros gloria fulget auos,*
*Et nitidi generis seriem deducere longam*
*A magnis orta nobilitate viris.*
*Sed maior laus est, titulis à mente petitis*
*Non sinere ingenium stirpis honore premi.*
*Tu quoque quum possis consert laude tuorum,*
*Auctores generis quos tuus ortus habet,*
*Ne tua per segnem marcerent tempora vitam,*
*Sacrasti Aonijs otia tuta choris.*
*Tunc Cirrhæa suo patuerunt orgia vati,*
*Et tibi de viridi lecta corona iugo est.*
*Prima tibi facilis ludens Elegia nascenti*
*Dictat in alternos verba coacta pedes:*
*Et tibi subijciens blandis incendia flammis,*
*Sæpe Cupidineo ventilat igne faces.*
*Et quod ames semper semper quod scribere possis*
*Materiam teneri luſor Amoris habes.*
*Nec tamen exili carmen deducere filo*
*Est satis, & senis iungere quinque pedes.*
*Ne regnum Veneris, puerique Cupidinis arcus*

*Carmen iners Elegis caussaque vana foret,*
*Historia patriæ monimentis eruta priscis*
*Clarorum reuocas fortia facta ducum.*
*Idque tibi debet, patriæ quod gesta Batauus*
*Nunc tenet, in patria qui prius hospes erat.*
*Quid referam lyrico modulata poëmata plectro*
*Nec male tentatum nobile carmen epos?*
*Nil tibi felicis genij natura negauit,*
*Vtilis ad nitidi carminis omne genus.*
*His tibi transmissa est æui pars prima quietis*
*Passibus, & strepitum non faciente gradu.*
*Et licet ingenui secessus otia quærens*
*Ventosæ fugitans ambitionis eras,*
*Te tamen accitum sancta in collegia patrum*
*Quinque bis annumerat Curia summa viris.*
*Nec minus erronem ciuilia castra sequentem*
*Aoniæ reuocant ad sua signa Deæ:*
*Et quum prolatis redeunt diludia rebus,*
*Quicquid ab innumera lite vacare datur,*
*Ad Phœbi secreta, tui non transfuga moris,*
*Et veteres cultus, & tua sacra redis,*
*Et licet officium rigidos abducit in actus,*
*Te tamen in medio mens Helicone locat.*
*Nec piget argutis Epigrammata ludere nugis*
*Inter clamosi prœlia dura fori.*
*Denique quum magnum viuus sis nomen adeptus,*
*Maius ab exequijs quale nec vllus habet,*
*Ac te grandis honos volucri super æthera fama,*
*Et penna fatum non metuente vehat,*
*Non minor innocui vitio maculaque carentis,*
*Quam consummati laus tibi vatis adest.*
*Adde quod ingenuæ mentis non vltima mores*
*Inter sinceros præmia candor habet.*
*Contra, mordaci quemquam distringere lingua*
*Est animi nigro felle madentis opus.*
*Nulla venenatis salibus tibi pagina tincta est,*
*Nec dedit infames lingua proterua iocos:*
*Nec, quæ res æuo non est incognita nostro,*
*Strinxisti in celebres impia verba viros.*

*Iure igitur querimur, te iure dolemus ademptum,*
*Omnis & in partem turba doloris adest,*
*Et miscet gemitus, & verba querentia fundit*
*Pro tamen erepto non valitura viro.*
*Hei mihi, quam celeri versat Fors omnia lapsu,*
*Quam rapido subitas alterat orbe vices.*
*Nam modo quem validum faciles vidistis, amici,*
*Et cui nec dubius tinxerat ora color,*
*Hunc inopina breui rapit inclementia morbi,*
*Atque est, quod feretro triste leuatur onus.*
*O festina dies, ô rerum lubricus ordo,*
*O nimium propero mors celebrata gradu.*
*Me miserum, quo nos nunquam rediturre linquis,*
*Non voto, humana non reuocande prece?*
*Te retinent ciuem cognati sidera cœli,*
*Et non turbandæ pacis amica quies.*
*Nos habet in varios rerum districta tumultus*
*Inque catenatis vita trahenda malis,*
*Hic vbi nec requies, nec qua sibi quisque precatur,*
*Sollicitæque leuant otia mentis onus,*
*Otia Pieridum sacris secessibus apta,*
*Otia numinibus semper amata tuis.*
*Pro quibus insano reboant molimine lites,*
*Et clamor streperi natus ad arma fori;*
*Qui procul Aonidas hominum de mente fugauit,*
*Instillans lucri blanda venena sui,*
*Ingemuisq; animis ignauas obijcit artes,*
*Segne vocans humilis carmina mentis opus.*
*Hinc spinosa suis armata Sophistica nugis*
*Incedens longo syrmate verrit humum.*
*Omnibus hæc studijs, &, qui fecere beatos,*
*Cultibus exclusis, obtinet vna locum.*
*Ipsæ Pierides turpi suffusa pudore*
*Pallidulæ salsis imbribus ora leuant,*
*Ac patrocinio defectæ nulla queruntur*
*Pro deploratis artibus arma capi,*
*Sed stultos homines verborum nectere casses,*
*Aut dulci linguas prostituisse lucro,*
*Heroasq; sacros, quos Iupiter æquus amauit,*

*Cum suis ipse propera morte perire fuit.*
*Te quoque barbaries nostri ne stringeret aui,*
*Credibile est ipsos consuluisse Deos.*
*Utque Astraea omni terris pietate fugata*
*Vltima de superum gente reliquit humum.*
*Sic tibi non vita haec, non tellus ante relicta est,*
*Iusta relinquendae quam tibi causa fuit*
*Tempestiuus abis, quum nil, quod rebus in istis*
*Laudares, nil non, quod quereris, erat.*
*Ergo neglecta linquens contagia terrae*
*Inter sidereos stella recepta sinus,*
*Omnia lunarem late subiecta sub axem*
*Despectus oculis inferiora tuis.*
*Non est mortalis (gemitus absistite) Dousa.*
*Non est mortalis Dousa, facesse dolor.*
*O vos, qui viuum Dousam fouistis amici.*
*O vos Dousiaci dulcia membra chori:*
*Exuite atrates foeminina tristis cultus.*
*Ista minus misero est digna colore domus.*
*Quum Dousa aeterna mutarit funera vita,*
*Funestam Dousae non decet esse domum:*

DAN.

# DAN. HEINSII
# SYLVARUM
## LIB. II.



## DAN. HEINS.

## DOMINICO BAVDIO,

## S. D.

OFfero tibi, Vir Clarissime, Syluas has, & (vt varia in ijs reperiri solent) lepida quædam & festiua, aut vt quidam fortasse iudicabunt, fracta & mollia. Homines inepti, quique poëtæ leges ex supercilio suo præscribunt: tanquam nefas sit verbis ea adumbrari, quibus plurimum delectantur homines. At, me Hercule, pater noster Homerus, idem ille qui Achilli Πηλιάδα μελίην, Aiaci, σκύτος ἑπταβόειον fabricauit, nusquam melius partes suas tuetur, quam cum Ioui Optimo Maximo thalamum ex nebulis ædificat ἀνὰ Γαργάρῳ ἄκρῳ: in quo lepidus ille Saturni filius,

molli quadam cogitatione liquescens, ne tantum quidem a se obtinere potest, vt cœlum adeat: sed in ipsis nubibus, optimam fœminam Iunonem suam, cuius alias raro meminisse solebat, multa causantem ( vt solent cum ad rem ventum est ἀκκίζεσθαι mulierculæ) bis terue placidè amplectitur: & cum antiqua illa cõiuge sua & sorore, id agit, cui sola coniux sufficere poterat. Nudam Venerem fateor produxi, sed & talis fuit cum simplicissimo Vulcano pœnas dedit, & in conspectu Deorum omnium, cum magno illo bellatore caput collimauit. Et enimuero, per tuum te Genium obtestor, aliamne fuisse arbitraris, cum è mari emergeret Κυθήροισιν ἐνὶ ζαθέοισιν; Aliamne cum Iunoni & Mineruæ prælata fuit? Ignorant videlicet homines rustici, Deam nostram, omne peculium in corpore habere. Nec dubitare possum quin ipsa Diua ( vt est ἱταμόν τι καὶ χαρίεν χρῆμα ἡ Ἀφροδίτη ) multum riserit, cum Mineruа hastam Paridi protenderet, Iuno aliud nescio quid, quod è Iouis dote consecuta esse poterat. Atqui, per ipsam hanc Deam, quid causæ

causæ est quod pictoribus, collegis nostris, nemo obijcit, quod nudam eam depingant? Quibus si quis omne dempserit, quod vestis celat, quantum de arte eorum decedet, qui ex eo maximam laudem consequuntur, quod minime dici potest? Huius porro libelli patrocinium committendum fuit homini σοὶ κἀναφροδίτῳ,

*Qualem te patriæ custodes Dij genuerunt.*

Cum enim non vno numine poëtæ afflentur, quorum primus est Apollo; accedunt duo præterea, alter Semeles, alter Veneris filius: qui paruus stellio, Apollini sæpe ipsi, & auo suo τῷ νεφεληγερέτῃ, cum adhuc in cunis vagiret, negotium exhibuit. Hic etiam hodie poëtas, vt quisque eorum simplicior, & moribus minime fucatis est, κατέχει. Qui, si quid a me commissum sit, serio deprecabitur. Quod si nequeat, ad tribunal Aristotelis nostri me conferam, qui testabitur, τὸν διὰ πάθος τι ἀδικοῦντα, ἀδικεῖν μὲν, ἄδικον δὲ οὐκ εἶναι. Sin ne sic quidem vt taceant ab illis impetraro, væ ijs qui ex versibus meis me æstimare pergunt. efficiam enim cum ad cothurnū, aut epos,

aut

aut lyram me contulero, vt iudicij sui pœnas dent, tanta grauitate illis os obstruam: nec enim Iupiter ea nocte minus expedite fulmen tractat, qua Iunonem suam expertus est: nec Patroclo minus ab Hectore periculi fuit, quod recenter ab Andromache rediret. Vale Collegarum suauissime, & me amare perge.



IN NVPTIAS

OTTONIS HEVRNII,

IOHAN. F.

ET

IOHANNAE à SVVAENSVVIIK.



*Abula narratur toto lepidißima cælo*
*Ignorata diis terris, quam sancta vetustas,*
*Et rerum velata fides, quam mysticus horror*
*Condidit, & nostrum melius seruauit in æuum:*
*Inter gramina blanda fusus olim,*
*Et floresque, comasque, garrulisque*
*Ventis leniter impetita Tempe,*
*Blanda concidit ebrius sub vlmo*
*Humani generis faber Prometheus.*
*Illhic dum trepidansque, palpitansque,*
*Et multo Deus æstuans Lyæo*
*Vinosos grauis euomit sopores,*
*Mox tandem vigilans suaue monstrum,*
*Monstrum candidit (ô Dei!) venustum:*
*Monstrum cui faciles erant ocelli,*
*Monstrum cui faciles erant papillæ,*
*Pectus mobile, mobilesque vultus,*
*Et mens flexilis hinc & inde, quódque*
*Iuuando nocet, & iuuat nocendo,*
*Ridendo ferit, & premit fauendo,*
*Quod diu nomine cum careret omni*
*Ignotum populis Deisque, visum est*
*Puellam superis vocare Diuam.*
*At tibi mens, Heurni, patrias euoluere chartas*

*Hactenus*

*Hactenus inconcessa fuit; tibi fila sororum*
*Fatáque tu cessere suum. superabilis herbis*
*Atropos ignaro pepigit tibi fœdera Dite,*
*Præsentes adhibere manus mortalibus ægris,*
*Et festinanti lucem differre morti.*
*Magne animi, magne herbarum, nisi pectora morbus*
*Nescio quis, dulcis nimium, nimiumque beatus*
*Languidior viola, matutinoque hyacintho*
*Quem tremulæ argenti pendentis undique guttæ,*
*Guttæ candidulæ, gutta leniter sudantes,*
*Flecteret, & captos, Iacobum doctissime, cursus*
*Sisteret! ah medicos in te nil posse labores!*
*In te artes cecidere tuæ: primusque requiris*
*Infelix quod semper habes: succique medendi*
*Auctorem fugere suum: quem læsus adibis?*
*Quem gens omnis adit: primus tibi desinis ipse.*
*Quid (et nunc sacra tua, miser, ah, miser! est quid*
*Pergameus totam variè diffusus in artem,*
*Tot titulis distinctus, agit? vel quicquid in herbis*
*Longævus desudat Arabs, Arabísque nepotes,*
*Graiorumque sequens tardè monumenta, Quirini*
*Gens, aut secuta sui senior ipse Galenus*
*Inclyta disciplina sua: infraque puellam*
*Ars est ipsa tuam: minor est quam fœmina virtus*
*Quæ medicam promittit opem: citraque Dionen*
*Hippocratis sunt iura tui: non tollitur herbis,*
*Dilectus sibi morbus, amor: sed multa medendo,*
*Sed facili strepitu, & lepidè ridente susurro,*
*Sed nutuque, iocisque, ubi leni fœdere iuncta*
*Labra diu blandis concurrunt mixta labellis.*
*Cùm placida nox mitis humum circumvelat umbra.*
*Nam lepidum, nam dulce aliquid, blandumque videri*
*Opposuit natura viro, quo ducimur omnes,*
*Sed sine vi, sed sponte tamen: centrumque puella est:*
*Quælibet huc tendit gravitas: hanc circulus aut,*
*Hanc circum rotat orbis, & alta machina mundi.*
*Sive quis aurati percurrit lumina cœli,*
*Post Helicen Ursamque, & sidera cuncta; duobus*
*Sideribus contentus abit: placidaque puella*

*Lumini-*

*Luminibus geminis Hyadas postponit & Arcton,*
*Pleiadásque suas: seu quis fulgentia Martis*
*Arma gerit, latus tenero concedit Amori:*
*Et fati sibi causa sui est: dominamque fatetur*
*Qui dominum non nouit Amor, victórque virorum*
*Totque ducum victor teneris procumbit in vlnis.*
*Nam gens illa leuisque, mobilisque,*
*Illa lactea turba, turba nostræ*
*Struens insidias seueritati,*
*Prædatrix grauitatis illa nostræ,*
*Quæ blandis oculis & ore leni,*
*Quæ vultu lepido & gradu venusto*
*Armata imminet, incubatque in his,*
*Non est ferrea, sed cupit videri.*
*Ergo animi præstans Iuuenis, feliciibus instans*
*Auspiciis ordire virum, dulcésque iuuentæ*
*Desidiem facilem, libertatémque puellæ*
*Iam totam largire tuæ. Nox præuia, tædis*
*Pronuba nox, sacrúmque educens Hesperus agmen.*
*Hesperus auratæ Veneris qui præsidet aulæ,*
*Emicuit, signúmque dedit. Deducitur intrò*
*Virgineus pudor, & pauidæ mens victa puellæ,*
*Non talis reditura suis. Tu, Sponse, memento*
*Paulatim maiora sequi: primum oscula furtim,*
*Oscula, sed pressis leuiter luctantia labris:*
*Sed placidæ, & sedata, sororioq, oscula casta,*
*Qualia vel Marti genitrix, vel Delia Phœbo*
*Vix ausit debere suo. mox altera rursus.*
*Altera mox rursus, mox altera & altera rursus*
*Et post plurima plura, & post creberrima multa:*
*Halitibusque per os errantibus, inque susurros*
*Linguis compositis, linguis leuiter commissis.*
*Delicijs sic sponte suis gradibúsque suäuis*
*Ad metam procedat amor, dum poscere discat*
*Quicquid nunc inuita petit: dum victa pudorem*
*Militia facili, placido consuescat amori.*
*Nunc, ô, candida ter venustáque audi,*
*Virgo candida, virgo blanda, virgo*
*(Nam tecum mihi res erit parumper)*

Nunc

*Nunc solatiolum tuæ parentis,*
*Cras solatiolum tui mariti,*
*Caue basia quæ vocantur, esse*
*Durum quid rigidumque suspiceris.*
*Hæc oris tepidique mobilisque,*
*Hæc linguæ tremulæque garrulæque*
*Argutatio prima, mollibusque*
*Titillatio blanda nixa linguis,*
*Sunt præludia: quæ suaue pectus*
*Leni molliter imbuent calore.*
*Illam deliciæque ineptiæque,*
*Et quæ nescio protenus sequentur,*
*Quæ frustrà teneræ pauent puellæ.*
*Tu felix thalamum pete, & supremum*
*Turba basiolum tua repende.*
*Ille, feruidus ille, pectus ægro*
*Dudum saucius igne, victor alta*
*Tundet limina: quæque agantur illhic*
*Hora protinus explicabit vna.*
*Salue candida, ter venusta salue,*
*Salue lactea, ter beata salue,*
*Salue, dum licet, vltimumque virgo:*
*Cras matri similis tuæ redibis.*

NVDA

# NVDA VENVS
## SEV
## CARMEN NVPTIALE
## STEPHANI DOVSÆ
## IANI F.
## ET
## ANNÆ ab EVSVM.

*AVreum linquens cubile,*
*Cæruleumque tramitem;*
*Nubium parens, beatas*
*Quà Deûm pingit fores,*
*Iris ad leues Dionæ*
*Fluxerat nuper lares:*
*Nunciumque, nunciumque*
*Dulce lacteum tulit.*
*Hîc Cupidinum Senatum*
*Vidit, hic paruos Deos:*
*Curia hîc fratrum Deorum*
*Dulcibus fulta est rosis:*
*Risus hîc iudex locusque est,*
*Blandiora numina.*

II.

*Hîc viuida illa turba,*
*Deique pusiones,*
*Lusuque, mollibusque*
*Libant humum choreis;*

Cc Talis,

*Talis, crepundijsque,*
*Pilisque, gaudijsque,*
*Respublica illa constat.*

III.

*Ergo ciues ludibundos*
*Cogit, & vagos, Dea:*
*Mellemque nectar oris,*
*Et leues ferit sonos,*
*Illaq́, inquit, basiorum*
*Prisca vos mater vocat,*
*Haga, quam Secundus olim*
*Lacte Cyprio fluens*
*Imbuitque, mollijtque:*
*Dousa vos meus vocat.*
*Audijt nomen Secundi,*
*Nomen & Dousæ, Venus,*
*Et procul tocans imago*
*Dousa, Dousa, reddidit:*
*Reddidere umbræ salaces,*
*Reddidere fontium*
*Lactei lapsus, tremensque ar-*
*genteis myrtis nemus.*
*Quæ illis hæc blandis intexunt mœnia ramis,*
*Quas super & cerasi leue purpureæ natabant:*
*Nam Veneris blandi signum gerit illa pudoris*
*Arbor, & humentes rubor inter fulgurat herbas:*
*In vitreisque elucet aquis; rubor albus, vt olim*
*Virginis indomitis stillat ab uberibus.*
*At Lepor Lepor suauis,*
*Risuum mitis parens,*
*Sustulit fluens pluensque*
*Rore nocturno caput.*

IV.

*Et ille basiorum*
*Parnassus, Haga, nostros*

*Ait,*

*Ait, vocat calores?*
*Passuq́, mollicello,*
*Citatule, leuique,*
*Ad æreum Dionæ*
*Præsepe fertur; illhic*
*Illhic columbulasque,*
*Columbulas salaces,*
*Cygnosque, passeresque,*
*Turbamque pipientem:*
*( Hi sunt equi Leporis)*
*Lusuque, basijsque,*
*Et tinnulis susurris,*
*Et ebrijs salius,*
*Iocisque morsibusque*
*Pascit tenella Cypris.*

V.

*Hic illa quæ Bathyllo*
*Columba dulcis illa,*
*Quæ lacteo Bathyllo,*
*Cupidinum medullæ,*
*Et elegant iarum,*
*Anacreontis olim*
*Suaues tulit tabellas,*
*Cibum suetæ summis*
*Decerpere è labellis.*
*Quæ barbito sub ipsa*
*Sedem suam domumque*
*Fixit, senisque molles*
*Effluxit in choreas:*
*Hic illa quæ petulcos*
*Stellæ bibit calores:*
*Hic passer ille nostrì*
*Riualis est Catulli.*

VI.

**Hos tamen lubens & illos**

*Ca* ... *Elen-*

*Blanda praeterit Venus.*
*Aureo sed in recessu*
*Roscidum propter specum*
*Garrulosque per lapillos*
*Murmure exili strepit*
*Fons iocosus herbulasque*
*Roribus lambit suis,*
*E puellarum pudicis*
*Ille depluit genis,*
*Lachrymisque, lachrymisque*
*Nocte quae prima fluunt,*
*Cum minax Hymen proteruus*
*Pectoris premit fores.*
*Heic repente, molle, dulce,*
*Par venustulum videt,*
*Mitium columbularum,*
*Quas suo quondam fauens*
*Mobiles Dousae ministras*
*Nunciosque miserat,*
*Cum ferox Iber superba*
*Cinxerat Leidam manu.*

## VII

*Hae mobilesque guttas,*
*Et gemmeos liquores,*
*Argenteosque rores,*
*Depascere e supremis*
*Heic gestiunt myricis.*

## VIII.

*Queis Dea purpureis circumdedit ora capistris,*
*Quae violis, multumque suauibus e Narcissis,*
*Pasithees blando texuit in thalamo.*

## IX.

*Iunctosque suauiori*

*Sic*

*Sic tradidit Lepori.*
*At Diuus ille densas*
*Leuis natans per auras*
*Blandum reliquit agmen,*
*Cupidinesque dulces,*
*Satellites minutos,*
*Et milites pusillos.*
*Exercitumque mollem,*
*Loquaculum Deorum,*
*Turmasque gestientes,*
*Leuesque, mobilesque,*
*Et Cypridos proteruas*
*Amabilis choreas.*

X.

*Dousa nam sibi Cupido,*
*Dousa nam sibi est Venus.*

XI.

*Cupidinum suaues*
*Huic corda sunt penates:*
*Ille hospes est Amorum,*
*Et mollium Iocorum,*
*Et dulcium Leporum.*

XII.

*Intereà Deus ille, leues subuectus in auras*
*Ad Genium Dousæ gemina leuis alite fertur.*
*Vix Domini memor ille sui, fususque per herbas*
*Sub tremulum lauri nemus, umbrosumque cubile,*
*Inque thymisque rosisque suis arguta Secundi*
*Basia, languidulosque imitari cœperat ignes:*
*Delicijs hic ille vacat, semperque renidens*
*Ad digitos numerare suos risusque salesque*
*Gestit, & optata toties quæ surripit Ida*
*Basia, compositis supputat articulis.*

XIII.

*Hac ars opusque Diuo,*
*Nec curiæ, ſ. riue*
*Triſtes pauet tumultus,*
*Sed ebrius iocisque,*
*Sed morſiunculisque,*
*Gannitibusque, blandis*
*Exultat in labellis.*

XIV.

*In numerosque leui refluens per gramina ſaltu*
*Huc proſerpit & huc: dulceſque ante omnia Muſas*
*Dictaque ſuſpenſis bibit auribus: hæc ſitis illi,*
*Sic epulas colit ille ſuas: Bacchuſque Cereſque*
*Eſt molle carmen illi.*

XV.

*Huic lepidas Deus arridens ſummittit habenas,*
*Datque leueis per inane lubens frænare columbas,*
*Ille viæ certuſque ſuæ, tedæque iugalis*
*Molliter aurigatur, & halitibus perfuſus,*
*Et dominæ tepidis profluit illecebris,*
*Agmenque molliorum*
*Secum vehit Leporum.*

XVI.

*Ille dulcibus Cupido*
*Nuptijs eſt, ille Hymen:*
*Ille baſijs onuſtus*
*Millibus, mille & iocis,*
*Ductibuſque, ſuctibuſque*
*Viuidiſque nutibus;*
*Rore multo purpurantes*
*Heſperi petit fores,*

Heſperi

*Hesperi cubile, dulces*
*Hesperi petit lares,*
*Aulamque; lenibusque*
*Mulcet Deum susurris.*

XVII.

*Aureæ præter cohortis*
*Hespere, ô, qui mobiles*
*Ætheris vagi choreas,*
*Ignibus ducis tuis.*

XVIII.

*Hespere rex, rex Hespere, rex, qui prima puellis*
*Elicis humidulas gaudia lachrimulas,*
*Cum spe metuque blandi*
*Cor palpitat mariti,*
*Et desueta leues percurrunt pectora curæ;*
*Ductorque mitiorum*
*Censorque basiorum;*
*Ah pater, ah molles iuuenum qui dispicis ignes;*
*Et curiosus omnes*
*Procul vides lepores;*
*Ah citius dulces, Hespere, pande fores.*

XIX.

*Dousiadæ id largire meo, cui picta rubore*
*Iam tremit, exoptatque leui virguncula voto*
*Aduentum lasciue tuum; primosque calores*
*Ambiguosque æstus, & ineluctabile curæ*
*Sentit onus Cythereæ tuæ, iam victa marito*
*Succubuit mens blanda, pudorque immistus amori*
*Pectore bella gerit, magnæ præludia pugnæ.*
*Ah quoties limum leuiter demittit ocellum,*
*Et teneros flexo declinat lumine vultus,*
*Purpureoque oblita sui defigitur ore*
*In iuuenem conuersa suum, gemitumque subindo*

*Nescia*

*Nescia quid gemat, ah, summo de pectore ducit.*
*Ah votum gemit illa suum, tacitéque futuro*
*Pascitur, & primas natat inter pendula curas,*
*Lubricaque incertos animi libratur in æstus*
*Pallidulis versata ruboribus. O Dea Cypri,*
*Quam vaga sunt teneris pectora virginibus!*
*Cum pauidis vicinus Hymen ter dulce minatur*
*Exitium, trepidoque pererrans pectora motu*
*Cuniculos sub imis.*
*Dulces agis medullis*
*Iam fugitiue pudor! Sic dixerat: at Deus ille*
*Sudantes humore fores patefecit, & omnes*
*Sidereas hinc inde acies, populumque petulcum*
*Effulgentem auro, salientiaque agmina fratrum*
*In choreas diuisa suas effudit ab alto,*
*Dousiacos visura lares, visura iocosque*
*Basiaque: & promptas iussit procedere turmas,*
*Gemmantemque domum facili percurrere passu.*
*Emergunt tremuli iucundo fulgure Diui,*
*Et scintillantes diuiso lumine gentes.*

## XX.

*Salaxque turba noctis,*
*Ancillulæ piæque*
*Perseidos ministræ,*
*Aurea gens, gens aurea gens, gens blanda, leuisque,*
*Et Nox polum, solumque,*
*Festina cinxit atro*
*Circumdeditque amictu.*

## XXI.

*Ante alios dux ipse leui pater Hesperus ore*
*Ludit, & auratas voluitur in choreas:*
*Namque ferunt illum Veneris dum iussa ministrat,*
*Noctuque molliores*
*Dum ludit inter ignes,*
*Et subsilit, proteruus*

Pro-

*Proconsulem Dione*
*Basiaque & dulces lepidum numerare susurros:*
*In publicas vt illa*
*Mox inserat tabellas.*

## XXII.

*At iuuenis, magnum Dousa genus, alta recide*
*Vota, leuesque ignes, & inexorabile cessa*
*Tempus, & ignauas thalamo deducere lunas.*
*Sponsa dies, sponse illa dies, inuisa recondit*
*Lumina, noxque tuis aspirat molliter ausis.*
*Macte animus, inuicte heros, totumque iuuenta*
*Luxurians effunde sinum, dignumque calore*
*Aude aliquid tentare tuo: fera Martis imago*
*Armaque diu sperata vocant; tu languida mentis*
*Vulnera; tu tantas subeuns vlciscere curas.*
*Hîc animis inuicte opus est; thalamique sub ipsas*
*Ingrediens optata fores exultat Amazon,*
*Multa gerens, paribusque ardet concurrere telis,*
*Vix pelta metuenda sua: tu in vulnere vulnus*
*Fige lubens, animique ingentes prodigus ignes,*
*Ardoremque animose tuum, dulcesque furores*
*Interiore reconde sinu: Iacet insula dulcis,*
*Insula, defessis statio sperata marito:*
*Delicijs vacat illa, puellarumque superbos*
*Mitigat vna aestus, & inexsuperabile pectus*
*Igne decet tepuisse nouo, fastusque salaces*
*Terminus est: illhic posito concordia bello,*
*Paxque leuis mites confundet fœdere mentes,*
*Induciisque molles*
*Rursus nouabit ignes.*

## XXIII.

*Sponsa cernis, ah misella*
*Cernis, vt suauium*
*Prædo virginum procaces*
*Hesperus pandat fores?*

Dd *Frata-*

*Prataque atheris, polique*
*Campus aureus procul*
*Fulget hinc & inde plantis,*
*Siderumque lusibus.*

XXIV.

*Ah virgo miseranda, blanda virgo*
*Actum est, posceris : ah misella perge*
*Iam iam lachrymulam per os genasque*
*Saltem mollibus exprimas ocellis:*
*Iam dulcem gemitum dolor beatus*
*Ex imis leue ventilet medullis.*
*Iam suaue rotatiles ocellos,*
*Lucta praestolos velut futura*
*Humi figere perge, perge vultum*
*Primo pingere leniter rubore:*
*Quod cor pallidulum tui mariti*
*Primis sauciet, imbuatque curis;*
*Curis principibusque feruidisque,*
*Curis languidulisque mollibusque.*
*Iam iam lectulus ille, dulcis ille,*
*Ah ah lectulus ille, nequiorum*
*Felix hospitium suauiorum,*
*Solus deliciisque lusibusque*
*Salax arbiter, improbusque testis,*
*Scandatur tibi: quid moraris? ah ah*
*Vix centum modo basiis, iocisque,*
*Poenis, vulneribusque, lachrymisque,*
*Horrendum scelus illud expiabis.*

XXV.

*Victor ades, iam victor ades. licet alite fausta*
*Iam venias, totosque expires pectoris ignes,*
*Vndanteeque ardore animum : dux illa puellis*
*Quae toties, oculisque natantibus, aspectuque,*
*Deliciisque impune suis, risuque salaci*
*Cor lusit, lasciue, tuum: cum lumina furtim*

Fallaces

*Fallacesque oculorum acies deflexit, & in te*
*Millibus occultas spirauit nutibus auras,*
*Ah flammæ haud ignara tuæ; iacet illa, marite,*
*In thalamo iacet illa tuo. Res magna minaxque*
*Horrendumque aperitur opus. Vos limine ab illo*
*Matronæ, comitumque leues hinc inde choreæ*
*Tendite: & imbelles animæ properate puellæ,*
*Vobis tempus erit, leuibus cum peruia curis*
*Pectora, nocturnæ subeant discrimina luctæ.*
*Ille ferox grassator adest, spoliisque superbus*
*Ardet, ouans immane, acres sedare calores*
*Cordis, & immensos animi diffundere luxus.*
*Victor Io, ter victor Io: Iacet illa, marite,*
*Ah trepidans, strepitusque omnes, sonitusque, pedesque,*
*Cunctaque suspensa metitur murmura mente.*
*Ferree, tun' molles poteris turbare capillos?*
*Ferree tun' mites poteris deducere vultus?*
*Quam ferus abfuit ille, Dei, qui dulce tuentem*
*Innocuam, pauidamque, nec vllum tale merentem*
*Supplicium, castis rapuit genetricis ab vlnis*
*Triuius, & horrendo potuit donare marito*
*Puellulam, pudico*
*Ah languidam rubore!*

## XXVI.

*Vos sodalium fidelis*
*Gens, valete, & plaudite:*
*Tota nunc quæ restat intus*
*Transigenda est fabula.*

## XXVII.

*Nunc illud os hiulcum*
*Nunc illud os petulcum,*
*Os vinnulum salaxque,*
*Os tinnulum procaxque,*
*Quod totque ineptiisque,*
*Et morsibus iocisque,*

*Et motibus iocisque,*
*Et pipilante lene*
*Et sibilante lingua:*
*Quod humido labello,*
*Ah improbo labello,*
*Dum basium supremo*
*Indulget ore furtim,*
*Disseminabit altos*
*Medullitus calores;*
*Vapulabit, vapulabit,*
*Et suo pœnas dabit,*
*Ah suo pœnas superbæ*
*Iam dabit proteruiæ.*

## XXVIII.

*Iam vos basia, basia illa Dousæ*
*Laus domestica, pergite: o marite,*
*Iam tu basiolis suauijsque,*
*Non illis tepidisque, languidisque,*
*Et semihumidulisque lubricisque,*
*Ah quæ patente summo*
*Vix profluunt ab ore;*
*Sed quæ liberioribus salinis*
*Circum luxuriantibus, profundasque*
*Haurientibus imitus medullas,*
*Et linguis redolentibus; proteruas*
*Emulgent animæ fragrantis auras.*
*Non quot sidera molliter serenos*
*Pulsis nubibus explicant ocellos,*
*Discursusq́, chorosq́: quotque circum*
*Siccæ frugibus eminent aristæ.*
*Ah nimis, nimis ah, nimis leporum,*
*Ah nimis, nimis ah, suauiorum*
*Ignarus fuerat meus Catullus.*
*Sed quot cum lepido suo Secundo,*
*Ida mollibus insidens labellis,*
*Dousa surpuit: illa te suorum*
*Hæredem dedit esse basiorum.*

*Nunc*

XXIX.

*Nunc illæ tepidæque, lacteæque,*
*Mollesque, tremulæque, candidæque,*
*Lasciuæ quater ah quater papillæ:*
*Quæ circum tunicamque fasciamque*
*Pressis vberibus sororiantes,*
*Et laxis imis orbibus natantes,*
*Turgentesque, leuesque, mobilesque*
*Lenes ducere gestiunt choreas:*
*Ah illæ indomitæ nimis papillæ,*
*Illæ turgidulæq́, gemmeæque,*
*Quæ sub carbaseo hinc & inde velo,*
*Dum vago leue palpitant tumore,*
*Et pellucidulo fluunt rubore,*
*Misello procul annuere amanti;*
*Horrida premi terique*
*Leniter discent manu:*
*Dexteramque, dexteramque*
*Melle serpentem ferent.*

XXX.

*Ah ah iam digitis magis remissis,*
*Solutis digitis, & expeditis,*
*Tironibus superbis,*
*Erronibus proteruis,*
*Audaculis, vagisque;*
*Rem geras, ferox marite,*
*Repe repe per genas,*
*Post genasque pectus illud,*
*Postque pectus illud ah,*
*Illud ah, ah illud illud*
*Ventris æquor: & quod hic*
*Inter illa, & illa & illa,*
*Valle sperata latet.*

XXXI.

*Hic horror, gemitusque, lachrymaque*
*Hic conuicia lenia, & querela,*
*Sudorque, strepitusque nascere: ah ah*
*Vires iam pudor vltimas ministrat.*

XXXII.

*Vixque capax nunc ipsa sui fit blanda voluptas,*
*Orgia cum primum teneris occulta puellis*
*Sollicitantur, & insuetos admittere tactus,*
*Errantemque manum tenui virguncula motu*
*Horret ouans; gelidosque leuis pauor occupat artus.*
*Haud secus ac quondam subitas cum fertur in vndas*
*Aut puer, aut dulces picta puella genas,*
*Frigoribus tremit insolitis: dum capta liquore*
*Humidula sensim frigore gaudet aqua.*

XXXIII.

*Sic mens insciaque imperitaque, intus*
*Voto luxurians suo fatiscit,*
*Dehiscitque, madetque, mergiturque.*

XXXIV.

*Locumque semper illum*
*Peti tremit pauetque,*
*Inuitaque optat, & se*
*Circumspicitque agitque:*
*Donec proteruus ille*
*Huc irruat maritus,*
*Tum vaga succumbens sibi mens, votique sinque*
*Impatiens, dulcesque animi perferre tumultus,*
*Liquitur, & succis humectat pressa labellis*
*Oscula, versutoque loquax assibilat ore,*
*Seque mouet, queriturque: & gaudia læta retractans*

Auges

*Auget opus predulce, leuique optata repellens*
*Arma manu, lentos irritat & allicit ignes:*
*Dumque vetat, iubet: & placidi furtiua doloris*
*Dat signa, tesseramque;*
*Ab tesseram proteruo*
*Suspirium duello.*

XXXV.

*Quis suspiria sponsæ nescit illa,*
*Fallacesque dolosque, lachrymasque?*

XXXVI.

*Vlterius res poscit agi: tu dulcia bella*
*Impauidus committe: nauant optata puellas*
*Vulnera: tu fera signa moue, recidiuaque rursus*
*Prælia: dum paruos videas emergere natos:*
*Hac vita noua causa noua est; vitalia semper*
*Mollia (quis credat?) Paphiæ sunt vulnera nostra.*
*Scilicet hinc dulces venient, gens parua, nepotes,*
*Gens Dousæ sperat a meo, quæ nescia rerum*
*Duloia iucundo percurrat limina vultu,*
*Festiua gens, leuisque,*
*Et viuidæ cohortes,*
*Pusilla turba, quæque*
*Exultet inter illos*
*Aui delicias sui libellos:*
*Illis diuitijsque, charteæque*
*Supellectilis imbuenda rore.*

XXXVII.

*Quæ post scæua fori redeuntem, & mœsta senatus*
*Iurgia, Dousiadem lepido circunsonet ore:*
*Desuetumque leues per humum spectare cateruas,*
*Exiguamque aciem lepido procedere passu,*
*Cogat inassueto pariter puerascere lusu,*
*Et blæsos tentare sonos, positisque togarum*

*Ponderibus, Baldoque suo, oblitumque senecta*
*Muneris, optata rursus meminisse iuuenta.*

## Erotopægnion. I.

*Ciues, ciues, quærite ciues,*
*Si quis vestrûm, ciues, ciues,*
*Viderit vsquam: sese passim*
*Quærit, ciues, Heinsius ipse;*
*Et qui quærit, perditus ipse est.*
*Ab hinc illhinc, rursus, rursus,*
*Ab hinc illhinc, feror infelix,*
*Triuiasque omnes, & clausarum*
*Cæca pererro tecta viarum,*
*Nec tamen vsquam cernitur ille*
*Heinsius: Heinsi, quæ tenet ergo*
*Te via? quis te sustulit Heinsi*
*Rapuitque tibi? Quæro, quæro,*
*Nec tamen ille qui se quærit*
*Heinsius vsquam est. Sic effatus*
*Veni nuper propter odoras,*
*Tremulasque leui rore myricas,*
*Rore halantes leniter herbas,*
*Lachrymulisque, quas nox blanda,*
*Et pacati mitia fundunt*
*Tempora veris, Zephyrusque pater,*
*Cum mobilibus molliter alis*
*Pergemmantem lasciuit humum.*
*Vidi hic, vidi, vidi, ô Diui,*
*Arridentem lene puellam.*
*Mea Rossi fuit. Perfida, dixi,*
*Num vidisti, sibi surreptum,*
*Hic errantem in gramine vatem?*
*Risit, risit, perfida risit,*
*Liquidisque in me mitis ocellos*
*Flexit, & hic est Heinsius, inquit;*
*Monstransque sinum, passis in me*
*Diffluit vlnis, vinxitque arctu*
*Hinc atque illhinc, strinxitque arctis*

Hinc

*Hinc atque illhinc colla lacertis.*
*Tunc amplexu, radijsque suis,*
*Et lascius nutibus oris*
*Diffidit imos corporis artus,*
*Flexitque omnes ignibus intus*
*Pectoris oras. Perfida tandem*
*Me mihi, dixi, perfida redde:*
*Rossa ah Rossa, perfida Rossa*
*Me mihi redde. Risit, risit,*
*Perfida risit, pandensque illud*
*Roseum, Superi, purpureumque*
*Succo humidulum, turgidulumque*
*Rore labellum, Venerum sedem;*
*Dulce hospitium, perfidiaque*
*Nequitiaque, blandorumque*
*Claustra leporum; totis animam*
*Flauit habenis. Sensi, sensi,*
*Viuit nostris Rossa medullis,*
*Mecumque venit Rossa reditque.*
*Scilicet ah ah perditus, Heinsi, es:*
*Rossamque geris, te Rossa tenet:*
*Et pro te se reddidit illa.*

## II.

*Hesterna mea lux mihi luce impresserat vdum*
*Basiolum, miti mitius ambrosia.*
*Erubui, tetigique genas, tetigique labella,*
*Et leuiter dixi: sic, mea Rossa, faues?*
*Nec mora, subridens, tepido sufflauit ab ore*
*Nescio quid blandis dulcius ex oculis.*
*Basiaque indulsit, tremulosque vdosque susurros*
*Finxit, & vna omnes explicuit Veneres.*
*Mox iterumque, iterumque, iterumq; iterumq; refixit:*
*Interea totam combibit illa animam,*
*Nunc feror infelix, anima sine, perque salebras*
*Perque vias omnes me sine solus eo.*
*Heu anima infelix caret Heinsius, Heinsius eheu*
*Qui modo tot fixit basia, funus abit.*

*Ah miser, ah quærit sese Heinsius: hei mihi tene*
*Vendere tanti vnum, lux mea, basiolum?*
*Sic equidem est: animam misero subducis amanti,*
*Inque tuo nunc me pectore, Rossa, geris,*
*Ah lachrymer? quid agam? lachrymis nequit illa moueri?*
*Infelix! lachrymis pascitur illa meis.*
*Basiolum poscam, tepidum, tremulumque, tenaxque,*
*Basiolum miti mitius ambrosia,*
*Inque oculisque, genisque, & in his niueisque nimisque*
*Turgidulis serpam molliter vberibus,*
*Sic mihi sic certum est: animam sic rursus eandem*
*Inueniam, rursus perdere si potero.*

## In Lullum.

*Nuper basia nostra, nostra nuper*
*Vidit basia Lullus, & repente*
*Subrisit leuiterque, molliterque.*
*Sed & delicias, sed & lepores,*
*Sed mel ingenij licentioris*
*Dixit basiolum, sibique tales*
*Optauit quoque basiationes.*
*Quin & discere, discere hæc poposcit*
*Demens basia, qua iocosus ille*
*Blandus Heinsius exprimi Phalæcis.*
*Quin ingens mihi sæpius Minerual*
*Missurum cupide, nimis nimisque*
*Discendi studiosus hæc, recepit.*
*At postquam mea basia, & lepores,*
*Et totos bibit imbibitque amores;*
*Puellam teneramque, floridamque,*
*Mire candidulamque, feruidamque,*
*Illam languidulam meam Nerillam*
*Blandum poscere basium, iocosque*
*Cepit molliter: imminensque totis*
*Risit basia diuidens labellis,*
*Sed post basia multa multa tandem,*
*Post tot basia rursus illa & illa,*
*Venter huic tumidusque turgidusque*

Paucis

*Paucis post, Superi, fuit diebus.*
*Miræ discipulus suauitatis!*
*O ipso quoque doctior magistro!*
*Qui non ora modo, aureumque vultum,*
*Sed ventrem quoque basiis lacessit.*

## In Catullum a Iosepho Scaligero emendatum sibique ab ipso dono datum.

*DVlces nequitias tuas, Catulle,*
*Si quis me sinat usque & usque & usque*
*Totis, improbe, basiare labris;*
*Hauriamque, teramque, adhæreamq;,*
*Mulgeamque procacibus labellis*
*Illas tot Veneres, Cupidinesque,*
*Amoresque, iocosque, passeresque,*
*Et suspiria garrula, & susurros,*
*Lususque, tremulisque pressa labris*
*Furtim basia. At o tamen Catulle*
*Festiuissime quæso mi Catulle,*
*Vnde candidiorque puriorque,*
*Arridens leuiterque gestiensque*
*Dulces aspicis Heinsij Penates?*
*Mellitissime Romuli nepotum*
*Salue terque quaterque mi Catulle.*
*Tene Iuliades Deûm propago,*
*Ille fortibus editus tyrannis,*
*Musarum pater, arbiterque vatum,*
*Heinsio dedit? ergo te Catulle*
*Beatus tenet Heinsius, tuisque*
*Felix pascitur Heinsius camenis!*
*At vos delicia mea, & Phaleuci,*
*Musæque innocuæque garrulæque*
*Illum Iuliadæ mei libellum,*
*Et hunc languidulum meum Catullum*
*Hauriamque teramque, combibamque;*
*Donec Heinsius, Heinsius misellus*
*Totus Iuliades sit & Catullus.*

DANIELIS HEINSII

# EPIGRAMMATA

ALIQUOT

## Extemporanea.

AD

Paulum Buzanvalium Regis Christianissimi Legatum.

### Pro Theocrito suo.

*DVm tenet infractos ciuili robore Gallos*
*Publica pax, populo sæpè vocata tuo;*
*Tityrus, & noster Corydon, dulcisque Comatas,*
*Et tibi quæ donet munera Daphnis habet.*
*Daphnis arundinibus melior, sed Tityrus ore:*
*Hic domini pecoris pastor: at ille sui.*
*Fistula sed multis senium contraxerat annis,*
*Et vitio cæci temporis atra fuit.*
*Nos varias sordes, nos longi incommoda sæcli*
*Sustulimus propera vulnera facta manu.*
*Offerimus tibi pacis opus: qui Celtica ducat*
*Arma, ducesque tuos, alter & alter erit.*
*Tempora, da veniam, tua si mea dona sequantur,*
*Et studeam domini sorte placere mei.*
*Si tibi Mars nocuit toties, gentique tuorum*
*Hoc mihi nunc prosit, quod tibi triste fuit.*

Ad

## Ad Musas Cornelij Rekenarij, apud quas Theocritum suum inchoauit & absoluit.

*O Faciles Diuæ, Rekenaria turba, Camœnæ:*
*Hospita gens, patriæ nomine iuncta mihi,*
*Auspicibus vobis, reus hospitijque, nouique*
*Carminis, has grates Heinsius autor agit.*
*Et, meministis enim, vobis, pia numina, primum*
*Testibus, hoc ipsum surgere cœpit opus.*
*Primaq; in his tectis manus vltimaque addita cœpto est:*
*Et nimium blandam sæpe tulistis opem.*
*Simichides vobis aliquid debere fatetur:*
*Et Corydon vobis quod referatur habet.*
*Non mea mens patriæ candori detrahit ora:*
*Nec minuam laudes, Flandria nostra, tuas.*
*Simplicitas mihi cura mea est, & pura voluntas:*
*Exulat è toto pectore vanus honor.*
*Quicquid id est, vobis aliquos referemus honores:*
*Vos eritis famæ pars quotacunque meæ.*
*Atque aliquis cernens Siculi monumenta poëtæ,*
*Heinsiaca quæ iam sunt meliora manu;*
*Protinus adiunget comites vos: vnaque laudis*
*Debita pars vobis, pars erit vna mihi.*
*Sic iterum saluete Deæ, comitesque laboris,*
*Nunc iterum comites nominis este mei.*

## In Reges Scotiæ a Iohanne Ionstono Iacobo VI dedicatos.

*BElliger aduersis Scote insuperabilis armis,*
*In titulosque tuos priscaque sacra veni.*
*Ite Caledonij, fortissima pectora, Diui:*
*Acceptas reges, Martia turba, tuos.*
*Sextus adest: felix operis Ionstone futuri:*

*Iam tibi regales porriget ille manus,*
*Nomine qui Sextus, qui primus carmine, regni*
*Participes nostras iussit adesse Deas.*
*Saepius (hoc Diui pariter quis vidit?) in vna*
*Et calamus simul & sceptra fuere manu.*
*Saepe nouo cingi vacuos diademate crines,*
*Sacraque plebs vidit tempora: laurus erat.*
*Ergo age dum reges regi, da carmina vati:*
*Materies demum non facit vna tuo.*
*Regibus Aonidas quis subtrahit? ille priusquam*
*Vix bene rex potuit esse, poeta fuit.*

## In Dactyliothecam Abrahami Gorlaei.

*OMnia quae prisca pariter vidisti Athenae*
*Aullaque sub ducibus Martia Roma tuis;*
*In Batauis condit domus vnica, quaeque nec vrbis*
*Nec fuerant gentis vnius, vnus habet.*
*Vna domus binas pariter complectitur vrbes,*
*Et veteres diti limine claudit opes.*
*Vidimus (haeredes Latij gaudete Bataui)*
*Ardua Romanos pectora ferre viros.*
*Vidimus immensi trabeam fulgere Quirini,*
*Vidimus & lituos, dux Tiberine, tuos.*
*Vidimus optatas Latio fulgere secures,*
*Aureaque in titulos surgere rostra suos.*
*Vidimus vndantem spolijs procedere currum,*
*Dum premit ardentes murice Caesar equos.*
*Cecropiasque domos, & arcanam Palladis vrbem,*
*Iungere nocturnam quae sibi gaudet auem.*
*Maximus hic, nondum Latio sat notus, Iacchus,*
*Qui Triuiae proles mystica matris erat.*
*Ipse pater, magno demissum nomen Iulo,*
*Obstupuit tantas Scaliger inter opes.*
*Ipse pater vastae miratus munera Romae*
*Caesaream natus Caesare vidit humum.*
*Ignea Gorlaei veteres mens tollit honores,*

*Et rapidas fati uonfiuit esse manus,*
*Iupiter, exul abi: profugum mutamur in aurum:*
*Aurea qui rursus tempora reddat, erit.*
*Esse Iouis poterat genitor, nisi Iupiter esset,*
*Ipsaque cum ferro iungeret æra suo.*
*Inque manus sera iam posteritatis amore*
*Relliquias veterum didere gestit opum.*
*Queisque solent prisci digitos ornare Latini,*
*Non digitos; totas instruit ille manus.*
*Roma domus Gorlae tua est (date fausta Quirites*
*Omina) Mars tectu præsidet ipse tuis.*
*Illa triumphorum moles operosa minaxque,*
*Quam toties Roma conspicis esse, tua est.*
*Longa dies Romam domuit, Roma omnia: cessit*
*Temporibus victus Mars pater: illa tibi.*
*Quaque latet Latij pars iam sibi redditur: ergo*
*Ne lateat, Latiam qui sibi reddit humum.*
*Scilicet, ignotos digiti qui monstrat honores,*
*Monstretur digitis, extera turba, tuis.*

## In Poëtam quendam.

*LAnguida quid doctis obtrudis carmina Cattis,*
*Et Batauos rides, vane poëta, tuos?*
*Scriptaque committis moritura frigida chartis,*
*Nec dubitas magnis proximus esse viris?*
*Scilicet hinc vultum grauitas corrugat, amasque*
*In numerum gressus figere posse tuos.*
*Verbaque rara iuuant tenui fucata sereno,*
*Utque per anfractus singula ducta suos.*
*At miser hoc fuco deluditur Heinsius: illi*
*Mens hilaris, puræ sunt sine fraude manus.*
*Nec populi plausus, studiumque affectat: at oiue*
*Simplicitas sequitur pectora, verba fides.*
*Desine velle tamen nimium diffidere nobis,*
*Atque alibi merces vendere perge tuas.*
*Rhenus Iber falsum populis distinguere fœtum*
*Dicitur, & prolem, barbare Celta, tuam.*
*Scilicet is nostram iam nunc perlabitur oram,*

*Et Batauam viridi flumine tingit humum.*
*Quid facient homines, sapiunt ubi flumina? iudex,*
*Si careant Batavi iudice, Rhenus erit.*

## Ad doctissimam Virginem Elisabetam VVestoniam.

*NEscio quid nostrae properabant ire Camœnae,*
*Et solito lentior blanda Thalia fuit.*
*Obstupui primo, nec erat cognoscere causam,*
*Nec potui mentis conscius esse meae.*
*Hoc erat: ibat ouans ad te, VVestonia virgo,*
*Musa, puellari suscipienda manu*
*Nympha, suum numerum tu non finis esse Camœnis:*
*Scilicet aequales tu facis esse Deas.*
*Crescere quis nostras sperarat posse puellas,*
*Aut aliquid maius post Helicona sequi?*
*Instituit primum veteres Bœotia Musas:*
*Expleuit veteres Anglia vestra Deas,*
*Sis facilis Thymbrae: tibi soror altera nata est:*
*Nata tibi soror est altera, Musa mihi.*
*Est aliquid, sterili quod non licet esse poëta,*
*Et faueat Musis altera Musa meis.*
*Quid mirum est? ipsis Dea praesidet illa Camœnis,*
*Musaque cui properat nostra Camœna fuit.*

## In infantem nondum natum matre moriente.

*HIc tumulus matrem, natū tegit illa: sepulchrum*
*Terra tuae matri est, nate, sed illa tibi.*
*Mortuus in tumulo es quo vixti molliter ante:*
*Estque tibi tumulus, qui fuit ante domus.*
*Sic tumulusque, domusque fuit tibi mater: & ante*
*Quam poteras natus esse, sepultus eras.*

Eal.

## Balthazaro Lydio, viduam ducenti.

*Qui facilis tecum deduxit tempora vitæ*
*Heinsius atque animi pars fuit una tui,*
*Cuique tuas curas, & gaudia cuncta solebas*
*Credere, nec mentem dissimulare tuam;*
*Nunc tibi supremum ius dicit, & ultima reddit*
*Omnia, quæ fas est soluere: Sponse vale.*
*Magnum tendis iter, qua nec via cognita nobis,*
*In gremio nuptæ figere castra tuæ.*
*Heu ubi nunc grauitas, & tot sublimia vota?*
*Heu ubi vis constans pectoris illa tui?*
*Omnia succumbunt: series venit altera rerum,*
*Et spolium de te qualibet hora feret.*
*Ah miser, addisces teneris decumbere in ulnis,*
*Et nimium fero miles amoris eris.*
*Ah miser, addisces quid dulcia basia possint,*
*Blandaque desertor transfuga castra petet.*
*Heu quoties prisca damnabis tempora vitæ,*
*Nec poteris mentis tædia ferre tuæ!*
*Scilicet has pœnas Veneri persoluimus omnes:*
*Sic solet offensas plectere læsus Amor.*
*Nec tamen a prisca penitus grauitate recedis:*
*Utraque coniungis: quam bene, sponse, facis!*
*In vidua sapiens, in coniuge viuis amator:*
*Conuenit hæc votis: moribus illa tuis.*
*Maxima pars iuuenum sub virginitatis amore*
*Æstuat, & primo victa calore iacet.*
*Sæpius interea lepidæ flos ille puellæ*
*Occidit, & nudum nil nisi nomen habet.*
*Virgine nil certum minus est: tu tutius ergo*
*Cum nequeas primus esse, secundus eris.*

## Epitaphium Lucæ Trelcatij.

*HVic tumulo lachrymas gemitusque impende viator:*
*Hac sibi communis præmia poscit humus.*
*Ex æquo dolor ille nocet: peruenit ad omnes:*
*Orbaque in vnius funere turba sumus.*
*Vna domus quemuis: vrbs hunc suspirat ademptum,*
*Non capiunt fatum mœnia nostra suum:*
*Latius hic quam Leida patet dolor: inuidet Haga:*
*Atque aliquid luctus vindicat illa sibi.*
*Sancte pater, felix requiesce: Batauia mater*
*Hunc tumulum lachrymis imbuit ipsa suis.*
*Marmora concludant alios: tibi tota sepulchrum*
*Terra tuæ testis sedulitatis, erit.*
*Vnum vrbs tota gemit: fuerat pater omnibus ille:*
*Totque habuit natos, quot tulit illa viros.*

## In pluuias effusas die sepulturæ eiusdem.

*AVreus inuisis subducit lumina terris*
*Phœbus, & obductus nubibus, exul abit:*
*Assiduis contra pluuijs inamabilis æther,*
*Et subito totam flumine condit humum.*
*Causa patet: cecidit Trelcatius, ille tot olim*
*Publica lux iuuenum, publica cura senum.*
*Sufficere in lachrymas nequeunt iuuenesque senesque:*
*Et minor est luctu terra Batauæ suo.*
*Deficiunt hominum lachrymæ: succurrit Olympus:*
*Cum lachrymis nostris iungit & ille suas.*

In

# In Echo siue Imaginem Iocosam

## Iani Dousæ, Domini in Noortvvijck & Cattendijck, &c.

*NUper in vmbroso Pan se diffuderat antro,*
*Qua leuis e gelida rupe cadebat aqua,*
*Cum furit & medio sol insanissimus æstu est,*
*Et rapido siccam sidere torret humum.*
*Adstabant blandi comites: hinc Daphnis amator,*
*Hinc melior sparsas cogere Thyrsis oues.*
*Dum furit & iunctas percurrit in ordine ceras,*
*Et calamo capros cogit in antra suos,*
*Responsura, cauis, aberat, quæ vallibus Echo*
*Reddit amatoris vltima verba sui.*
*Syluaque, seu totis spiraret fibila cannis,*
*Siue suos ignes fataque, muta fuit.*
*Quid faceret? Deus ille leues propendet in iras,*
*Nec bene riuales fertur habere suos.*
*Quid faceret? passim per deuia rura vagatur*
*Saxaque, per totam deuius errat humum.*
*Peruenit hinc illhuc, & quam non reppererit vsquam,*
*Norduvici profugam repperit esse Deam.*
*Æmulus ingemuit, dumque omnia scire veretur:*
*Dum sibi prælatum quærere suadet amor.*
*Dum tremit & properat, dum torquet in omnia vultum,*
*Dum cupit & metuit credere: Dousa fuit.*
*Dousa meus blandæ dictabat carmina Nymphæ,*
*Ingenio diuam fecerat ille suam.*
*Diriguit, veteresque animo dum colligit iras,*
*Defuit officio iusta querela suo.*

*Dousa meus quondam (vetus est iniuria facti)*
*Surripuit calamos Pan tibi sæpe tuos.*
*Dum veteres vatis Siculi percurrit auenas,*
*Tristiaque agresti carmine fata canit.*
*Cypris ut infusum gremio plorarit Adonin,*
*Et pueri lachrymis tinxerit ora sui.*
*Tunc sibi præreptam Pan indignatus auenam*
*Vix lachrymas fertur continuisse suas.*
*Hoc quoque restabat (nihil est immitius uno*
*Dousiade) totos exuit ille Deos.*
*Vox surrepta fuit, restabat vocis imago:*
*Hanc quoque Nordvvicum contulit ille suum.*

## In Martini Baldouij compendium artificiale Grammatices.

P*Er steriles curas exorsaque cæca iuuenta*
*Optima primæui tempora veris eunt.*
*Sic perit ætatis flos aureus; ipsaque vita*
*Iam grauibus Musis debita, lapsa perit.*
*Sub ferulis totum, sub virga ducitur æuum.*
*Et leuibus sceptris subdita turba sumus.*
*Sic mihi sex olim puero periere Decembres,*
*Ingenij facta est tanta ruina mei.*
*Quod sapimus nimis angustum est: consumimus æuum:*
*Dilapidat vitæ tempora quisque suæ.*
*Subtrahitur vero quicquid datur artibus illis,*
*Pace tua liceat Martia Roma loqui.*
*Præstiterit nunquam quam sic addiscere voces,*
*Linguaque tam caro non placet vlla mihi.*
*Non tulit hoc solers animi Baldouia virtus,*
*Nec, Superi, tali lege creamur, ait.*
*Exiguum vitæ est quod viuitur, & tamen error*
*Atque aliquid lusus vindicat inde sibi.*
*Cætera discendo pereunt vilissima quæque,*
*Et precio fiunt deteriora suo.*
*Sic ait, & sordes præceptaque vana relegat,*
*Paucaque quæ linquit vtiliora facit.*

*Quæ fuit annorum, res nunc erit illa dierum:*
*Grammaticus quiuis iam melior is erit.*

## Conclusio Dactyliothecæ Abrahami Gorlæi, Ad Lectorem, sub nomine authoris.

*HActenus in digito, lector studiose, moramur,*
*Et digitus tantum scribere iussit opus.*
*Vindicat hunc totum pars corporis illa laborem:*
*Nec satis est: post hac plurima, plura latent.*
*Annule te: ferrumque tuum testabor & aurum,*
*Gemmaque, Romana quam tenuere manus,*
*Non ego possessas educam in lumina merces,*
*Alterius nunquam munere diues ero.*
*Annule noster amor. sed iam non Annule noster,*
*In manibus cunctis, Annule noster, eris.*
*Iam quoque cunctorum quod munus es, Annule, nostrum est.*
*Hoc etiam nostro munere munus habes.*
*Annule, te magno dominus sibi vindicat ære,*
*Sed tamen ille suas omnibus emit opes.*
*Sint aliis priuata: domus res publica nostra est,*
*Difficiles certe non habet illa fores.*
*Illa patet Musis communibus, illa Mineruæ:*
*Diuitias cunctis possidet illa suas.*
*Hoc igitur noster quod non eris, Annule, nostrum est,*
*Quodque meus posthac non potes esse, meum est.*

## In Rhetoricæ Aristoteleæ Introductionem Gerardi Vossij.

*DVm patria tectis patrium defendimus hostem,*
*Et peragit munus cassis & hasta suum;*
*Pax abiit, pacis cum nomine vos quoque nostra*
*Aonides, mæstam deseruistis humum.*

*Cessit & infelix facundia, prima Dearum,*
*Cessit, & vt vidit muta dolore fuit.*
*Curia restabat: sed non cui cesserat olim*
*Seu furor Antoni, seu Catilina tuus.*
*Quam melius doctis iterum deducit Athenis,*
*Dum Stagira tuas Vossius haurit opes.*
*Di tibi dent cunctis quod non bene nostra poëtis*
*Tempora, temporibus laurea serta tuis.*
*Cedant arma togæ. Semel imperterritus Aiax*
*Non potuit lingua vincere, sæpe manu.*

## Leonardo Voochdio, supremæ curiæ assessori, patrono maximo.

*O S patriæ vindexque tuæ, quo sospite nunquam*
*Nescia facundæ curia vocis erit,*
*Idem qui faciles subducis in ocia Musas:*
*Ne pereat Batauis debita fama tuis,*
*Desine tantarum præconia poscere laudum*
*Ne tua per tabulas nomina quære meas.*
*Plus tibi debetur, quam quod persoluimus vlli:*
*Sufficiunt aliis carmina, nulla tibi.*
*Suppeditant aliis, tollunt tibi carmina laudem:*
*Deficiunt vni præmia nostra tibi.*
*Felices nimium, qui tantum carmina debent,*
*Cum precio par est ipsa camena suo.*
*Nos pia posteritas victos fateatur oportet:*
*Officio minor est ipse poëta suo.*
*Hactenus inuitos laus expugnauit amicos,*
*Atque aliquem fecit versibus esse sibi.*
*Nunc trahimur: sero nimium pudet esse poëtam.*
*Posterior meritis est mea Musa tuis.*

## Ad Ianum Dousam, cum ei Hesiodum suum offerret.

*A Scræi calamos, & iunctum nomen Homero,*
*Accipe deuotum, maxime Dousa, tibi.*
*Qui faciles Musas, si quicquam credimus illi,*

*Vidit, & errantes audijt inter oues.*
*Et modo qui pastor fuerat virgaque pedoque,*
*Sustulit audaci laurea scep'ra manu.*
*Mel dedit huic glandesque suas Parnassia rupes,*
*Quæque sitim pepulit Pieris unda fuit.*
*Vagijt hic inter pecudes testesque Camenas,*
*Et puer in cunis carmine dignus erat.*
*Seu socias quæris, sociæ vixere Camenæ,*
*Seu socium mauis noscere, Phœbus erat.*
*Nil propius Musis fuit hoc. quas quærimus omnes*
*Præsentes habuit ille poëta deas.*



DAN. HEINSII

# IAMBI

SIVE

# SYLVARVM

LIB. III.

*In Danielis Heinsij Iambos Petri Scriuerij Scazontes.*

AMice magne, o insolens Caballini
Potor fluenti, Musicique consessus
Dictator Heinsi; quo rapis tui plenos
Lepore? quas nos ducis in specus Frater?
Iamdiu Cothurnum vidimus Sophocleum:
O non inane cymbalon Tragoedorum!
Nunc nos quid istis (nam fatebimur verum)
Inusitatis versibus mori cogis.
En qui solebat impigro celer passu
Ad te venire Iambus, iste nunc iurat
(Misellus heu!) se Claudicare vix posse.
Placet, Poëta, hoc ergo? pro Tribunali
Sedere te plorantibus Magistellis!
Hicque e Curuli carmen ad Iuuentutem
Referre sanum, viuidumque! Nos vero
Blennos, ineptos, perperos, Poëtastros
Iacere mancos cruribusque præfractis!
Feramus, o feramus: osque Romani
Sermonis istud Atticique discamus
Optare cunctos, impetrare felices.

IANO



# IANO GRVTERO

## DAN. HEINSIVS

### S. P.




Etuo me hercule, nec iniuria, vt ſunt horum temporum ingenia, Vir Clariſſime, ne quis illud obijciat nobis, quod olim ſuauiſſimo ac vaferrimo illi congerroni noſtro Græco obiectum fuit, ὅτι Προμηθεὺς ἐν λόγοις εἶ. Ego enim, ſi Dijs placet, & bonæ Cypridi, Venereus ille nepotulus, tanquam ſi apud inferos Lethæo latice me inuitaſſem, tot lepores illos oblitus, tot delicias, ad Iambicam grauitatem me conuerto: nouamque perſonam ipſe mihi induco: quæ ſi ſatis deceat, tu id plauſu tuo teſtare. Eos porro cum olim obtulerim tibi, caue exiſtimes alij iam deberi: aut amicitiæ illius quam volentibus Muſis, tecum contraxi, pœnitere: vel perfidiæ reum quod ſceleſti milites ſolent, τὸν κατάλογον ἀποδιδράσκειν.

cum quotidie magis magisque contra officijs tuis, tanquam aurea catena, me deuincias: quam abrumpere non durum modo, sed contra omnes naturæ, fidei, humanitatis leges futurum sit. Quid quod nuperrime tantum tibi oneris imposuerim, vt curam Theocriti nostri, qui apud vos excuditur, committere tibi veritus non sim: qui si emendate prodeat, Musis bucolicis, & optimo Pani iam nunc vitulam alimus, quam tum mactaturi sumus: cuius nos quidem, quod in eiusmodi solet, carnes integras ad te mittemus. Adiunximus nonnullos quos interea amicorum causa conscripsimus; reliquos illos, qui de moribus erant, prætermisimus: tum quod seorsim eiusmodi dare in animo habeamus: tum quod integer fere hic libellus ea continet potissimum, quæ amicis aut deuota, aut illorum gratia conscripta sunt: ita vt totus sit φίλιόν τι, καὶ ᾽δυμενείας σύμβολον. Quicquid autem eius est, patrocinio tuo hæc committimus, Clarissime Grutere, qui cum paucis hoc tempore dignitatem litterarum in Germania vestra sustines. Ita tamen, vt reliqui

omnes

omnes laudis, gloriæ, existimationis præmio adducti ea præstent; tu Musarum causa omnia: vt cum sororibus nostris vnus in manum conuenisse videaris. quarum curam tam sedulo geris. Vale Clarissime Vir, & nos ama.



## PROSOPOPEIA

*Amplißimi Clarißimique Viri*

## CLAVDII PVTEANI

Senatoris Regij.

*SOl lucis autor, luxque postrema hac mihi,*
*Coniuxque curis dulce solamen meis,*
*Et vos meorum turba parua liberûm*
*Imago viua, parsque carior mei,*
*Nunc ora blanda, vultibus vultus meis,*
*Patriá, dulces iungite extremum manus;*
*Hæc sola restant. Testor immites Deas,*
*Mortemque nostris terminum extremum malis,*
*Solemque vitæ fulgidum testem meæ,*
*Lareisá, nostros: testibus queis primulum*
*Productus hausi principem vitæ diem,*
*Curæque lusi nescius; vixi satis*
*Laudi, mihiq,: patriæ tamen parum,*
*Vobisque nati. Patria infelix trahit,*
*Et ora blanda vestra, quæ mortem iubent*
*Gratam vereri. Dum tamen pueritiæ*
*Ætas serenos mitis admittit dies,*
*Nihilque scire dulcior scientia est;*
*Spei, metusá, viuite immunes, procul*
*Extra superbas casuum tuti vices,*
*Beata turba, matris inter oscula:*
*Lusuque mentem, mollibusque gaudijs*
*Mœstæ parentis spes relicta pascite.*
*Donec per annos cura succedens suos,*
*Fortiue tristis ardor, aut feri labor*
*Mauortis, acres poscet in bellum manus;*
*Heic patris este. cæterum matri lubens*
*Tempus relinquo: donec impotens sui*
*Inter suaues voluitur vita iocos,*
*Interque ludos errat, & crepundia,*

Innoxia

*Innoxia ætas, & minuta gaudia.*
*Viros reposco: Seria ætatem decent*
*Me digna quæ sit: vindicat sibi hanc pater,*
*Hanc illa nostra vita in exemplum trahat,*
*Vehatque in alta rerum, & incertas vias,*
*Motusque cæcos, patria ludum mea.*
*Virûmque in ora tendat, & ciuilibus*
*Frænare pergat Galliam ardentem malis.*
*,, Ah quot per alta syrtium discrimina*
*,, Emetiendùm saxaque alta, restat hoc*
*,, Quodcunque vitæ est! Gallia infelix docet*
*Vel vna cunctos. Ipse fortunæ ictus,*
*Domusque sortis, & taberna casuum,*
*Ergastulumque cuncta voluentis Deæ*
*Gens illa nostra est, improbisque motibus*
*Submittit acres patria infelix manus.*
*Hos inter imbres, & procellas imperi*
*Enauigandum est, quaque publicum mare*
*Rerumque feruet vnda: me portus tenet:*
*Legitque nostra, sæua, vela mors ratis,*
*Extraque curas, ciuicasque in arduum*
*Sistit procellas. Patria æternum vale*
*Dulcesque nati: blanda me quies vocat,*
*Auisque sanctam. patribusque molliter*
*,, Mentem refundo. Scilicet, quantum est, Deus,*
*,, Interque vitæ munia, & fluctus vagos*
*,, Duxisse castos noxia procul dies,*
*,, Dolique puras tollere ad cælum manus*
*,, Mauortis altos inter impetus; neque*
*,, Contagiosa temporum premi lue!*
*,, O Vita Vita, noxias cautes tegis!*
*,, Symplegadesq; mille labentem trahunt*
*,, Ætatis orbem, peruicax auri furor,*
*,, Vanumq; honoris nomen, & potentia.*
*Ignosce fasso patria limen domus,*
*Vmbraque auorum non pudenda nomina,*
*Fidesque regni, patriaque; dulcius*
*Priuata paruos inter exigit lares*
*Annos suaueis vita, & angustam domum,*

*Interque vultus coniugis, pudicaque*
*Senescit ora liberorum, spesque ouans*
*Gaudensque semper terminat tecto suas.*
*Non ille vastus regis exhorret minas,*
*Aulæque fluxam pallidus gemit fidem,*
*Lateriaque semper vndantes vias*
*Turba clientum cernit, & vanas opes:*
*Interque natos tutior regnat suos,*
*Securus, insons, innocensque: supputat*
*Annos aristis ille, solibus dies.*
*Idemque seruit, & beatus imperat,*
*Magnumq; nescit: terminus voti & via*
*Agellus illi est, paruulumque rusculum,*
*Focoque diues excitat priscum larem,*
*Motusque seculi ridet, & rerum vices:*
*Sortisque lentum fulminantis impetum*
*Thoro casaque tutus arcet, & procul*
*Lasciuienti cedit abditus deæ,*
*Ætasque curas inter effluit suas;*
*Vicina nescit: nocte pacatus iacet,*
*Soporque fessas mitior fouet genas.*
*At nos parentum celsa per vestigia*
*Fastidiosus purpura afflauit decor,*
*Regnique habenis destinauit inclytam*
*Virtute mentem, patriaque fluctibus.*
*Vidi cruentas cæde regia vias,*
*Versasq; & in se Galliæ ardentis manus,*
*Ingensque rerum pars labantium fui,*
*Nec cura fallax pestilensue numerum*
*Virtutis alta nube suppressit diem,*
*Immobilemque motus infixi pedem:*
*Mentisque nixus robore excelsæ steti*
*Inter procellas verticesque. Nil tibi*
*Fortuna mecum est. Inter immanem fori*
*Horrentis æstum, ciuiumque murmura,*
*Et ominosam carceris fœdi luem;*
*Integra semper pectoris magni fides,*
*Mentisque sanctæ nescius flecti rigor,*
*Immotus hæsit: cum fera plebes manu*

*Discer-*

*Discordiarum vindicem oppreßit togam.*
*Idemque fausta gentis inter omina*
*Velo secunda sorte subduxi pedem,*
*,, Licentiaeque terminos. Illustrior*
*,, Peccare laus est nolle, cum poßis tamen.*
*Et nunc suprema, tritaque omnibus via*
*Eunda: & ingens semita e terris vocat,*
*Iterque magnum: iam soluta denique*
*Humanitatis vinculo, in sese labat*
*Pars quassa nostri, motaq; urget: & prius*
*Mors ipsa nobis quam senectus appetit,*
*Cursumque rumpit. Viximus tamen: neq;*
*Frustra, (paterna testor arua, & te Deus*
*Ducemque vitae principemque) luminis*
*Hausi suaue munus, aut vitae diem.*
*,,O mors, quot ah quot casibus mortalium*
*,,Discenda genti, grata vix tamen venis!*
*Naturaq; vltro pugnat, inuisam sibi*
*Seruare lucem, corporisque onus sui*
*Sublimis alta mentis affectat vigor,*
*Premique gaudet. Ibimus tamen, tamen,*
*Et vos lacerti coniugis dulces mea,*
*Lenisque vitae deserenda semita est:*
*Castiq; amoris arbitrum linquo thorum,*
*In his superstes liberis: vnusque eo*
*Plures relinquo. Fœnus hoc rerum parens*
*Indulsit vxor: haec tibi solatia*
*Viuaeque restant patris amißi notae.*
*Quotiesque dulces osculo premis genas,*
*Patris memento. postque basium tuum*
*Adiunge nostrum, lachrymamq; molliter*
*Effunde, amoris pristinum testem mei.*
*Et nunc domus relicta, curaque omnium*
*Reclinat in te. Liberorum parua gens*
*Egens nostri, debilisque viribus*
*Te spectat vnam, seq; committit tibi,*
*Opemq; poscit: mater vt quondam modo;*
*Sic nunc vtrumq; es: omne discedens pater*
*Transcribit in te. Spem sine hanc tui feram*

*O dulcis vxor, lenius mortis minas*
*Æquasque cunctis oppetam fati manus,*
*Nostrique amoris mutuam mecum fidem*
*Ducam sub umbras. Iam vale, vale, vale.*
*Me longa tandem noctis inuoluit quies,*
*Somnusque blandam ferreus negat diem*
*Auremque vellit: Teque, mors lubens sequor*
*Postrema rerum, seraque optanti venis.*
*Debemur illi scilicet pridem, neque*
*Ignotus hasce creditor premit fores.*
*Deposita reddo, mutuumque: nec mihi*
*Mutanda vita restat; at vitæ locus.*
„ *Quisquis prementes mortis exhorret manus,*
„ *Gemensque terram deserit, cœlum timet.*

## In Annales Iani Dousæ.

*Leges sepulchri, cæcaque annorum via,*
*Veraxque rerum tempus, & vana vices,*
*Tuque impotentis vis superba sæculi,*
*Nouerca magna sæua virtutis; tuas*
*Vltro lacessit pectore aduerso minas,*
*Sublimis ille Dousicæ lucis vigor,*
*Cognataque alto mens polo, nec improbæ*
*Æui fugacis impedita compede.*
*At vos edaces temporis magni patres*
*Anni, Diesque: quæque passibus citis*
*Hora beatas panditis Diuûm fores.*
*Tuque ignei rex & viator ætheris*
*Sacræque lucis prome conde, Sol pater,*
*Alma diei magne dictator, cui*
*Gens tota vultus noctis auertit suos,*
*Poloque cedit siderum fugax cohors;*
*Curru superbus qui vagaris aureo,*
*Victa triumphum dum geris caligine;*
*Ite ite diui; nunciate cælitum*
*Magno Senatu: dius emergit labor,*
*Pedemque cælo tollit, atque ingens iter*
*Viamque tendit: Dousa prorumpit meus,*

*Seseumque*

*Secumq; in auras nobile Heroum genus,*
*Et vos Batauos prastiteis Nerei duces,*
*Equis magistra gens domare ligneis*
*Ferocientes caruli regis vias.*
*Sali potentesque inclytus rapit patres,*
*Fama superbus eminens iugalibus,*
*Togaq; compos, Laureaque, Tuque Te*
*Consors laboru huius atque aduerea*
*Illustre magnis additum stellis caput,*
*O nate Dousa, Iane Iane; seu procul*
*Liber patentem peruagaris aëra,*
*Mundumq; pictis aureum late notis,*
*Magnumq; inane ventis, & terras simul,*
*Chaosque rerum; siue in extremo sinu*
*Auro fluentes propter insulas Deûm*
*Canamq; Tethyn, Herculisq; extra viam,*
*Phœbique latam circulatoris domum,*
*Fastos paternos ore sublimi tenas,*
*Nomenque magnis amulum Quiritibus*
*Crudum Batauis pectus, & fidei tenax,*
*Et factioni cedere indoctum genus,*
*Gentisque magna Dousica fundamina,*
*Auosque diuos, altaque incunabula*
*Cattos & Hessos; inclyta prænuncios*
*Olim Batauæ gentis: & Rhenus pater*
*Pressis vt ægre subiugatus cornibus,*
*Nutansq; Iaccho molle flexerit caput.*
*Qua Didericus nominis princeps sui*
*Notum Gradiuo pectus, & comata vis*
*Florentiorum carulas poli fores*
*Circumuagatur, & gradu Iunonio*
*Virtute passas cælitum lustrat fores,*
*Et aure voces, & pio silentio,*
*Tuas bibitq;, ruminatq;. Pars Deûm*
*O Iane, Iane, cernis hac? proles tua*
*Pupilla, patri posthuma erumpit suo.*
*O Iane, Iane matris euulsæ e sinu*
*Patrique furto pene sublate a tuo?*
*Tot ah querelis Iane, tot suspiriis*

*Orbisque*

Orbisque conclamate voce totius,
Hæc cernis? an te cælitum leges procul
Supraque rerum vertices, & arduas
Imperuiasque corpori vano domos
Humanitatis inscium nostræ tenent?
Hæc ridet ille: ceu puer crepundijs,
Talisque patris ante subsilit pedes,
Istuque crebro viq, turbinem ferit,
Multumque versat, exigitque; & hinc & hinc
Crebris fatigat verberum vibicibus:
Et innocenti delibutus gaudio
Curisque totis viribusque rem gerit,
Lusuque sese pascit infelix suo,
Patremq, multus intuetur, & stupet:
At ille toruus ore sublato pater
Despectat illa, munij memor sui,
Suique prima negligit ludibria.
,, Iactamur omnes, & leuis pueritiæ
,, Polus polique turba nos reos agit:
,, Magnique ciues, accolaque siderum.
At nos miselli, suauiludij sumus,
Longoque ademptos, mox secuturi tamen,
Luctu ciemus, lacbrymisque; ceu nouum
Et ante nulli cognitum hoc iter foret.
At illa furtim larua proserpit tamen
Mors, & uagatur, & premit vestigium,
Infantiumque adinstar iniicit manus,
Atreque cunctos pallidoque lumine
Empusa nostra terret, & circumuenit,
Omnesque tollit, singulos fallit tamen,
Et histrionum more palanteis agit.
Verum ille culmen ingeni, sanguis tuus
Tuusque natus, ille siderum decor,
Beate Dousa, vindici rursum suo,
Et mutuanti sic redonatus Deo,
Mentique mixtus æternæ; celsior
Humoque seque, vesteque exutus sua
Amictibusque, squallidisque vinculis
Arctisque; mundi regna maioris videt,

*Et ampliores orbis immensi vias,*
*Effusus in se totus, exundans sibi.*
*Vmbratilesque opinionum despicit*
*Nodos iocosque, naufragamque inanium*
*Prospectat altus semitam mortalium,*
*Magnumq; rerũ terminum lustrat Deum,*
*Circumspicitque totus, & compos sui.*
*Exuberatque diffluitque; tota cui*
*Ingens sepulchrum patria est, cælum domus.*
*Namque ille rerum machinator spiritus*
*Auriga tardi dux herusque corporis,*
*Tardaque molis imperator strennuus,*
*Suique semper, eminus licet, poli*
*Ciuisque verus municepsque, patria*
*Proscriptus olim sede, quam spectat tamen*
*Telluris huius inquilinus, erroque,*
*Extorris, exul, carcere impactus suo*
*Ineptientis dextera Promethei:*
*Ille illa nostri pars superba, ventus est*
*Flamenque siccus excreandum faucibus*
*Fatalis hora cum iubet necessitas,*
*Ingensq; rerum vellit aurem terminus,*
*Diesq; summa. Nec minus tamen tamen*
*In alta pergere ardet, igneaque vi*
*Sursum reluctans tendit, & cælum suum*
*Procul fatigat prouocatque, & inquies*
*Æternitati mente præludit suæ:*
*Dignumque cælo spirat in terris opus,*
*Mortalitatis ferre leges insolens,*
*Seseque versat, erigitque, dum suis,*
*Mentisque ruptis igneæ repagulis,*
*Et his profanis corporis fœdi notis,*
*Pars ætheris sit quantacunq;, & portio;*
*Magno vniuerso huic imputatus, & sibi.*
*Illhic coactus ille, tot pressus grauis*
*Annos ruina, vasa colligit sua,*
*Coloniamq; mutat, exilitque ouans,*
*Rudemque sentit, pileumque; mancupum*
*Exlex laboris compedumque; demũ*

*Pratore nempe redditus liber Deo.*
*At nos caduca saeculi propagines*
*Puluis misellus, halitusque, quem dies*
*Caelique lumen visque mobilis veget;*
*Queis fomes imo pectore infusus sedet,*
*Ingensque in altum promouet vires calor,*
*Extraque vulgi semitas ordo vocat,*
*Munusque rerum, flammeumque pectus, &*
*Occulta magna aeternitatis semina,*
*Originisque conscius sua vigor;*
*Factis ab alto destinata gens sumus*
*Dictisque: Factaque vt priora, sic prius*
*( Nisi Suada mobilis Fauonius*
*Et dictionum vernus aspiret lepos)*
*Insulsa tabent, litterario sale*
*Facundiisque destituta; onus sibi,*
*Serisque pondus improbum nepotibus.*
*At tu superbe pignore hoc tanto pater,*
*Natoque quondam, laude nunc nati tui*
*Tuaque Diis secunde; Dousa per tuas*
*Musasque nostras, per domesticas tibi*
*Et inuidendas mobili vulgo Deas,*
*Manesque nati, perque Lugdunum tuam,*
*Seruata quae te praestitem colit suum,*
*Nomenque vastum, quod vagas Atlantidas*
*Arctonque salsis exulantem fluctibus,*
*Phoebique metas luce praeuertit sua.*
*Si quid suaue, si quid acceptum tibi,*
*Lauroque dignum, pectore eductum suo*
*Phoebi sacerdos consecrauit Heinsius,*
*Plebis profanae despicator, & fugax*
*Infantentis gloriae pruriginis;*
*Emerge porro, latiusque verticem*
*Ostende coelo, pectorisque ignem tui,*
*Totumque Dousam patriae expendas suae,*
*Factisque magnis: ingentique vim tui*
*Totosque neruos gens profana sentiat,*
*Gematque; mentis luce praestricti tua,*
*Ah litterarum vetus mendicabula,*

Liueque

*Lixaque inanes, proletarij patres,*
*Et Malchionum si quid vspiam est; tuus*
*Quicquid Tragœdus ille, quicquid Histrio*
*Vani Batauis illinunt Annalibus,*
*Prosceniumque disijce, orchestra pater,*
*Præsulque nostræ; patriamque vindica*
*Contaminato conditam styli situ.*
*Natique si quid inclytum latet tui*
*Exsolue tandem, mortuusque denuo*
*Nascatur ille: bisque eandem Vrbius*
*Vni parenti debeat lucem; simul*
*Patrique raptus, patriæque redditus.*

## In Richardi Bland Angli disputationem pro gradu magisterij.

P*Ostquam potentis artifex manus Dei*
*Ardente pictas igne distinxit vias*
*Flammantis æthræ, fornicemque cærulum*
*Hinc inde fixum pondus ingentis soli*
*Ambire iussit, & prius formæ Chaos*
*Vllius expers, omnium capax tamen,*
*Tot his figuris sculpsit, & notis suis;*
*Ibi ille rerum censor æquus omnium*
*Diuinitatis fomes, ille alter Deus*
*Cœlum resedit inter & terras homo,*
*Dignus theatro iudicatus aureo,*
*Dignus parente: deerat hoc vnum tamen*
*Æternitatis semen, ergo ingens pater*
*E luce cœli, siderumque vultibus*
*Sacram perenni lumine accendit facem.*
*Hanc ille motu semper vrgentem suo,*
*Sursumque pectus erigentem flammeum*
*Sub corde nostro versat, atque intus quatit,*
*Donec profanus torpor oblitus sui,*
*Ignauiaque lentus obrepit cinis,*
*Ignemque sacrum condit, atque iners situs*

*Pura*

Pura calentem mentis extinguit focum.
,, Namque illa feruens ignei lux ingeni,
,, Exorta cœlo, parsque vicini Dei,
,, Leni veneno blandientis otij,
,, Et annuentis impetu libidinis
,, Sponte in soporem versa declinat suum.
At tu Britanno sidus exortum solo,
Blandi, tot inter cassa delectamina
Dulcis iuuentæ, totq; ventorum minas,
Quas illa menti pestilens sidus bona
Prima voluptas semper ætati comes,
Contagioso mollis afflat halitu;
Voto potitus inclyto, portum tenes.
Beate ephebe, victor ætatis tuæ,
Victor laboris, victor ingentis iugi,
Quod illa vitæ magna regina & parens
Virtus, tot altis destinauit ausibus.
Namque ille fortis arbiter nostra Deus
Inter trecena montium cacumina,
Rupesque vastas, inter horrentes specus
Umbrasque inanes, immani plebi vaga
Suspendit vrbem: tristibus quam manibus
Septemplicique cinxit hinc illhinc via,
Ambagibusque mille, mille semitis:
Hanc vanus ambit error, hanc durus labor.
Intus Decusque, duxque rerum Gloria,
Virtusque casta, culmen excelsum tenent.
Illhuc virentis primus ætatis calor
Plenis iuuentam passibus nostram rapit.
Sitisque laudis, indolisque pulchra vis,
Honosque dia pectus exercet face.
At illa mollis insolensque inertia
Ignaua mentem febris occulte subit,
Blandaque viuos fraude sistit impetus.
Multos proterua Cypris, & fallax genus,
Sexusque mollis pene transuersos agit.
Plerisque nostris ille Musis accola
Liquore mentem mystico Liber rapit.
,, At ipsa nobis tempus asscripsit breue

,, *Natura vitæ; dulcis hinc puertia*
,, *Ætasque prima molle vectigal sibi*
,, *Lususque poscit. interim tamen tamen*
,, *Hora citatis passibus leues eunt,*
,, *Diesque retro fertur, & quicquid fuit*
,, *Nil pœnitere præter, & suspiria*
,, *De se relinquit, ac sibi corpus graue.*
*Blandi beate, quanta surgentem premit*
*Moles iuuentam! quanta vis retro trahit!*
*Illhinc Calypso mollis, hinc Circe leuis,*
*Et in ruinam prona gens nostram sumus.*
*Felix Vlysse, patriæ redux tuæ,*
*Felix, tot inter temporum contagia,*
*Ithacen, Samenque cernis. o felix nimis*
*Scientiarum tanta permensus vada,*
*Vita proteruos mente mactasti procos,*
*Natamque felix Icari totis tenes*
*Amplexus vlnis: redditus terræ tuæ*
*Felix maritus huius in sinu iaces,*
*Ergo illa vastis hinc & inde fluctibus*
*Pulsata tellus, illa quam Mauortia*
*Armis Amazon vestra propugnat suis,*
*Lustrare vultus, oraque exoptat tua.*
*Beate ephebe, spectat hæc laudes tuas,*
*Et cuncta tecum diuidit præconia.*
*Hæc illa, Blandi, prima vitales tibi*
*Indulsit auras, munere illius polum,*
*Poloque iuncta cernis illa sidera.*
*Illhic pusillo primus errasti pede,*
*Dulcique primos voce formasti sonos:*
*Hæc vna mater. dulcis hæc parens tibi est.*
,, *Tellure namque patrijsque finibus*
,, *Matrem minorem nescit herous vigor,*
,, *Deoque dignum pectus, & scientia*
,, *Firmata sanctis mens beata legibus.*

## Hugonis Grotij, albo Heinsij inscripti Iambi.

*Nouem Dearum cultor Heinsi virginum,*
*Rosaque decima, qua Camœnarum choro*
*Riualitate certat implacabili,*
*Suumque te illa iactat, & Musa suum,*
*Hæ quod dedere carmen, illa quod accipit.*
*Qui nos in orbis hoc fates delirio,*
*Seroque natos, ipse dum mundus perit,*
*Tot damna veterum luce dum pensas noua*
*Prohibes vetustu inuidere sæculis,*
*Quid est quod a me, quem minorum gentium*
*Nosti poëtam, poscis hanc chartam tuam*
*Deuirginari? fallor, an quamuis velim*
*Recusat ætas: fas sit imperio tamen*
*Parere tanto, quicquid in me est ingenî*
*Id omne magno litterarum consuli*
*Seruire discat: quodque Apollineæ mihi*
*Negauit artis parca Naturæ manus*
*Det imperator ille, quem cum gigneret*
*Natura vinci cepit, & se vincere.*
*Te veneror Heinsi, tu mihi pectus quatis,*
*Docesque iussis, tamque nec quod postulas*
*Non posse possum. Silium exercet tuum*
*Furore Mauors entheo, quoque Annibal*
*Exarsit olim, visque cunctatrix Fabi*
*Hoc ipse vates trahitur: atque alter tuus*
*Tuus ille Nonnus, amnis in tumidi modum*
*Labentis alto ex monte, fertur Bacchico*
*Percussus œstro, quisque quem cantat Deum*
*Afflatus illo est. Heinsius numen mihi.*

## In obitum Francisci Raphelengij.

*ASpicis angustam tumuli se tollere molem,*
*Lenique terram vertice,*

*Exiguo raram gremio quæ possides umbram,*
*Manesque nobiles, procul*
*Hinc fuge, cui scelerum cura est, cui gloria rerum*
*Ventosa pectus erigit:*
*Virtuti patet ille locus, solique beatus*
*Sacer modestiæ vacat.*
*Virtutum domus est: iacet hic Raphelengius ille,*
*Ingentis Europæ decus.*
*Huic oriens Aurora suos ediscere soli*
*Permiserat lubens sonos.*
*Eoasque domi residens transduxit honores,*
*Paucisque cognitus licet*
*Cum patrijs Batauis Arabas confudit & Indas.*
*Ah hospes ah, en, qui fuit*
*Sol oriens nobis, linguasque orientis ab ortu*
*Transuexit, occidit tamen.*

## Memoriæ Georgij Dousæ Iani Dousæ F.

*QVid cineres isto frustra quid & ossa sepulchro*
*Quæris viator, corporisque relliquum?*
*Aspicis hic nudum modo nomen. cætera Pontus*
*Nerei furentis aula fortito tenet.*
*Dousiades manibus Turcarum elapsus & oris,*
*Phocis in alto victima infelix iacet.*
*Qui variasque hominum sedes aduectus & urbes*
*Vtramque Phœbi vidit ardentis domum.*
*Hunc pater Oceanus tandem, viridisque Palemon*
*Tethysque vasto conditum ponto tegit.*
*Sic licuit totam cui viuo cernere terram;*
*Olli sepulchrum contigit, totum mare.*

## Hugoni Grotio, cum illi Silium suum offerret.

*NOminis, & patriæ sublimis gloria terræ,*
*Cui nil Batavi cærulus regni pater*

*Quæ validis circum Cybelen complectitur vlnis,*
*Pontusque lambit æstuantis ostia,*
*Cattizensisque suis domitum defendit Iberum;*
*Æquale quicquam, par nihil quicquam videt:*
*Accipe præclaro victurum sanguine Paulum,*
*Totasque Cannas morte pensantem sua*
*Annibalis fugientem animam, Fabiumque morantem,*
*Tarpeiumque pene concussum Iouem,*
*Et formidantes summissis collibus Alpes:*
*Vltorque Elisæ quicquid effudit Libys*
*In dominum terræ ingentem, quassumque Quiritem,*
*Et iam labantis alta Romæ mœnia.*
*Ecce, meus præco Libyes, Pœnique furoris*
*Alte superbam consul affectat viam:*
*Ille orbis Latialis apex, gentisque togatæ,*
*Grotî beatos iussus affectat Lares.*
*Hactenus mutilas potuit gestare secures:*
*Nunc basce soli sponte summittit tibi.*

## In obitum Iani Doulæ filij.

N*Auita qui magni percurris sidera cæli,*
*Vnicamque sidus aureo polo duce,*
*Inter & vmbrosæ taciturna silentia lunæ,*
*Flammantis altam consulis mundi viam.*
*Seu Batauis, seu Mattiacis e finibus ortus*
*Percurris altam Nerei patris domum;*
*Desine mirari, nuper quod proxima cygno*
*Non vna sicut ante fulgeat lyra.*
*Dousiades nocte hac patrio donatus Olympo est,*
*Suamque magno consecrat lyram polo.*

## In obitum Cristophori Raphelengij typog. qui hydrope interijt.

F*Atis viator ferreisque numinum*
*Semper minorem legibus mentem gere.*
„ *Rerum procellis semper, & tristi salo*
„ *Circum redundans horret humanum mare:*

„ *Sortis*

*„ Sortisque vento turba mobilis sumus.*
*„ Collo minacis pendet aeternum Dei*
*„ Districtus ensis: impotensque casuum*
*„ Despumat in nos, & ferox licentia.*
*Ille imminentes omnibus fati manus*
*Aggressus arte, quae perennibus modis,*
*Aeternitatis ala, vitaque omnium est,*
*Quoscunque rectus pectoris vigor rapit,*
*Deumque ad altas impetus trahit fores;*
*Hic interemptus fluctibus iacet suis,*
*Suumque secum gessit infelix mare,*
*Vndis ab ipsis quas creauit obrutus:*
*Vtrque pontus, venter, & fluctus fuit.*
*Sui que vixit hospes & comes mali,*
*Longeque ab vndis inter vndas occidit.*

## Aliud, quod eiusdem argumenti cum superiore est.

*QVid procul hybernis agitatas fluctibus vndas,*
*Et metuis dubias aequoris ire vias?*
*Oceanique domos, & Nerei tristia regna,*
*Horrida dum ventis aequora tollit hyems.*
*Qui iacet hic, secum proprias tulit ah miser vndas,*
*Et mare quo periit obrutus, ipse fuit.*
*Ipse sibi, miser, vnda fuit, pelagusque viator,*
*Inque vtero fluctus, & sua fata tulit.*
*Sic, licet in terris, vndas tulit ille, soloque*
*In medio medias occidit inter aquas.*

## Ad Hugonem Grotium elegantissima ab eo donatus tragœdia, Adamo Exule.

*TAndem renata maxime orchestrae pater,*
*Ingens cothurni splendor, & scenae decus,*
*Qui syrma voce regia sacrum trahis;*
*Ignosce fasso: cogitur retro tuus*
*Pedem referre cultor, & suauibus*

*Sacri prioris exulare lusibus:*
*Exulque, quamdiu exulem spectat tuum,*
*Magna videtur urbs, & Quiritium.*
*At tu profanae facis antiquae parens,*
*Imbellis Euan, matre prognate e Deo,*
*Vnquamne leges Bacche transilui tuas*
*Nonnumue laesi? dum tuli praesens opem,*
*Phoebeiamque vulneri admoui manum?*
*Baccharis Heinsi: Bacchus haud vsquam tuus*
*Sublime thyrso parcius pectus ferit.*
*At illa rerum magna culpanda est tibi*
*Natura nutrix, obstetrixque, quae prius*
*Nouerca cunctis, Grotio mater fuit.*
*Senex ephebus ille, quem Batauia*
*Miratur omnis, optat Hetruscus sibi,*
*Omnisque Gallus, ille dum puer fuit*
*Vir esse cepit: Namque relliqui, viri*
*Tandem fuere: Grotius vir natus est.*

Danieli Heinsio suo Hugo Grotius, cum Adamum Exulem suam offerret.

*HEinsi vetustae restitutor Orchestrae,*
*Ornas cothurno qui pedes Sophocleo,*
*Primusque syrma vincis Euripideum,*
*Et Aeschyleas, & Lycophronis faces,*
*Et quicquid vsquam perditum Tragoedorum*
*Desideratumque hactenus, repensasti;*
*Sume hoc amici ( nomen hoc inequales*
*Si non recusat ) si minus, tui saltem*
*Poëma, in arrham quam sacra clientela*
*Postremus offert principi poëtarum:*
*Lecturus illud vt beatus exultes,*
*Cum nos videbis velle, posse te solum.*

Samueli

## Samueli de Lecherpiere Riuerio, cum de fide iustificante disputasset.

„ *EXcelsa virtus vi licet retro sua*
„ *Perrumpat omnes noctis ignaua moras,*
„ *Iterque cælo tendat, & terram suam*
„ *Post se citato deserat velox gradu;*
„ *Tamen secundis irrigata laudibus*
„ *Deuota Musis rite quas signat manus*
„ *Et e profundo pectoris sulco trahit,*
„ *Diuturniores corde radices agit,*
„ *Ignobilesque tuta liuoris minas,*
„ *Virusque inane calcat, & sedem legit*
„ *Qua tot remotis inclytam vestigijs*
*Æterna raram fama sortitur viam.*
*Sic teste cælo, totque doctorum manu*
*Cor illud ardens, Riueri, parat tuum*
*Fultum cathedra, spiritus, & ignea*
*Fortis iuuenta prouocare robora.*
*Hic sidus illud Iulio dignum polo,*
*Ille vniuersi splendor, agnatus Deum*
*Denso sedebit Scaliger cinctus choro.*
*Hic alter ille Galliæ sidus tuæ,*
*Scientiarum terminus, morum pater,*
*Catone dignum Iunius tollet caput.*
*Illhic senatus, totque Phœbei patres*
*Hinc inde longum syrma visuri trahent,*
*Et omnis ausus condet assensus tuos.*
„ *O quam potentes cordibus motus ciet*
„ *Vis prima laudum! quam potens rerum sitis*
„ *Ardore pulchro pectus erectum quatit!*
*At tu beate, seu Pyrenæi iugi*
*Vltra recessus tendis, aut nostro procul*
*Diuisus orbe barbarum calcas gelu;*
*Nostri memento, postque defensam fidem,*
*Fidem quoque isthanc Heinsij serua tui.*

Iosepho

Iosepho Scaligero, eruditionis Principi, Temporis restitutori, felix anni exorienus initium optat Daniel Heinsius.
Ad Annum & Tempus.

*O Rigo rerum, mensium bis sex pater,*
*Ingentis aui, saculique pertinax*
*Rotator Anne; mille qui gyris soles*
*Redire eodem, quique crescendo peris*
*Pereundo crescis, teque prodigus tui*
*Perdis, sed in te. Tu quoq; o bifrons Deus*
*Censorque, tergi magne lustrator tui.*
*Tuque ille rerum trux vorator omnium*
*Tempus renascens; vindicem tibi tuum*
*Nobisque serua: seruetque sit meus*
*Lux illasatis, cum solo & mortalibus*
*Ereptus oris Iulij sacrum genus*
*Heroas inter Casari iunctus suo*
*Cœli patentes arduus tundet fores.*
*Tempus memento, votaque exaudi mea,*
*Nobis tibique consecrata: nec potes*
*Seruare nobis nolle, quem seruas tibi.*

Scriuerio suo, de filio nuper nato.

*T Vi lepores, Scriueri, paruus tuus,*
*In ore cuius, cuius in blandis genis*
*Pudica mater viuit, & dulcis pater,*
*Mox insolenti leniter serpet gradu.*
*Mox & suaui blasus alludet sono,*
*Fanoque paruum condet & pluma larem.*
*Ridere noli: totius praludium*
*Instantis aui primus est vita lepor.*
*Viris quoque ipsis grata sunt crepundia,*
*Opum cupido mollis, aut honor leuis.*
*Ridere noli: ludibunda res homo est:*
*Semelque pueri nascimur, semper sumus.*

Epita-

Epitaphium filioli Nicolai Seyftij, syndici, præsidis nepot. singularis indolis pueri.

*SIste hospes: nec parua viæ dispendia curæ;*
*Seu te parentis vota, seu nati mouet*
*Intercepta dies: qui primis flebilis annis,*
*Talosque quamuis inter & crepundia*
*Notus adhuc, duri concessi legibus aui,*
*Mox purpuræ futurus & togæ capax.*
*Iam patri spondebat auum lux indolis altæ,*
*Et innocentis primus ætatis lepor.*
*Inuidere dei. tumulo quem cernis in illo*
*Nunc tota spes parentis & votum iacet.*
*Hoc satis est, luctum merui. non viuitur annis.*
*Qui lachrymandus occidit, vixit diu.*

In demonstrationem Linealem Christophori Dibuadij Dani.

*FElices operum, qui cæli pendula templa,*
*Causasque pronis destinatas ignibus*
*Submisere animis, æquataque pondera terræ,*
*Suspensa castu patris in complexibus*
*Ætheris, & iusto libratum examine pontum.*
*Et architectum mente pægressi Deum,*
*Excessere hominum curas, & præmia vulgi,*
*Finesque rerum, sordidosque limites.*
*Non illos Acheron, ignauaque ianua lethi,*
*Nec ora centum terruere Cerberi.*
*Non tristes Furiæ, laruataque nomina Manes,*
*Nec fabulosæ Parca vox potentia.*
*Præcepere Deos animis, & fata sequendo*
*Necessitatis insistere semitam,*
*Liberaque incertos mens indignata labores,*
*Opinionum vana per deliria*
*Anfractusque sequi, toti se surripit orbi,*
*Et certitates ipsa metitur suas.*
*Nos tua Dibuadi vestigia pone secuti*
*Trophæa tantis destinamus ausibus:*

*Nec dulcis choreæ nec carminis inscia turba;*
*Septentrionem sæpe dicturi tuum,*
*Vltimamque Helicen & non tractabile cælum.*
*Tu sibilantis colla liuoris preme,*
*Degeneremque hydram. sic indignante nouerca*
*Nunc ipse cælum magnus Alcides tenet.*

## Ad Andream Rey Polonum, de optima Republica differentem.

*EX quo superbo frena summisit Deo*
*Preciosus orbis, ferreisque mentibus*
*Violentus hæres Iupiter leges dedit;*
*Fugere diui: versaque in sedes suas*
*Postrema sacros extulit Themis gradus,*
*Pertæsa nostri, cumque mortali grege*
*Diuisa magni regna fixerunt Dei.*
*Orbemque nostrum fastus & periuria,*
*Legumque nullis impedita vinculis*
*Fraus occupauit: dum suum tandem scelus*
*Sceleris secuta est peruicax licentia.*
*Hac meta rerum, cum per exemplum suum*
*Nefas cucurrit, criminumque copia*
*Patrocinari crimen occœpit sibi.*
*,,Origo legum iusta mortali fuit*
*,,Iniustus error: & modum primum sui*
*,,Vis ipsa fecit, impotensque iniuria.*
*Tandem suborta sancta maiestas virûm,*
*Veri tenax Lycurgus, & durus Solon,*
*Et continentis pectus hirsutum Numæ,*
*Fato superbis additum Quiritibus,*
*Clausêre muros mœnibus, pœnis viros.*
*Horum nepotes certa per vestigia*
*In alta niti, latiusque publicos*
*Virtutis almæ prorogare limites,*
*Imaginemque quærere in terris poli*
*Maioris. At tu regna, tandem, turbidis*
*Septentrionis impetita fratribus,*

Maligmus

*Malignus usque qua flagellat Iupiter,*
*Scythas rebelles, & pharetratum Getam,*
*Cui tecta plaustrum, cui vagabunda domus,*
*Respublicaque, mobiles currus erant,*
*Trahere victas legibus coges manus.*
*Anacharsi salue: noster o binominis*
*Potator Istri, patrium, siquid tuer,*
*Ardente mentis igne perrumpes gelu.*

## In Feuda Batauica Cornelij Neostadij.

G*Ens contumacis magna Nereï victrix,*
*Spumantis vnda qua volas per anfractus*
*Obmurmurantem fluctibus secans pontum,*
*Audax Bataue, patria sacras leges,*
*Et iura praescribenda gentibus victu,*
*Feudique prisca scita, qua Neostadi*
*Mens alta magno dictat e tribunali;*
*Agnosce victor: sancta namque maiestas*
*Auctoritasque temporis vagi cursum*
*Horum sequetur, aque mensium lapsu,*
*Et in se eunte circulo leui annorum*
*Id impetrabit, quod negabit hoc auum.*

## In obitum Francisci Iunij.

„ A*Missa poscunt lachrymas: praesentium*
„ *Secura rerum turba, mortales, sumus,*
„ *Ingrata viuis, aestimatrix funerum.*
„ *Hinc cum supremus instat exactor Deus,*
„ *Foresque pulsat, euocatque, condimus*
„ *Anile maestis carmen eiulatibus.*
„ *Hic ordo vitae est: qualibet sic sors perit,*
„ *Placetque sero, quicquid ereptum nocet.*
*Viator asta: victor ille Romulae*
*Gentis metusque, Septimentij pauor,*
*Denatus illo conditur sub marmore.*
*Illum Batauus nominis tanti memor*

*Fidele pignus seruat, atque vrbem docet*
*Fouere viuos, lachrymare conditos.*
*Nunc ille noster prapete euectus gradu*
*Cognata cernit sidera, & mundum nouum,*
*Mundum citatu igneum flamma notu:*
*Qua nec Batauus puppis, Indorum sali*
*Superba victrix, hospes aut vagus poli*
*Ales secundo permeauit remige.*
*Nos triste munus, lachrymaque perpetes,*
*Fraterque nigra mortis exercet dolor,*
*Donec vocamur, parque nos iubet dies*
*Fatale magno reddere expensum Deo.*
*Gemas Viator: lachrymas vrbs te rogat:*
*Gemas Viator: causa nos duplex premit:*
*Leida sepulchrum, Iunij bustum vides.*

## Iano Forcade Vasconi, cum discessurus disputationem suam Iosepho Scaligero inscriberet.

" QVicquid suaue, quicquid optatum diu
" Vis caca sortis, vel potens fati Deus,
" Et fabulosa Parca vis licentia
" Vsquam caducis annuit mortalibus,
" Audax tyrannus sponte decerpit dies,
" Finisque rebus semper it nostris comes,
" Nec inter ipsas cura mutatur vices.
*Nunc illa nobis Iane lux fuit, fuit*
*Lux illa nobis, qua suauis ocij*
*Beatiores iunximus lati dies.*
*Illhic lepori, & innocentibus iocis,*
*Bacchoque, quicquid pace Musarum potest,*
*Datum subinde est. Sic iuuenta molliter*
*Seueriores lata decurrit vias.*
*Curasque tingit: nec Camœnarum chorus*
*Molli recusat irrigari gaudio:*
*Musaque sacris innatant humeribus*
*Vt roro tellus, vere cum primum noua*
*Humus serenos imbribus laxat sinus.*

*At nunc eundem est: Heinsiique surripis*
*Quod des parenti patriaeque: sed tamen*
*Prius Batauus reddis hoc ipsum tuis,*
*Tibi quod illi; Iuliique maximo*
*Nato Mineruali soluis, & terrae simul.*
*Abi beatus: vindicasti te tibi:*
*Debere nullis iam potes mortalibus.*

Paulo Helfricho Iuris candidato.

,, *SCientiarum caeca per diuortia*
,, *Aetatis orbem, deuiasque semitas*
,, *Natura furtim ducit, & pellex sibi*
,, *Veram sciendi sponte praecludit viam.*
*Hos namque, rerum quos & mdolis trahit*
*Sublimis ardor, pectorisque vis agit,*
*Et veritatis ipsa mens pulsat fores,*
*Vocabulorum vana per delitia,*
*Vmbrasque rerum, cassaque oblectamina*
*Nascentis aui saepe transuersos agit.*
*Sic vita ludit tota: & infantes signis*
*Simul senesque, sic leues pergunt dies,*
*Cunasque semper litterarum voluimus,*
*Et inchoando tempus aetatis perit.*
*Te ciuitatum cura, te proles Iouis*
*Helfriche noster, Caesarumque municeps,*
*Errore caeco mentis, & superstite*
*Emancipatum lusibus scientiae,*
*Regina vitae, magna purpurae parens*
*Astraea sacro destinauit ocio,*
*Et vix iuuentae compotem primae, tamen*
*Altis virorum segregauit ausibus.*
*Hic fixus haeres, hic vagam sistis ratem,*
*Et summa vitae pars rudimentum tibi est.*

In Logicas assertiones Iohannis Polyandri.

*REgina mentis, sacra veri regula,*
*Sublimioris semen antiquum Dei*

*Ratio magiſtra, tot tenebrarum lue,*
*Nec expiandis accidens erroribus,*
*Iam pene conclamata, iam ſolo fuit*
*Depreſſa, cacis vanitatum ſomniis.*
*„ Sopor diïurnus, ſomniumque pertinax*
*„ Hæc vita tota eſt, ludicraque imagine*
*„ Fucoque inanes detinet blando viros:*
*„ Ixionesque turba mortales ſumus,*
*„ Opinioni nata, qua dum viuimus*
*„ Blandis in vlnis dormientes detinet,*
*„ Cunaſque verſat, fabuliſque inanibus*
*„ Excludit alma veritatis munia.*
*„ Sic vita cedit tota, ſic eunt dies,*
*„ Peritq́; ſemper quicquid elapſum fuit.*
*Tu fluctuantis, tu laborantis dea*
*Signum ſepultis extuliſti mentibus*
*Ex arce veri. Tu volucris in modum,*
*Criſtata lucem voce qua refert nouam,*
*Altum ſoporem tollis, & reddis diem.*
*Nunc anteacta noctis illa ſomnia*
*Ridemus omnes, luce perfuſi tua.*
*Metuſque vanos, & caduca gaudia,*
*Quæcunque vita longus induxit ſopor.*
*„ Vagamur omnes, deuiſque motibus*
*„ Caligo mentes cæca mortales agit,*
*„ Opiſque egenas, auxiliique neſcias,*
*„ Et ciuitatis exules noſtræ ſumus.*
*Tu tecta redde, coge diſperſum genus*
*Polyandre noſter, præſtites ſerua deos,*
*Condaſque ſacra veritatis mœnia,*
*Troiæque priſcos redde ſubuerſæ lares,*

## In obitum Euerardi Pollionis.

*ADſta viator, paululumque, ſi lubet,*
*Demitte vultum: mater hoc tellus rogat,*
*Memorque ſortis lachrymam fundas tuæ.*
*Huc imus omnes: inchoare ſpes vagas*
*Nimiſque longas Pollio raptus vetat*

*Sibi suisque: prole qui dulci caret,*
*Nondumq; casti vincula expertus thori,*
*Viduam reliquit patriam, atq; orbas nurus:*
*Quas a cruenta iudicis sententia,*
*Iuris Sacerdos, maximique Cæsaris*
*Oraculorum gnatus, & legum sciens,*
*Patrocinante vindicauit regula.*
*At mox iuuentæ victor, ante annos senex,*
*Ingentis aulæ sacra per subsellia,*
*Euectus, annos mente prægressus suos,*
*Nondum maritus, patriæ pater fuit,*
*Togæque culmen consiliq;, dum simul*
*Summumque honorem clausit, & vita diem.*
*Hic vota cessant, qualibet spes huc redit.*
„ *Namque illud omne quicquid orbis dicitur,*
„ *Globus pusillus circulusque est: quem Dies*
„ *Annusque versat Sors, & incerta vices*
„ *Agunt perenni mobilem vertigine,*
„ *Rotaque adinstar voluit hinc spes, hinc metus,*
„ *Et insolentis gaudij comes dolor.*
„ *Donec supremi terminus compendij*
„ *Necessitatis durus extrema pater*
„ *Scenam miselli compticat delirij,*
„ *Deoque mentem reddit, & terram sibi.*

## In Symbolum Henrici Sculteti Silesij,

### VOLVPTATE CARERE VOLVPTAS EST.

*MEns uniuersi, spiritusque totius*
*Cælestis orbis, perque candentes globos*
*Diffusus æthra, cunctaque ante exordia*
*Ortusque rerum, totus infusus sibi,*
*Quem sub tenebris palpitans perennibus*
*Humana frustra turba nuncupat Deum,*
*Egena vocum, nec satis capax poli;*
*E puluere vdo, squallidisque sordibus*
*Inane pondus condidit, cui pater*
*Æternitatis credidit semen sua.*
*Ergo illa matris fœda pars tenax sua*

*Exercet acrem protenus tyrannidem*
*Originique semper incumbit suæ,*
*Præsentibusque gaudet, & terra modo*
*Infixa pallet: hinc voluptates sibi*
*Deducit omnes, diligitque quod videt;*
*Sublimiora nescit. At pars altera,*
*Magnique quicquid spirat in nobis Dei,*
*Futura mente voluit, & periculis*
*Exsurgit ipsis, igneisque se ciet*
*In alta curis, ipsaque exactrix sui est:*
*Obsoniumque mentis excelsæ est labor*
*Sculte te noster:* ET VOLVPTATES SIBI
PRAECIDERE OMNES, HAEC VOLVPTAS MAXIMA
EST.

DAN.

DAN. HEINSII.

# SYLVARVM

LIB. IV.

# GERARDO TVNINGIO

DAN. HEINSIVS

S. D.



Vod antiqui ſolent, Tuningi Clariſſime, θύειν τὰ σωτήρια; id nos fecimus; non Aſclepio aut Coo ſeni: ſed Apollini & Muſis. Poſtquam enim grauiſſimo morbo functus es, quid aliud poſſumus, quam gratulari, tibi, academiæ, nobis? Tibi vitam, illi ſcientiæ tuæ fructum; nobis amicitiæ vſum. Qui vt ſit diuturnior, munuſculum accipe; quod & pauperrimi donare poſſunt, & opulenti non habent. Syluam dico hanc noſtram. quæ perinde erit vt accepta eſt: & a beneuolentia tua expectat, quod non dabit. Aiunt medici humorem eſſe in oculo, qui omnia maiora exhibet quam ſunt: eum tu

imitare,

imitare, & vt nil desit, amorem adfer. Nobis vel felicitatem tuam admirari satis est, vel virtutem. Qui & vitæ genus delegisti tranquillum & honestum. Studia, e quibus fructus ad plurimos, ad te gloria. Eruditionem, quæ te a populo distinguat, non abducat. Non vt ij qui in chartis senescunt: & cum omnia didicerunt, nondum sciunt quod nemo ignorat. Sicut conchis illis qui littori adhærent, testam si demas, vitam adimis: ita illis. Hi sunt qui omnia mirantur, omnia nesciunt: & si cum populo versentur, ne homines quidem sunt. Domi λεξειδίων θηρατῆρες, ζηλωταὶ τεχνυδρίων. Foris Epicuri Dij, qui nec habent negotium, nec exhibent. Et vt pueri qui in orbem currunt, finem non inueniunt: ita hi cum omnia agant vt sciant, si omnia sciant, nihil agunt. Tibi mens alia, qui vt securam hanc vitam amplexus es, ita sæpe cum negotijs paria fecisti. vt maiora sint ad quæ natus es, quam quæ tractas. Macte hoc animo: quem vt tibi contigisse gratulor; ita mihi superstitem esse iure gaudeo. Vale.

# NORDOVVICVM
## SIVE
## INFELIX AMOR.

### Ecloga Bucolica.
### ad IANVM DOVSAM.

*Scilicet haud nobis tantum licet esse poëtis*
*Dousa, quibus patriæque vrbes, populique furentis*
*Dulcia sordentes inuadunt carmina curæ:*
*Quantum quæ placidis indulgens otia campis*
*Gens vita secura suæ, pecora inter & inter*
*Saxa leuesque vmbras, & mollia numina ruris*
*Pectore securos tranquillo ruminat ignes.*
*Tityrus & pulcher Lycidas, huic cura Neæra;*
*Lusca Neæra quidem, sed enim ditissima lactis:*
*Huic Nisæ vicinus amor: Nordvvicides ambæ,*
*Ambæ formosæ Nordvvicides: illa capellas*
*Promptior, hæc dulces compellere doctior hædos.*
*Pulchra Neæra quidem Lycidæ: tibi Tityre Nisa*
*Nisa fuit: cæcus, pueri, Deus vrit amantes.*
*Inter oues ergo placidas testesque capellas*
*Sic prior argutum Lycidas effudit amorem,*
*Carmine, quod noster tacite sublegit Amyntas.*
*Lentius o nostræ procedite lentius agnæ.*
*Pulchra Neæra suos in gramine condidit artus,*
*Dormit pulchra Neæra: leues accedite venti,*
*Pro Zephyro Zephyrits (Deo non credimus vlli)*
*Lactea tranquillo percurras pectora motu.*
*Dormit pulchra Neæra: infani sistite tauri,*
*Sistite, nec dulcem mugitu rumpite somnum.*
*Lentius o nostræ procedite lentius agnæ.*
*Bis leuiter sæuum volui defendere solem,*
*Bis metui mollem pauidus turbare soporem.*
*Dulcis Somne pater certe es Deus: ipse ego nuper*
*Inter lilia fusus odoratosque Hyacinthos*
*Visus eram blandos compellere montibus hædis,*

*Visus*

*Visus eram blandæ supponere colla Neæræ.*
*Lentius o nostræ procedite lentius agnæ.*
*Et iam corpore corpus & oribus ora fouebam,*
*Dulceque nescio quid spirauimus, ictaque linguæ*
*Tendula lingua natabat, & albo mollior hædo*
*Halitus occulto perfuderat ossa calore.*
*Et somnus mihi numen erat, nec somnia credo*
*Illa merebantur: fuerant sed somnia tantum.*
*Lentius o nostræ procedite lentius agnæ.*
*Certe Somne pater breuis es Deus: effluit ille,*
*Quæque dedit solus, rapuit mihi gaudia solus.*
*Bisque vale dixi formosa, locumque notaui,*
*Bisque iterum saxo volui recubare sub illo,*
*Bisque eadem optaui mihi somnia: sed mea vota*
*Naiades, & pulchræ Dryades lusere puellæ.*
*Lentius o nostræ procedite lentius agnæ.*
*Quin thalamum, mea Vita, simul, quin iungimus ora?*
*Lætus Hymen Hymenæe pater cantabit Iolas,*
*Et Crotale dulcem versabit in igne polentam,*
*Spargens humida mella, laboratamque farinam:*
*Phyllida Damætas, Amaryllida ducet Amyntas,*
*Vicinus teneram cantabit Tityrus Æglen.*
*Lentius o nostræ procedite lentius agnæ.*
*Dote nec insanus mecum certauerit Alcon,*
*Nec vester Lycidas, nec pulchri filia Codri:*
*Sunt mihi bis deni, totidem cum matribus, hædi:*
*Sunt & opes, quas dulcis auus mihi seruat Alexis,*
*Fistula molle sonans: celebris qua sæpe Menalcas*
*Flexit aberrantes Nordovico e littore tauros.*
*Lentius o nostræ procedite lentius agnæ.*
*Et tunica, hoc ipso mater quam texuit antro,*
*Artis opus raræ: croceo nam stamina limbo*
*Ambijt, & summas distinxit pellibus oras.*
*Quam toties frater cum posceret inuidus Ægon,*
*Hanc Lycidæ seruamus ait: dum plenior annis*
*In thalamum pulchræ migrauerit ille Neæræ.*
*Lentius o nostræ procedite lentius agnæ.*
*Sic Lycidas: dulcem Lycidæ sic Tityrus ignem*
*Excipit, errantes numerans per prata iuuencas.*

*Aurea Nisa tuæ pulcherrima nata parentis.*
*Te tenuem nigramque & multo sole perustam*
*Improbus affirmat Lycidas: mihi pulchra videris,*
*Mollis, dulce tuens: sed ferrea ferrea certe es:*
*Namque antrum bis mane, bis omnia pascua frustra*
*Praterij, pecudesque tuas: voluique videri*
*Pelle noua circum, niueoque incinctus amictu.*
*Aurea Nisa tuæ pulcherrima nata parentis.*
*At tu auersa feroxque meos non cernis amictus,*
*At tu auersa feroxque meos non cernis amores.*
*O lachrymæ! o vmbra Norduuicides! illaque nigris*
*Nympha superciliis! viridi cui semper in antro*
*Dulcia supplemus tepido mulctralia lacte,*
*Et geminos clam matre duos subduximus hædos.*
*Aurea Nisa tuæ pulcherrima nata parentis.*
*Dicite lasciuæ Caduuicides, inclyta ponti*
*Turba, maris spumis, & vestra mollior alga,*
*Non ego sum pulcher? non blandus denique? nam me*
*Mater auo similem Corydoni dixit, & ipsa*
*Thestylis ipsa suo me pratulit inuida Codro,*
*Et mollis Crotale, & vicini nata Myconis.*
*Aurea Nisa tuæ pulcherrima nata parentis.*
*Et quoties saturas Caduuici cogimus agnas,*
*Exiliunt ridentque omnes, tangique recusant,*
*Et metuunt sperantque simul: fugiuntque sequentem,*
*Et fugienti instant, & inania murmura fingunt,*
*Et metuo, inuitus ne cogar: & oscula sæpe,*
*Dulciaque auerso despexi gaudia vultu.*
*Aurea Nisa, tuæ pulcherrima nata parentis.*
*Certe ego (nam memini) tenui lanugine malas*
*Vix dum pictus adhuc, gelido qua flumine Rhenus*
*Labitur, & glacie flauentem cingitur alueum,*
*Cum pastoribus hic sua prebent mollia Nymphæ*
*Gaudia, cum Batauis innixæ molliter alis*
*Percurrunt rapidas faciles Norduuicides vndas.*
*Aurea Nisa tuæ pulcherrima nata parentis.*
*Certe ego bina tuli tibi basia: corque perussit*
*Lentor extemplo mihi motus, & altera fixi,*
*Et Lycidæ, nunquam, dixi, mihi talia mater*

Quam-

*Quamuis sæpe thoro mecum cubitarit eodem,*
*Non genitor tulit ipse: paterque in fronde Palæmon*
*Risit, & obscura latuit circundatus alga.*
*Aurea Nisa tua pulcherrima nata parentis.*
*Scilicet ex illo mihi tempore mollior æstus*
*Pectus habet: nec me velut ante & gramen & herba,*
*Nec iuuat, vt prius, inter oues, interque capellas*
*Cum Damales fusca choreas deducere nata:*
*Nec iuuat occulto sub gramine necte latentem*
*Lugduno reduces furtim terrere puellas.*
*Aurea Nisa tua pulcherrima nata parentis.*
*Et quoties dulces genitor me misit ad agnas,*
*Et quoties molles genitrix me misit ad herbas,*
*Nescio qua tepidos febris noua pascitur artus,*
*Nescio quis nouus ardor habet, consultaque nuper*
*Baucis, anus vicina, tui vicina Lycora,*
*Tityre, dixit, amas: & credere cogimur illi.*
*Aurea Nisa tua pulcherrima nata parentis.*
*Sic pueri cecinere: leues in fronde capellæ,*
*Cumque suis blandæ salierunt matribus agnæ.*

Ode

## Ode in Iohannem Gernandum filium, cum XIII. ætatis anno Basileæ Philoso-phiæ & Matheseos Magister crearetur.

*INcontinentis progenies poli*
*Bellator audax Rhene, bicorniger*
*Regnator undæ, quem proteruus*
*Ogygiæ genitor choreæ*
*Saltator Euan ambit, & æmula*
*Cum vite flauam miscet arundinem;*
*Quemnam Batauorum superbis*
*Littoribus medioque ponto*
*Poscis canentem, magne pater? cui*
*Subiecta seris regia curribus*
*Phœbi laborantis sub atro*
*Gurgite, ter domitusque Vesper,*
*Vesper marina fractus adorea,*
*Non æmulandos inuideat modos,*
*Et Dis amicum, nec pudendum*
*Quem Lyciæ venerantur aræ.*
*Primus sonanti vectus ab æquore*
*Spumante curru, quem Iouis horridi*
*Insana tempestas, & atri*
*Auster aget domitor profundi,*
*Auriga Nerei dicere persequar,*
*Gernande, quis te sustulerit Deus,*
*Supraque mortales caducæ*
*Legis, & immemorem iuuentæ,*
*Æquisque mecum conditionibus*
*Æuo minores ire per impetus,*
*Annesque vitæ negligentes,*
*Et vacuas agitare Lunas.*
*Iam nunc paternæ debita purpuræ*
*Assurgit ætas, Socraticam domum*
*Emensa, virtutisque duræ*
*Consilijs veniens in auum*
*Munita pectus, mixaque ferrea*

*Ant-quioris vi sapientia:*
*Quali vel incompti Catonis*
*Cor rigidi patiens honesti,*
*Victore maius Cæsare, fataque, &*
*Necessitatem rupit aheneam:*
*Sortem recedentem, & superba*
*Mente, Deos toties labantes*
*Avertere æquo lumina dedocens*
*Puroque iusto, cui patriæ comes*
*It sancta libertas, fidesque, &*
*Propositi generosus ardor.*
*,, Mens alta iustis nixa securibus,*
*,, Auctorque recti casta licentia,*
*,, Centumque radices sub imo*
*,, Pectore agens animosa virtus*
*,, Errore mentem diluit impio:*
*,, Primum beatis fixa scientijs,*
*,, Conuersa mox altos in usus,*
*,, Et populum vitio fauentem.*
*Sereniori qua tamen otio*
*Alterna mitis tempora diuides,*
*Occulta terrarum, & negata,*
*Inuenies numeros arenæ.*
*Quo Capricornus, quo melior Leo*
*Fluctu pauentes sollicitet rates:*
*Quis nymbus Hædorum, feroxque*
*Hæmonio iaculator arcu*
*Intentet atras æquoribus minas,*
*Tortoque cautes gurgite vis salis*
*Impune circumsultet, unda*
*Imperio dominaque Lunæ.*
*,, Inexpiatis functa laboribus*
*,, Natura mentem postulat igneam:*
*,, Fascesque paulisper, vagaque*
*,, Ponere amat strepitum coronæ.*
*Spes innocenti maxima curiæ,*
*Legumque custos, & sceleri pauor*
*Venture, fallacisque turbæ*
*Consilio, patriæ ruenti,*

Vicam-

*Vtcumque cœli missus ad inuios.*
*Terræque tractus gentibus imperas,*
*Nec vocis expertes lyræque,*
*Nec cythara vacui sequemur.*

## Propempticon in abitum Frederici Sandij, cum maximam in patria dignitatem consecutus, tituli causa Galliam peteret.

*Stylo panegyrico.*

*SI quid adhuc Diui crudelis restat ab hoste*
*Quod ponto liceat, nec iam consumpsimus omne*
*Pro patria votum, cum publica sacra diesque*
*Fecimus, & victos pelagus donauit Iberos*
*Matribus, & timidis pro libertate puellis;*
*Hoc vno probet esse Deos, queis cura Batauî*
*Nominis est, nostras qui sustinet æquore terras,*
*Plus vno ratis ista vehit. tot vota locorum*
*Et totam dubijs patriam commisimus auris,*
*Ac quicquid præstare Deis vel publicus horror,*
*Vel suadet communis amor. Sic Thesea quondam*
*Littore cedentem trepidæ vidistis Athenæ:*
*Nec tantum nato genitor timuisse putatur,*
*Quam regi gens tota suo. Te non minor annis*
*Expectat senior, nec tam felicior illo*
*Quam nati par laude fuit: non vtilis armis,*
*Sed pacis tranquillus honor, cui nescia rerum*
*Tempora securas iuerunt prima per artes:*
*Donec compositos euexit purpura mores,*
*Et patriam præferre sibi, iussasque secures*
*Tandem Socraticis decuit præponere chartis.*
*Sat felix nimiumque, suo si languida fato*
*Lumina supremo nati saturasset amore,*
*Et reducis lætos lassasset in oscula vultus*
*Iam finem visura suum suprema senectus.*
*Sospite sed quicquid patria rebusque luendum est,*
*Sit totum fortuna tuum, dum maior ab illo*
*Surgat, & antiquis proauûm succedat habenis.*

Nec tantum Boreæ licuit peccare Notoque,
Nil tantum commisit hyems. non mæsta Calypso
Cum festinantem lachrymans demisit Vlyssem,
Vittaque iactatum gelida suscepit in alga.
Nec cum Cecropidæ medijs errastis in undis,
In ponteque vrbs tota fuit: populusque relictis
Mœnibus ingentes pelago commisit Athenas.
Nec tantum Phrygios cum terruit vnda Penates,
Mox diuos Romane tuos. Pendemus ab aura,
Et leuibus ventis, facieque vndaque polique,
Quos patriæ coniunxit amor. sin prospera cursus
Seruent fata suos, & nostro littore sistat
Quæ puppem tulit aura tuam; gaudebimus vna,
Et communis erit quæ te fortuna reducet.
Accurrent trepidæ, populi pars vna, sorores,
Et vicina domus, cognataque turba tuorum,
Et si qua superis suspendit forsitan olim
Pro te vota Deis, nondum confessa calores
Virgo blanda suos, aut si qua nescia vultus
Accurret visura tuos, immistaque turbæ
Hauriet occulto viuaces pectore curas,
Indulgens miseranda sibi. Sic Pelea quondam
Viderat in cœtu iuuenum pulcherrima Tethys
Finibus Æmathijs redeuntem aut Cecropis vrbe,
Cum primas aleret curas, dubijsque caleret
Ignibus, & magnum sic iam sponderet Achillem.
Atque aliqua e matrum turba, cui filia longas
Vnica seruat opes, & limine surgit auito,
Fallaces metitur aues, atque omnia de te
Sperat, & incertis generum fore credit ab astris,
Aut leuibus parrhis, aut oscinis omine corui.
Quicquid erit, seu morbus amor, seu cæca voluptas
Seu superûm lex est, & ineuitabile fatum,
Ne tibi sit tanti steriles deducere lunas,
Et male fœcundos consumere molliter annos,
Vt nunquam pater esse velis. Satis approbat vnus
Connubium, qui te talem prius edidit orbi:
Et nati virtute sui plus inclyta mater,
Quam si casta suos duxisset coniugis expers

*Sed sine prole dies. aliquid debetur amori,*
*Et vita pars vna perit, Somnusque iocique*
*Et vectigales rapiunt plerumque puellæ,*
*Quod permittit opus: quisquis sibi vindicat illud*
*Quod superest, sat laudis habet. cum cuncta dedisti*
*Poscenti patriæ, patriæ quoque poscitur hæres,*
*Qui post fata suis quod desit suppleat annis.*

## In Natalem Iosephi Scaligeri.

*HEtrusca magnæ progenies domus,*
*Vinci negantis gloria Cæsaris,*
*Per regna Musarum, per amplos*
*Iuliade proauûm triumphos,*
*Regesque Thuscos; parce pater pater,*
*Canumque curis subtrahe verticem:*
*Est meta, feruentemque mentem*
*Herculeæ prohibent columnæ.*
*Sæpe obligatus muneribus tuis*
*Recurrit annus, nec domino suo*
*Indulget ætas: inuidumque*
*Tempus abit properante curru.*
*Nobis iuuentas, plenaque sanguinis*
*Vis alta pulsat pectus, & aureus*
*Lanuginum pictor virentem*
*Flore nouo subijt genarum*
*Autumnus orbem: purpureis tibi*
*Inobsequentes temporibus niues*
*Spargit senectus, ausaque alta*
*Et patrios animi calores*
*Includit ætas: te Superûm preces,*
*Et gens auorum regia cælitum*
*Poscunt olympo: te supremum*
*Scaligeri repetent tyranni*
*Humi morantem: tecum atavi tui*
*Terras relinquent: totaque gens simul*
*Mortalibus non imputanda*
*Ludibrijs, superûm Deorum*
*Asscripta catu, debita sidera.*

Sera

*Sero reuiset. Quod superest, tibi*
*Securus indulge, leuesque*
*Consilijs adhibe Camœnas.*
*Qualem superbi, Romuleis nihil*
*Datura Musis, regia Nereï*
*Eduxit Hugonem, Batauis*
*Auspicio meliore Musis.*
*Cui non Latinum nomen, & æmulas*
*Intonsa priscûm turba Quiritium*
*Laurus, nec Ægidæ minaces*
*Præripiant veteru nepotes.*
„ *Parcus bonorum commoda sæculi*
„ *Certis resignat temporibus pater,*
„ *Nec cuncta non æquus sub vno*
„ *Exhibuit sua dona cœlo.*
*Te nec nepotum cura, nec anxia*
*Spes liberorum pectora diuidit,*
*Arcusque præteruectum & acres*
*Cyprigenæ leuioris ignes.*
*Beate, quamuis nec thyasi potens,*
*Nec sub iuuenco dissimules Deum,*
*Graiusque dextra fulminator*
*Enceladi ferias parentem.*
*Si nec moranti dulcis inertia*
*Virtutis alma succuba, nec Venus,*
*Aut callido serpens veneno*
*Pieridum violator Euan*
*Olim patentes pectoris ignes*
*Inuasit arces: integer arduos*
*Visure Diuos, heic corollas*
*Heic tepidas tibi ponit aras*
*Deuota Musis Heinsiadæ manus,*
*Serisque natus Dousa nepotibus.*
*Heic, heic, pater, lætus quotannis*
*Propositique reus Lyæi*
*Diem morabor. Vos comitum manus*
*Cete faustis nomina vocibus:*
*Totumque seruare immerentes*
*Iuliadem prohibete Diuos.*

Ioseph

## Iosepho Scaligero post Hesiodum suum.

HActenus ignauo mens indignata labore
*Imbelles sequitur curas, & præmia vulgi.*
*Mox me sidereas tecum transcendere metas,*
*Sublimesque orbes stellarum, & cærula templa*
*Iultade pater aspicies, atque æthera vastu*
*Distinctum signis, & magni mœnia mundi.*
*Qui me cunque Deus, mentisque erecta cupido,*
*Et sancta virtutis amor popularibus auris*
*Altius extollet, centumque audacibus alis*
*Temporis excedam contagia; non ego sanguis*
*Degener, aut mentem tenui percussus amore*
*Mollibus insuescam latebris ignobilis oti.*
*Sed leuibus rerum studijs desueta teneri,*
*Paulatimque imitata suos mens altior annos,*
*Ibit in exemplum: seu me fortuna reductum*
*Plausibus excipiet populi, fremituque secundo,*
*Inter opes dulces proauorum, & mollia regni:*
*Gandauumque meum, magni incunabula quendam*
*Cæsaris, & nostros nunquam tacitura dolores,*
*Aspiciet celsas patriæ dare iura per vrbes.*
*Siue eadem vitæ series, atque aspera fata,*
*Fata, quibus iamdudum oculos auertit Apollo;*
*Detineant procul a patria, amplexuque meorum.*
*Interea dulces dent hæc solatia Musæ,*
*Securæ maiorum operum: dum cætera desunt,*
*Parnassum satis est facili lustrasse chorea.*

## In Caroli Clusij Atrebatis Exoticorum libros sex priores.

NAturæ ludentis opus, suspensaque mundi
*Inter anhelantes diuerso e carcere ventos*
*Machina; quam stellis ardentibus aureus ambit*
*Iupiter, & vastum Nereus molitur in orbem;*
*Cui tantum de te licuit? quisue incola terræ*
*Has primum produxit opes? quæ cærula puppis,*

Et

*Et solis radios, & iam non ultima Thules*
*Littora, vel nuper positas egressa columnas,*
*Diuitibus his primum patriam mactauit opimis?*
*Scilicet in priscas series, occultaque rerum*
*Sæcula, vel notum nec adhuc mortalibus æuum*
*Voluimur: aut solis pudor est nescire Batauis,*
*Quicquid mundus habet: vel quicquid filia Nerei*
*Ventorum domitis, alienis seruat in oris.*
*At natura parens, immensi conscia mundi,*
*Sidereos inter tractus, atque æthera magnum,*
*Carole, te vastum quondam circumtulit orbem,*
*Euectum ingenti curru: [a] quem bellua Gandæ*
*Traxit, [b] & immanis Matutæ e littore serpens,*
*Centum orbes, centumq; undosa volumina torquens*
*Arduus, & lentam tarde demissus in aluum.*
*Astabant toruæ facies, incognita cete*
*Oceano patrique, [c] & quo te nomine dicam*
*Ignauum pecus, [d] & visu deformia Phocæ*
*Corpora, [e] vel tandem populus sic cognitus Histrix?*
*Hic fulgentis opes Orientis, & ultima serit*
*Dona recognoscis populi, Famaque superbis*
*Postibus affigis, spectanda nepotibus olim,*
*Exuuias terræ ingentis; monumentaque mundi*
*Diuitis, & longum fama diffundis in æuum.*
*Accurrunt rapidæ puppes, victorque Batauus*
*Æquoris, ingentes Neptuno immittit habenas,*
*Stans alta in puppi, Boreaque audacibus alis*
*Imperat, & longas a tergo diuidit undas.*
*Nec visas populatur opes, miracula rerum,*
*Herbasque plantasq;, [f] & quæ se tollit Harundo,*
*Æmula malorum spatijs, aut arboris altæ.*
*Transcribitque tibi, nec se cognoscit in illis.*
*Æquora viderunt alios emergere [g] Coruos,*
*[h] Et Iunonis auem: [i] Stellasque in littore nauta*
*Horruit, [k] & Quercum medijs inuenit in undis.*
*Salue magne pater, quem non rationis inertem*
*Pallidus obscuro Phlegeton damnabit in antro,*
*Infamisque Acheron, ignauaque ianua lethi:*
*Sed sublimis honor, & solui nescia virtus,*

[b] Animal ita dictum.
[b] Serpens Indicus octopedum Romanorum.
[c] Ignauus animal, alias Agilis.
[d] Manati, phocæ genus.
[e] Histrix piscis.
[f] Harundo Indica, octo pedum Romanorum.
[g] Coruus marinus.
[h] Pauo marinus.
[k] Stella marina.
[i] Quercus marina.

*Per varias populorum oras & mœnia raptum,*
*Indigetem magno tandem donabit Olympo.*
*Miratur rerum facies, stupet obuia turba*
*Europaque Asiaque, & dignos addit honores.*
*Qualis ab Aurora populis, & dauitis Hermi,*
*Indorum spolijs, & capto squallidus auro,*
*Liber ouans curru ardentem conscendit Olympum,*
*Antiquasque Deûm sedes; Berecynthia mater*
*Astitit, & centum summisit ad oscula turres;*
*Frondoso occurrens gremio: dextramque tetendit*
*Iupiter, & vastum tonitru perterruit orbem.*
*Scilicet, & quis me, superi, dum pectora sanguis*
*Pulsat adhuc, ardorque ingens, atque indolis alta*
*Conscia mens, nullo curarum obsessa tumultu,*
*Taprobanes inter saltus, aut littus Iaua*
*Sistat, & occultos Natura admittat in ausus,*
*Non ego securus metuam quodcunque pericli est,*
*Ingentem Batauo de littore soluere puppim,*
*Votaque Neptuno faciam, magnoque parenti,*
*Nymbosasque hyemes inter, ventosque furentes,*
*Plurima lustrato referam tibi munera mundo;*
*Pars operis nonnulla tui. Sic Orphea quondam*
*Turbidus in cœtu sociorum aspexit Iason,*
*Carminis intentum numeris, aut vela legentem.*

## Daniel Heinsius pro Auriaco sua.

*AVriaci cineres, umbra indignata tyrannos,*
*Victricesque heroum animæ: tuque aqua parenti*
*Stirps immensa tuo; seu pulchro in puluere circum*
*Æmulus Euclida veteris deducis, & astra*
*Igneaque aurati percurris lumina mundi,*
*Tranquillæ virtutis opus; seu feruidus inter*
*Tympanaque fremitusque virûm prouectus, Eoa*
*Purpureus galea, & niueus conspectus in armis*
*Spumantem pertundis equum, quem Bructera tellus*
*Horruit, & ponti domino summisit Iberus;*
*Huc ades, & pictis galeam submitte cothurnis,*
*Dum te cura tenet: seu iam flammantia cœli*

Nubila,

*Nubila, seu magni sonitus imitatus Olympi,*
*Immensumque tuo perterres fulmine mundum,*
*Oceano terraque ultor, vindexque parenti*
*Tandem nate tuo, tumulique exactor & umbrae,*
*Ingentisque animæ. Tuque indignatus Iberum*
*Magna rector aqua quem non virtutis egentem*
*Aspera Romanis iunxerunt prælia fastis;*
*Æterni comes imperij, consorsque laborum,*
*Tum quoque, cum rerum dominum, magnasque secures*
*Victaque venturas tremuit Germania virgas;*
*Huc spectator ades: si non incognita vobis*
*Pectora concepere deum, fretique iuuenta*
*Tollimur, & pulchris inclusit curis cothurnis*
*Excelsæ virtutis amor. qua fortiter ante*
*Mens Groti diuina mei, qua corpore paruo*
*Circum clausa licet, diu intercepta tenebris*
*Dirigit audaci Batauûm vestigia passu:*
*Orchestramque inuectus eo, quo tigride raptum*
*Tollis ouantem animum, medioque immittis Olympo*
*Magne Mimallonidum genitor? date vela Batauis,*
*Surgenti date vela, feror feror. ebrius Euan*
*Semiuira cinctus chorea; uuisque cothurno*
*Signa mouet, mentemq́; animi ferit, imaque cordis*
*Excutit, & totum distillat ab æthere Nonnum.*
*Cernitis? immenso trepidant proscenia motu,*
*Sub pedibusque exultat humus: spectate Batauis:*
*Nassousa dux gentis adest, ac lumina cælo*
*Tollit, & audacem defigit in aëre vultum:*
*Non fraudes mens alta pauet non fata necemque,*
*Degeneremue heroa dolum. Non inuidet hosti*
*Fallere posse suo: soli hoc concedit Ibero.*
*,, O fatum! o crudele nefas, sorsque improba! cunctas*
*,, Admittit fortuna manus, non abnuit ulli;*
*,, Angustum est virtutis iter. Mauortius ille*
*Ardor, & augusti vis pectoris; ille tot ante*
*Exuuijs, titulisque ducum sublimis, ab hoste*
*Vulnere qui pulchro meruit confossus, & ictu*
*Cadi posse suo, (Superi & crudelia fata!)*
*Latroni seruandus erat! patriaeque ruinam*

Duxi, & ingenti tremefacta Batauia motu,
Externas inuicta manus, Siculumque tyrannum
Horruit, & sero venturum e littore regem.
Cernitis ardentem picea fuligine tædam
Fœmineosque habitus, & tetra virginis ora,
Sanguine fumantis calido, & serpentibus hydris
Colla per horrentesque comas? prorumpit Erinnys,
Alteraque Alecto Siculis emergit ab oris.
Estne aliquid supra stridentia colla Megaræ
Tisiphonenque Dei? quod nec Iouis ille ferarum
Immitis domitor, genitorue Palæmonis olim
Horruit, aut diris vltricibus actus Orestes
Per scenas Danaûmque choros? nec Græcia nempe
In Furias satis vna fuit. Maiora Bataui
Vidimus, & toto pelagi, seclusimus æstu.
Cernitis indigno perfossum vulnere pectus,
Oraque torpentesque genas. en nobilis atro
Sanguine suffusa est Diuæ morientis imago:
Libertas iacet, ite viri: complexaque funus
Magnanimumque heroa tenet, gemituque Batauam
Cum domino conclamat humum, trepidumque Leonem
Deserit, & nostris properat vestigia terris.
Quo gressum quo Diua moues? adeone Deabus
Venturi mens cæca sua est? Nec dum altera rerum
Argumenta tamen, nec dum exultantia campis
Agmina, victricesque Aquilas, natumque tonantem
Circum castra vides? Quantum tibi restat Ibere
Sanguinis! immensam Frisiorum e littore nubem,
Et coniuratum video descendere Geldrum,
Mattiacumque vnde domitorem, altique Batauum
Contemptorem animi. Pater ipse e littore Nereus
Ingentes populis animos & corda ministrat.
Illum indignantem multum, multoque furore
Indomitum, totumque in littus cogere pontum,
Et vastam spumantis aquæ sustollere molem
Aspiceres; vnda auderet quod credere Vesper
Et Siculas frustra Batauis immittere puppes.
O animi, o proles Neptunia, nataque rebus
Pectora; Tempus erit (me si vis inclyta fandi

Surripiat

*Surripiat cinerique meo, & mortalibus umbris,*
*Fatalesque colos extra, atque ignobile lethum*
*(constituat tumuli ignarum & caliginis atræ)*
*Quo clades Thurnouda tuas, lethumque Philippi*
*Nobile, & Eoi perruptas littoris oras*
*Expediam ingentis voti reus, armaque & ensis*
*Nassouios: iuxtaque æterni nominis Hugo*
*Ibit, & ereptum patriæ donabit Erasmum.*
*Illi iunctus ego (si quid tamen hæc quoque si quid*
*Carmina venturis valeant promittere saclis)*
*Illi iunctus ego motusque animosque virorum*
*Armaque, fortunasque, & rerum ingentia cepta*
*Per populos urbesque feram, magnique Thuani*
*Limen, & extremam Celtæ properabimus oram,*
*Et fines Ligurum, & præduriu císta Rheni.*
*Interea Heroes patrii: Tuque arbiter horum*
*Stirps Tyrrhena Deûm: quem non fortuna parentum*
*Traxit, & æternos animi compescuit ignes,*
*Iuliade; si sacra tuis indiximus aris,*
*Magne pater, tum cum cœli regione serena*
*Æternos inter stellarum ardebis honores*
*Aut pulchras proauorum animas, pater annue cœptis*
*Et felix succurre meis, caueaque senator*
*Incipe cessanti fremitus indicere turbæ,*
*Ambiguosque cie fori foros: vulgique tuentis*
*Per cuneos late geminandas ducere voces.*
*Ipse ego pacatæ folijs euinctus oliuæ*
*Sacra feram, gentesque tuas, & magna ciebo*
*Nomina, Veronaque deos, Manesque parentes,*
*Cæsareoque æterna feram solemnia busto.*
*Tu quoque tu, cui fata virûm, multumque labantem*
*Victuris patriam fas est committere chartis,*
*Boisoti pars magna tui, quo præside nobis*
*Inclyta Lugdunum domitum defendit Iberum;*
*Fas sit, fas sit, Dousa, mihi, tam grandibus atras*
*Præsidijs nebulas, cæcamque euadere terram,*
*Inque Sophocleas animum dimittere Musas.*
*At tu ingens anima, & nostris innixa cothurnis,*
*Tendis ouans per inane, soloque emissus, Ibere*

*Terribilis spolio, & Mauris indutus opimis*
*Immensum moliris iter, qua que aëra late*
*Tundis & heroo praeuertis nubila passu*
*Auratique fores premis aetheris; omnis ab alto*
*Cedit Iber, vmbramque tuam tremit: ipsaque late*
*Flammea turbato subsidunt sidera vultu.*
*Sis felix, natumque diu securus ab alto*
*Barbaricas cernas poscentem in praelia turmas,*
*Et patrios multo pacantem sanguine Manes.*

## Ad Iosephum Scaligerum pro Silio suo admodum adolescens.

*IVliade, magni vis, & sublimis imago*
*Caesaris, ingenijque ingens, decorisque paterni*
*Posthuma lux, consorsque animae maioris ab alto.*
*Magne senex, cui se haec tandem mutanda reseruant*
*Tempora, tot priscis veterum labefacta ruinis.*
*Cui vasti stellarum orbes, & moenia coeli,*
*Totaque Natura validis innixa columnis*
*Machina diuisos summittens cardinis axes*
*Vi mentis perrupta patet, lux publica cunctis*
*Exoriens, caecasque errorum mille tenebras*
*Discutiens, vastasque illustrans lumine terras,*
*Haud vsquam genitore minor, mens ipsa parentis*
*Naturaque audacis opus, cui Daedala rerum*
*Mater inexhaustos nascenti indulsit honores,*
*Extremum conata decus, totosque labores*
*Et vires emensa suas, seseque coacta est*
*Linquere, dum tantum terris educere lumen*
*Aequalemque patri, & vestigia nota sequentem*
*Certat, & antiquas Fatorum euincere leges.*
*Humanumque genus, caecisque infixa tenebris*
*Pectora, pallantisque soli ludibria, certo*
*Illustrare die, tenebrisque infundere lumen*
*Scaligera de gente, cui Mauortia quondam*
*Munera cura fuit: cuiusque ingentibus armis*
*Tot fortes cecidere animae: terramque momordit,*
*Gens profusa sui, nec belli ignara iuuentus,*
*Teque Antenorida magni; dum te vltima rerum*

Spe

*Spes, orbi immortalis honos, extremaque gentis*
*Meta tuæ, saui nil quicquam Martis egentem*
*Iulius antiquo Gallorum pretulit orbe,*
*Effigiemque sui, viuisque exsculpta figuris*
*Mentem animumque tibi, totasque e pectore dotes*
*Diuina transfudit ope, vt post fata superstes*
*In nato sit plena suo virtutis imago.*
*Fax Batauûm patriaque, & quicquid lucida Phœbi*
*Lampas anhelanti perlustrat luminis igne*
*Excedens splendore tuo, spoliisque superbe*
*Europæque Asiaque, cui prudentia rerum*
*Subiecit victa longo ordine nomina gentis,*
*Sub pedibusque solum, atque errantis nubila turba*
*Securo spectare dedit, nec plausibus vllis*
*Sollicito, vanaque vltra clarescere laude:*
*Iudicio contenta tuo, dum splendida gentis*
*Scaligeræ monumenta, atque insuperabile fatum*
*Regalesque atauorum animas, nil tale merentes,*
*Voluis, & antiquos fama super æthera, finis*
*Principiumque tuæ fers nobilitatis, & idem*
*Nobilitas tibi tota tua es, virtute parentis*
*Felix; ille tua: nec enim protenditur vltra*
*Vis humana queat, non si Parnassia rupes*
*Extremique aditus Musarum, atque inuia Delphis*
*Saxa, Sibyllinique lares, & credula quicquid*
*Fama parens veteres hominum transmisit ad aures*
*Vim certet conferre suam: non si æmula Phœbus*
*Ora mouens, centumque aditis cortina reclusis*
*Vocibus obscuros euoluat pectoris æstus.*
*Lux Gallis erepta tuis, terraque Batauæ*
*Lucifer, immensas transcendens fulmine terras*
*Ingenij, rutiloque accendens proxima quaque*
*Fulgure flammarum, iuuenumque arrecta prehendens*
*Pectora, sidereasque inuitans ire per auras,*
*Et maiora solo tentare, & lumina multum*
*E flammis accensa tuis, efferre sub auras*
*Ætheris, & notas naturæ euadere metas.*
*Haud secus ac mœsto tenebrarum obnubila vultu*
*Cynthia, concessu imitatur currere bigis*

## Satira in Historicos nostros.

*Sic equidem est: ex quo Diuûm fabricator Homerus,*
*Dædalus ingenij, lachrymantem fecit Achillem*
*Latrantis stomachi solamen, & inter Achiuûm*
*Orgia, mendicas iussit seruire Camœnas;*
*Nil vetitum est Musis mendacibus: ille fauoris*
*Fiat vt Augusti pugnacis publicus auceps,*
*Aut patinas lingat post sex rapidos parasitos,*
*Versibus Æneam Libycum deducit in antrum.*
*Barcææ tepido captum meretricis amore.*
*Inde aliud super atque aliud: stat in arbore virgo,*
*Atque aliquis sæuo commutat membra leone.*
*Quid mihi, Di Superi, si quis Telamonius Aiax*
*Septem terga boum Troianum vertat in hostem?*
*Quid mihi, si tractum post Hectora vitta gementis*
*Excidat Andromaches, quam tradidit alma Cythere,*
*Cum pater Eetion generum, nataque maritum*
*Sumeret, & Phrygium iunxisset dote tyrannum?*
*Quid mihi, si canam Saturni fallere barbam*
*Iupiter instituit? si matrem Iuno Cybeben*
*Effatam deludat anum? celansque parentes*
*Rex Superûm vxorem subigat pariterque sororem,*
*Scilicet, atque prius quam coniux fiat adulter?*
*Hoc opus, hinc rauca conquirunt vndique fauce*
*Grammatici quod edant. hus primos duximus annos,*
*Inclyta virtutis sunt hæc præludia nostræ.*
*Nil superest igitur mendacia post tot vbique,*
*Fallacesque vias scribendi impleuimus omnes,*
*Nil superest, nisi vera loqui: prostate Camœnæ,*
*Et faciles auras spirate volentibus. At vos*
*Mittite me Batauí procul, Alcidæque columnas,*
*Et gelidas vltra glacies, serumque cubile*
*Noctis, & extremam, quæ fertur in æquora, Tethyn.*
*Quid faciam infelix? non possum credere quicquid*
*Esuriens Tragoras misera duce condidit aluo.*
*Historias nequeo mendaces scribere vobis,*
*Et Ganymedæam Batauis confundere gentem,*

*Aut campos vbi Troia fuit: Cattosque potentes,*
*Et procul Hollandos Phrygiis deducere reges,*
*Hic etenim si cui tepido nidore culina*
*Rides, & assiduo pallent laquearia fumo,*
*Consulit Hisponem, qua parte vel Hectora tangat,*
*Vel Priamos Iliesque senes: quis sanguinis autor;*
*Dardanus Acrisiusue pater. Silet ille repente*
*Iam grauis, & vultum corrugat, & athera lustrat,*
*Fitque locuturo similis. Tandemque roganti*
*Nescio quam magni membranam nominis affert,*
*Aut carte putrem tabulam, aquauamque Sibyllæ*
*Vndique sordentem patrio squallore papyrum*
*Eruit: & tineis autoribus omnia monstrat.*
*Hic Hecubas veteres loquitur, Simoëntaque Rheno*
*Miscet, & ignara consensum postulat aulæ,*
*Præmiaque & cœnas populo mercatur ab ipso.*
*Ast vbi iam quisquam ( miseris quæ vana libido)*
*Commodat assensus; hic sidera pulsat, ouansque,*
*Qualiter euictis Marius, vel Cæsar, Iberis,*
*Altior exsurgit, cristasque assumit, & omnes*
*Errores pede, Deusa, tuos ostendere solo*
*Iactat, auosque suos, defunctaque nomina luce*
*Patricios veteres crepat, & diuos animales.*
*Quod superest tempus Titanibus applicat ipsis,*
*Quosque semel Diuûm rex perdidit, excitat. at tu*
*Iupiter hic noctu vigiles educe: poloque*
*Præsidium dispone tuum, diuisaque cœli*
*Vndique fortiti circundent atria Diui.*
*Nascitur hic Otus nouus, Enceladusque; Gigantes*
*Parturiunt libri: nec Pelion Ossaque nobis*
*Sed frons est perfricta satis, quæ scandere montes*
*Audeat, & cœlum profugis euertere Diuis.*
*Quid mare veluolum, Bataui, quid dissita rerum,*
*Et debellatos Bromio percurrimus Indos?*
*Quid vigiles inter pluteos. Nerine, soporem*
*Nocturna toties proscribis teste lucerna,*
*Et caput innixum digitis fortasse duobus*
*Purpureos legum titulos ediscere cogis,*
*Cæsareosque apices consultaque? nam Tragoras si*

*Aut*

*Aut fortuna velit, fies rex protenus. Idem*
*Cecropio quamuis deducas stemmata Cedro,*
*Bisque Iouem proauum numeres in vtroque parente;*
*Assuet auriculas asini, caudamque leonis,*
*Aut spolium, & Luca dentem bouis, & caput. At nos*
*Iupiter alme viri sumus, Empusamque, Laresque*
*Liquimus, & Lamias, & blando quicquid alumno*
*Noctis in aduentum pater aut nutricula narrat.*
*Interea raucis feruent fora nostra querelis,*
*Pallidaque erramus circum subsellia; mœsti,*
*Et capite obstipo, barbaque adserta versa*
*Vix matutinam detersi mane pruinam,*
*Ieiuni miseram cunctando verrimus aulam,*
*Patronique fores, reiecturumque pauentes*
*Limen adoramus: tacitè dum ianua tandem,*
*Magnifica, & domino similis, nec prona roganti,*
*Paulatim dubias deducit cardine valuas.*
*Hic aliquis tandem longâ comitante catervâ*
*Sesqui-Cato sensim egreditur, trepidosque clientes*
*Eminus, & longam circumspicit ordine turbam,*
*Olli inter sese trepidare, & multa pauentes,*
*Hinc atque hinc molles aditus tentare loquendi,*
*Spemque metumque inter dubio procedere passu.*
*Atque aliquis, cuius nondum pudor omnis ab ore*
*Exulat, aut placidis percussus pectora Musis,*
*Ignarusque fori, quales ego, Cottaque noster,*
*Relliquiæ veteris Saturni, fabula vulgi,*
*Vltimus egreditur procul, & vestigia longè*
*Pressa legit, sequiturque patrem non passibus æquis.*
*Quid tamen hæc aut illa iuuant? indignor Alanes*
*Ventidius fora totus obambulat, Aulus agello*
*Aut operas locat, aut hirsuti more Quiritis*
*Inualidas patrio glebas inuertit aratro.*
*Tu faciles inter, Scriueri dulcissime, curas*
*Ocia consumis. Tuque, & tibi quam bona Cypris*
*Tradidit, hybernas noctis combure his horas,*
*Fœnoris ignari, partesque fouere Tamen tu,*
*Si volet historicus, fies elephas, vel iners bos,*
*Vel quodcunque fames, vel egestas imperiosa*

*Nocte*

*Nocte aliqua dictabit. Ego quem sancta Moneta*
*Noluit instantes horrere a limine fures,*
*Sed vacuum simul ære, & cunctis viuere curis;*
*Post totidem messes quot concidit Ilion, aut quot*
*Telemachi genitor fallacibus errat in vndis,*
*Forsan equus fuero, vel Sphinx, interque nepotes*
*Esseda summisso deducam Belgia collo.*
*Ædificant montes mendacia: sic & Homerus*
*Forsitan infami socios mutarit Vlyssei:*
*Vitrea nec Circe, nec tantum pocula possunt;*
*Aut cyceon circum fallacibus illitus herbis,*
*Quantum venter, & offa: poëtas hæc dedit olim,*
*Nunc dabit historicos, bifidi hæc sunt culmina Pindi.*
*Hæc series vitæ tutissima. Nonne videtis,*
*Cum precium nostræ mutant solenne monetæ,*
*Quis Tragœra nostro pallet minus, aut tremit? Vnus*
*Historijs carnes emit Hispo, obsonia verbis,*
*Et nummis quicquid. Vatinius, ille cui iam*
*Vltima damnosas currunt patrimonia mensas.*
*Qui quoque mox tandem, iam deficiente lucello,*
*Postremaque fide: quæ, ceu Themis aurea terras,*
*Vltima mortales miseros inuita relinquit,*
*Extincto iam pene foco, tepidoque camino,*
*Historias scribet, si Lali inuadere fundum*
*Nesciat, aut ditis loculos spoliare Calippi.*
*Postera si primam meretrix Tithonia lucem*
*Extulit, & senis ignaui se tollit ab vlnis;*
*Ite forum, ciues, inuadite, fœnore bulga*
*Turgeat, vt plenum Licini cœnantis omasum.*
*Nobilitas venalis erit: sex aßibus Hispo*
*Caïolam neptem Fabij, Paulamque nepotem*
*Fabricij faciet. licet hæc olus, altera corpus*
*Vendat, & obsceno quæstum mereatur in antro.*
*Sic subito emersti: credo miraris & ipse,*
*Serica cum spectas, & quæ velamina nuper*
*Parta tibi: pellem subito mutatis, vt angues*
*Vere nouo; quondam pannosus, & in lare paruo*
*Sordentes Hecates solitus consumere cœnas*
*In triuijs, sed enim toties cur tangis amictus*

Ipse

*Ipse tuos Hispo? cur te miraris in illis?*
*Quæ gestas, gestauit ouis prius: hæc tua namque*
*Quæ modo diuersos mentitur lana colores,*
*Forsitan aut hirci fuit, aut rudentis aselli.*
*O ciues, ciues, sceleratus mane capillum*
*Scurra, reus fraudum, summisit filius Auli,*
*Cras abiget pauidos obseruans e cruce coruos,*
*Coruini de gente nepos. quid competit illi*
*Qui nondum natos deluserit, inque nepotes*
*Et post venturas sparsit mendacia turbas?*

*FINIS.*

---

## In Elegias Dan. Heinsij, Iani Dousæ.

*GRande decus Vatum; non quos modo nostra tulere*
*Secla, sed antiquis æmule nominibus,*
*Immo prior: Quis namque ( annos si computet ) ausit*
*Arte vel ingenio se tibi ferre parem?*
*Heinsi, o delitiæ Musarum: dædala cuius*
*In Latium Argolicas Suada reduxit opes.*
*Quem cum Scala meo primum insinuaret amori*
*Quod melius ( dixit ) dem tibi, nil habeo.*
*Tu modo rem veris pretijs pensare memento,*
*Pro meritis Pignus & trutinare suis.*
*Vera Heros monuit: nec sic ego plumbeus; vt quantum*
*Acciperem mihi non conscius ipse forem.*
*Ante omnes vnum te prodigus admirari;*
*Cui celebrando vtinam sat mea Musa foret:*
*Æuo adeo maiora suo Miracula cernens.*
*Æstimet hinc Dousæ secula Posteritas.*
*At nuper plorare mea tot damna senectæ*
*Institeram, Sortis nescius ipse meæ:*
*Tempora quod nullos proferrent nostra Catullos;*
*Successor quod adhuc nemo, Secunde, tibi.*
*Nunc me de nihilo cassas fudisse querelas*

Et

Et iuuat, & tanti est commeminisse mihi:
Postquam Ascra reclusa tua Sacraria, & Heinsi
Illustrare meos capit Apollo Lares.
O decus, o nostris noua lux exorta Camœnis:
Surgere mî Famam non aliunde velim:
Tam tacitum, tam suaue sonas: neque promptius vllis
Auricularum operam, quam tibi, Dousa locet.
Vsta querebamur Vatum monumenta priorum,
Stesichorique fides, Æoliamque Lyram.
Heu, quas non Diras, quæ non conuicia sueti
In Byzantinos fundere Pontifices?
Quos tantum patrare nefas stimulasset anilis
Nescio qua zeli scaua superstitio.
Quid grauius Persa Danais potuere minari?
Tristius hi Turco quid dominante pati?
Lamentis nunc finis adest, simul Heinsia virtus
Ingenij occœpit promere dona sui.
Heinsiadi, o Reges Sacrorum, dicite laudes:
Inuidiam vestris detrahit ille focis.
Quid iuuit obductæ plaga renouare dolorem?
Vnus pro cunctis dignior iste legi;
Largiter & tantæ cladis sarcire ruinas.
O Panace o Graijs vena Hygiea tuis.
Ipsa nec inmedijs certet tibi Pallas Athenis,
Ipse nec Actiaca Phœbus in Æde tibi.
Tu damna amissi nobis leuiora Menandri,
Et desiderium lenius esse iubes.
Parcius vt Coum doleam perijsse Philetam,
Tu facis; & pluris Battide Rossa tua est.
Quid graue, Callimachum nobis si Fata negarunt?
Callimachum nobis tam tua Musa refert,
Mimnermumque simul; nec tam insuperabile quicquam,
Quo Genij haud valeat vis penetrare tui.
Cædi alijs sint Casea: tui nos Carminis (Heinsi)
Ver iuuat: hæc auri Barbitos apta mea.
Nec minus ipse mihi placeo, quod lucis in auum hoc
Stamina protulerim tam diuturna mea.
Quæ maneant, quam longa tuæ mihi copia Suadæ
Suppetet: O Diui, quis fuit ille dies!

Quem

*Quum tua vox bibulas mihi distillaret in aures*
*Plena Dionæo Nectare Suauiola,*
*Rossaque mi tepidos renouaret in ossa calores:*
*Ah, quantæ inuidiæ caussa Neæra tibi!*
*Quantum oculis Nymphæ Hesperiæ paritura dolorem?*
*Quæ tamen Heinsiadæ nil metuenda mihi.*
*Inuidiæ par ille omni, supraque locatus.*
*Non hoc inficias ipse Secundus eat.*
*Ante alios tanto qui Successore superbus,*
*Solus, ait, Vota hic qui mea vincat, erit.*
*O Elegi, o nostro gratissima pabula cordi!*
*Vnde malis toties nata medela meis:*
*In quibus haud digitos Charitum modo Triga lauare*
*Sueta suos, verum pectora & ora Venus.*
*Qualia sæpe mihi per te si mattea dentur;*
*O quam mi ista forent omnia pro nihilo,*
*Quæ vulgus miratur iners; quæ lumine strabo*
*Deuorat, & vita quæ Bona Summa putat.*
*Nam mihi quo studijs popularibus addere pondus?*
*Non ego mi Fasces, non ego venor opes.*
*Hæc alij superos poscant: mihi, quod super oti est,*
*Largiri id Patriæ sit satis omne meæ.*
*Dum pridem exorsam satago detexere telam,*
*Et iuuat Historica condere molis opus.*
*Sed quisnam in medio toties me hic sistere cursu*
*Sudantesque inter iungere cegit equos?*
*Hanc mihi non torpor remoram facit: absit Iacchus,*
*Promptus ad Historici Munia semper ero:*
*Materie neque destituor; quam copia rerum*
*Largiter, & pleno suggerit vsque sinu.*
*Debita sed fastis mihi tempora Corniger aufert*
*Hircus; & Historia non sinit esse locum.*
*Nedum Elegis, nedum numerosa Carminis Arti;*
*Intereres Heinsi quod fluat auriculis.*
*Et mirum mea si torpent ad plectra Camænæ?*
*Si nescis, vietum non amat vlla senem.*
*Canities rebus, cantu opportuna Iuuentus:*
*Turpe senex Vates, turpe senilis Hymen.*
*Tu tamen emeritum desueta in prælia Dousam*

*Plausibus*

*Plausibus haud cessas sollicitare tuis.*
*Hei mihi, quid speras a desertore Poëta?*
*Haud seni, sed iuueni est digna Thalia preco.*
*Olim gratus eram: nunc in me tempora Veris*
*Præteriti incessum sicca requirit Hiems*
*Non eadem est ætas, non mens; Seniijque rigore*
*Mi perijt Genij qui fuit ante Vigor.*
*Accedunt queruli Vadimonia iuncta Libellis,*
*Queis vacuos iudex non sinit ire dies:*
*Sat cantu fidibusque datum: Scholica otia linque,*
*Numina quem Themidis ad sua Sacra vocant.*
*Quid faciam, o Heinsi? res imperiosa, Potestas.*
*Quid? nisi quod Prætor, quod Themis ipsa iubet?*
*Proin Dousa miserere tui: quem munia Legum*
*Musarum prohibent commoditate frui.*
*Et dic; Dousa perit: addas simul ista licebit:*
*Phœbe, tibi pœnas has dare dignus erat;*
*Deserto quisquis Helicone, assuescere Praxi,*
*Quique Fori fieri transfuga sustinuit.*

## Idem de iisdem.

G*Anda, inter Flandras quondam pulcherrima Nymphas,*
*At nunc hosti etiam vel miseranda suo;*
*Cæsareis quamuis cunis se venditet, Heinsi*
*Ingenio maius nil tulit illa sui.*
*At graue quid, Batauis exsul si degat in oris?*
*Plus Patriam Dominâ non amat ille sua.*
*An Patria est, vbi cuiq; bene est? Laus debita Rossa hac,*
*Heinsiadi patrios quæ facit vna Lares.*
*Immo Vrbs Heinsiacos quæcunque tenebit amores,*
*Hæc Domus, hæc Vati Ganda futura meo.*

NOBI.

NOBILISS. AMPLISS

VV.

GEORGIO MICHAELI LINGELSHEMIO

IOANNI GERNANDO,

Ser. Electoris consiliarijs.

D. D. D.

DAN. HEINSIVS.

LI ORA-

# ORATIO,

## HABITA

### Cum THEOCRITVM auſpicaretur

*In auditorio Philoſophico.*



D alteram profeſſionis meæ partem acceſſurus, Auditores Nobiliſſimi, Græcorum poëtarum interpretationem, prouinciam nec pœnitendam, nec leuem; duo optabo. Primo, vt pauci hic adſint, qui poëticen oderunt: ſecundo, vt pauciores, qui eam nimium feſtinanter amplectuntur. Quorum alteri diuinam facultatem contemnere ipſi: alteri apud omnes in contemptum adducere ſolent. Alteri verbis illi obſtrepere: alteri re ipſa dignitatem eius in dubium vocare. Alteri dum nunquam illi ſe dedunt: alteri dum ſine eruditione ad eam accedunt. Quorum ab vtriſque non tantum ignoratione peccatur

tur illius facultatis cui nocent, sed reliquarum omnium, quarum hanc interpretem, ducem, reginam, constituit occulta diuinitatis ratio. Non agam vobiscum, Nobilissimi iuuenes, more Atticorum Rhetorum, qui exordia quædam circumgestabant, quæ omnibus postea causis, rebus, argumentis, applicabant: cauti videlicet homines eam ab auditoribus beneuolentiam initio postulabant, quam rei, de qua dicturi erant, deberi desperabant. At vero facultas nostra neque violenter ab vllo exigit quod est, neque sibi ipsa tribuit quod non est: cum extra eam sit nihil. Itaque aut hanc odisse oportet, qui ignorat reliquas: aut qui ignorat hanc, nescire omnes. Duo antiquissimi philosophi constituerunt ad quæ referrent reliqua; Deum, & Poëtam. Alterius munus existimabant quotidie agere: alterius quotidie imitari. Vtrumque homini opponit Plato: nam & homo tum demum præstat, cum mente sua vti-

tur: poëta tum demum; cum sua caret. Rursus opponitur ab illis Dei præscientia, quam πρόνοιαν dicimus, prudentiæ humanæ, quæ προμήθεια appellatur. Huius prudentiæ opus est Ars, quæ non a Deo, sed ab hominibus excogitata est: illius præscientiæ, quicquid ignorant homines, poëtæ sciunt: quotiescunque, exuto homine, præsidem vniuersi Deum, in se admittunt. Sicut igitur opponitur præscientia Dei, quæ absolutissimum opus præstat, prudentiæ humanæ, quæ cæca, imperfecta, limitibus suis coercetur: ita opponitur poesis, & ars. Hac ratione cum de poesi agimus, omni arti, omni disciplinæ, omni scientiæ valedicimus: ne nobis aut manum Grammaticus iniiciat, quod ab eo verba mutuemur, aut Rhetor, quod ab eo probandi vim, aut reliquæ scientiæ, quod ab ijs demonstrationes petamus. Ars ijsdem rationibus docetur quibus inuenta est, & ab ijsdem a quibus excogitatur. Hæc sola neque

discitur

discitur, quia præceptis caret: neque quicquam ignorat, quia perfectissima est. Itaque & hæc omnia de quibus homines agunt, poëta discit, & illud quod poëta nouit non discunt homines, ac ne ipse quidem. Sicut cum a magnete ferrum trahitur, causa latet, cum ab homine tollitur, cuiuis patet: ita humanæ scientiæ origo apparet, diuinæ ignoratur. Rideo sæpenumero, Nobilissimi iuuenes, cum in Philosophorum scriptis versari soleo, hos Pythagoricos, hos Aristotelicos, hos Platonicos: quosdam etiam ex posterioribus familijs successores appellari. At solus poëta discipulum non habet, quia Deum præceptorem habuit: successorem non admittit, quia parem non relinquit. Sicut enim ignis cœlestis cum lumine suo abit, nec tractum post se ostendit: flammæ contra quas videmus, fumo quiduis inuoluunt: ita diuini animorum motus, nihil post se reliquum habent, præter admira-

tionem omnium, & stuporem. Huius facultatis partes sunt duæ: quarum altera naturæ cognata, coætanea, cum diuinitate cohæret: altera eam complectitur. Altera quicquid videtur æquat: altera quicquid consideratur, comprehendit. Ab altera Poëtæ dicuntur: ab altera diuinarum humanarumque rerum doctores dem nuncupantur. Ex altera probamus, poëtam scire quod ignorant homines: ex altera, quod sciunt homines non ignorare poëtam. Alteram earum μελοποιΐαν dicimus: alteram παιδείαν appellamus. Quemadmodum olim Musicam diuisit Plato, qui posteriorem partem paulo aliter considerauit. Prioris partis eadem est definitio, quæ Vniuersi. Si itaque ex Pythagora quid sit Vniuersum quæras; respondebit Harmonia: si ex Platone quid Poesis, idem de vtroque fatebitur. Itaque si cœlum terramque & quicquid vides, Harmoniam dixeris, omnia complexus es: si facultatem hanc Harmoniam

moniam definiueris, partem eius alteram expresseris: ita vt facilius definire sit, quid sint omnia, quam quid poesis tota. Pater Harmoniæ numerus est, ad quem Mathematici linea & superficie peruenire solent, vt primum natura, postremum ordine. Porro sicut ex æqualitate numerorum absoluitur quicquid est: ita ex eadem anima consistit: nec melius animam definiueris, quam si Organum dixeris. Quod organum bene temperatum non solum cum se ipso, sed cum natura consonat, atque ita, impellente Deo, absolutissimam Harmoniam perficit. Rursus inter hanc & Musicam nostram eadem Harmonia est, quæ inter illam & reliqua. Socratem pridie quam ad Deum profecturus erat, in Phædone, quod scriptum Platonis nunquam sine lachrymis lego, monebat aliquoties Deus, vt priusquam e terra migraret, Musicam experiretur. Volebat videlicet sanctum senem prius scire quid poëta esset, quam quid

Deus,

Deus, quia sine gradu proximo ad diuinitatem non peruenitur. Anima præterea prius cum Musica aptanda erat, quam cum vniuerso misceretur. Paruit ille, hymnum conscripsit: fassusque est exemplo suo, plus esse poëtam, quam Socratem: sicut minus est, poëta quam Deus. Ego summam felicitatem Socratis fuisse existimo, quod prius poëta esset, quam e terris excederet: sicut maximam calamitatem quorundam, quod prius homines esse desinunt, quam sapere incipiunt. Atque hæc causa est, cur Pythagoras, priusquam somno se daret, fides impelleret: vt nimirum animum diuinitatis suæ moneret, & Asclepiades medicus mente turbatos, ratione symphoniæ ad se reduceret. Iam quotiescunque pater Harmoniæ Deus, Organum poëtæ cum vniuerso temperat, æqualitas illarum partium inæqualitatem corporis excludit: inæqualitatem mentis humanæ obducit, inæqualitatem rationis nostræ
sub

ſubterfugit, mentem tollit, animam impellit: momento denique temporis, qui homo fuerat, id omne fit, quod profani nunquam fuerunt: priuſque hominem exuit, quam Deum excipit. Vnde a Platone, res leuiſſima, res celerrima, res ſanctiſſima, poëta definitur. Atque ita prior Harmonia a Deo perficitur impellente: altera ab Organo eius iam impulſo: vtranque Plato audacter μελεποιΐα in Ione dixit. Poëta igitur homo non eſt: quia dum hoc fit, mento priuatur: homine maior eſt, quia a maiore impellitur. Altera Harmonia inſpiratur: altera addiſcitur. Altera a Deo fit: altera etiam a grammatico docetur. Altera a puriſſima eſſentia: altera a ſordidiſſimo homine: vt minus fere inter Deum & poëtam interſit, quam inter poëtam & grammaticum. Hac ratione famulus poeſeos numerus eſt: non aliter quam olim philoſophiæ Dialogus, quo omnes Socratici, pleri-

que etiam alij philosophorum vtebantur. Sicut enim qui philosophum Dialogistam definiret, contumeliosus esset: ita qui poëtam ex numeris metitur: quia cum his aliquis non poëta esse poterit, & sine his, poëta esse quis potest. Non aliter quam articulata oratio hominem non constituit, soluta philosophum: quanuis alteri illa a belluis: alteri hac a poëta distinguuntur. Sicut autem vetus Comœdia profanatio philosophiæ habita est, quod Dialogo abuteretur: ita dignitatem nostræ facultatis contaminat Grammaticus, cum sibi numerum vindicat. Atque hac parte poëta diuinitatem; altera humanas disciplinas ad se trahit: quæ quidem pars παιδεία a nobis dicta est. Ad quam iam peruenimus. Hæc est antiquissima illa Deûm hominumque conciliatrix sapientia: quæ qua ratione, quo iure, ad poëtam peruenerit audite. Porro si quis prius ex hac ipsa, Poëta quid sit ostendi

ſtendi poſtulet, nos viciſſim ex illo quæremus, vt, quid non ſit, nobis oſtendat. Cum igitur abſolutiſſima illa vniuerſi anima, Deus, aut quocunque tandem nomine illud appellamus, quod prius fuit, quam ea quæ ſunt, magni ſui operis contemplatorem, hominem feciſſet, duo illi munera largitus eſt: quorum altero eum a reliquis diſtinxit: altero poſt reliqua perfecit. Rationem efferendi, & concipiendi: quarum hæc ab Ariſtotelicis ἐνδιάθετος, illa προφορικὸς λόγος dicitur. Hæc in ore naſcitur, & leuiores diſciplinas complectitur, quæ probabiles vocantur: illa in animo ſedem ſuam habet, & earum diſciplinarum eſt quæ principijs muniuntur. Porro cum mundo recens nato, ſcientiæ omnes, omnes diſciplinæ in medio conſtitutæ eſſent, non ſecus quam terra, vt nimirum poſſidentis futuræ: eas autem non minus neceſſe eſſet transfundi ad omnes, quam inueniri ab vno;

ibi animi nobilissimi & qui plurimum diuinitatis haberent, mente eas occuparunt, sermonis vi propagarunt. Cum vero sermo duplex esset: tardus ille & claudicans, quique adhuc cum Chao luctaretur: alter velox, expeditus, leuis: qui celeritate Deo proximus, volubilitate cœlo par, numeris naturæ æqualis esset: ibi numerosa oratio partim cognationis iure ea inuasit quæ Dei sunt: partim naturali quæ nullius erant. propterea & in Rythmo & Harmonia consistit Platoni παιδεία: & his duobus vtilitatem affert. Nam siue Chaldæos sapientes respicis; sero nati sunt vt prophetas: siue Græcos; sero vt poëtas præuerterent. Porro sicut campi & agri, ita scientiæ omnes & disciplinæ limitibus carebant. Omnia vnius erant: vna omnium. Postquam vero campi terminos, disciplinæ limites receperunt; iustitia ab his exulauit, poëtice ab illis: ita neque homines vim a se arce-

re po-

re potuerunt: neque disciplinæ artes sordidas. Nam & nauta, & faber sapientes dici cœperũt: nec immerito; quia vt mechanicus operis sui principium in se habet: ita & artes reliquæ, poëta ex alio. Cuius prima pars a Deo agi, secunda cum hominibus scire est. Sicut proinde prioris genus ab Aristotele constituitur imitari: ita posterioris a Platone, docere. Docuerunt igitur primo poëtæ, ante homines sapientes, post Deum absoluti. Quia autem sapientes ab ijs fiebant reliqui, poëtæ non nisi a Deo: sicut paulatim a Deo homines, ita reliquæ disciplinæ ab hac defecerunt. Illud tamen ipsum quam non inuitæ agnoscant audite. Rhetor si de rebus diuinis agat, nomen suum amittit, & Theologus appellatur. Logicus si de Triangulo scribat, Geometer: nulla denique nomen suum tueri aut conseruare potest. At vero quis, pro Deum atque hominum fidem, Orpheum alio quam poëtæ no-

mine appellauit vnquam: quod primo de rebus diuinis ſcripſerit? Quis Empedoclem, quod de rebus naturalibus, quis Theognidem, quod de moribus, aut Nicandrum quod de medicis, aut Homerum quod de omnibus? Niſi forte Heſiodum agricolam dicendum arbitremur, quod de hac præcepta tradit: aut Theocritum bubulcum, quod eos imitetur. Atqui mehercule ſcire omnia poëtæ eſt: poëtam eſſe non eſt hominis. Nam & qui poeta eſt, iam ſcit omnia, & qui ſcit omnia, non tamen poeta eſt. Atque hæc cauſa eſt, cur cum de ſingulis diſciplinis agit Plato, poeſin τὸ ὅλον vocet, quia reliqua ad eam ſe habent, vt ſingula ad omnia, partes ad totum. Grauiſſime itaque errarunt ex Ariſtotelicis nonnulli, qui πϱοφοϱικὸν λόγον poetæ tribuunt, ἐνδιάθετον demunt. Atqui ſicut ex iure veteri qui ſeruum habet, peculium poſſidet: ita quæ tot diſciplinas ſub ſe complectitur, principijs non

caret. Cuius quidem erroris causa hæc est, quod fabulam & demonstrationem pugnare existimant, sicut verum & falsum: cum sicut fabula falsa proponit, vera autem docet: ita demonstratio obscura esse possit aliqua, nulla falsa. Sicut igitur primus qui agit, Deus est: ita secundus qui imitatur, Poeta. Sicut actio non vna est, ita non vna est imitatio. Sicut ad agendum varia scientia opus est, ita ad imitandum diuersa. Porro Aristoteles in libro poetices cum genus poeseos, methodo vsitata ex diuersis singularibus, imitationem constituit, nihil quam priorem partem attingit: quicquid autem in reliquis omnibus conscripsit, ad παιδείαν spectat. Ita sicut beneficij loco, philosophi Homerum primum philosophorum constituunt: ita nos quicquid in Aristotele est ad poetam spectare dicimus: ipsum poetam esse, propterea non concedimus. Agit enim poeta de omnibus, sed modo

ignoto reliquis. Nam & Aristoteles vbi de poeta agit, poetam non perficit: & vbi de reliquis omnibus, poetam non excludit. Qui enim poetam formant, quod præcipuum est prætermittunt; quod ἔνθεον vocamus: & qui cæteras disciplinas tractant, poetarum limites non excedunt. Cum ergo poetæ sit scire omnia, ita & interpretis ea interpretari: limitem enim qui interpretatur non magis habet, quam is quem interpretatur habuit. Quamobrem cum omnes disciplinas sigillatim enumerasti, ex omnibus nihil amplius quam poetam effecisti: & cum poetam dixisti, singulas comprehendisti. Nec alia causa est cur viri in omni literarum genere præstantissimi, reliquos interpretes terminis quibusdam angustissimis concludi voluerunt: poetarum vero per omnes impune disciplinas vagari. Vt eleganter dicebat olim Angelus Politianus, vir maximus, qui pa-
trum

trum nostrorum memoria Florētiæ poesin docuit, priusquam ad philosophiam perueniret. Docent autem poetæ partim quod in arte sua discunt ipsi: partim quod in alijs reliqui. Quod autem poetæ sciunt non discunt; reliqui non discunt, & ignorant, Deo relinquitur. Ita & ipsi interpretes ex poetarum scriptis omnem sapientiam docent; non tamen poetam efficiunt. Atque hæc eo dicta sunt, partim vt sapere saltem discant illi, qui poetæ esse nolunt. Cum poeta esse possit nullus, qui non sapiat: sapere autem possint multi, qui nunquam poetæ futuri sunt. Partim, vt veniam a vobis impetremus, quod impares tanto muneri accedamus; ne quod nobis desit, id poeticæ imputetis, sed quod poeticæ superest, id nobis asscribatis. Vnum spero, futurum vt vobis iam facilius vnum e multis poetam interpreter, cum omnium vobis causam probaro. Dixi.

NOBILISS. AMPLISS.

VV.

# IANO DOVSÆ, CORNELIO NEOSTADIO NICOLAO SEYSTIO

DAN. HEINSIVS.

D.D. D.D.

ORA-

# ORATIO

## HABITA

Cum HORATII ODAS auſpica-
retur.



Vam metuo, Viri Ampliſſimi, Doctores Clariſſimi, Iuuenes Nobiliſſimi, ne cui tacere non licuit, eundem non deceat loqui. Nam & antiquis ad cohibendum toga brachium, annus conſtitutus erat: & prudentem exiſtimabat iuuenem Pythagoras, ſi tacere poſſet. Itaque & hoc ipſum, quod nos bene dicere, ille male ſapere appellabat: & omnem hanc, quam nos dicendo ſequimur laudem, ille, priuſquam diceret, aſſequutus erat. Mihi vero, cum ora vultuſque veſtri, & hic tot Clariſſimorum Virorum conuentus multo ampliſſimus, omnem tacendi præripiant facultatem; vnum hoc a vo-

bis petam: vt orationi huic, quam vestra mihi præscripsit auctoritas, vestra adsit beneuolentia: ne melius iubere posse, quam fauere videamini: & postquam mandatis vestris paruero, ab humanitate vestra destituar; qua in præsentia abuti, mihi animus non est: cum enim plura id quod agendum est flagitat, pauciora id quod agitur permittit. Grauissimum nobis, Auditores humanissimi, grauissimum onus incumbit, ætas hæc, & illa quam videtis adolescentia: quæ nullis præsidijs fulta, nulla eruditione instructa, nullis ingenij viribus innixa, opem vestram implorat. Eam tamen si comitetur pudor ingenuus, si modestia, si simplicitas, præsidio raro quisquam destitutam vidit. Ego vero, qui me prætulerim nemini hactenus, omnes mihi; tantum a calumnijs aliorum, quas hæc iuuentus nostra vix interdum deprecatur, abesse me existimo; quantum ab eruditione omni absum

ſum ac ſcientia. Ætatem hanc omnem in diſcendo conſumpſi; ad docendum nunquam hactenus, ac ne nunc quidem, niſi inuitus, accedo. Superbum illud nomen, ignoſcite, ſi detractet mea indoles: veniam date, ſi abhorreat natura: æqui conſulite, ſi mihi cum pudore prius & modeſtia certandum eſt, quam voluntati veſtræ morem geram. Ego, Viri Clariſſimi, dum in illuſtri hac Academia veſtra vixi, tot præceptores habui, quot hic videtis viros: nec quenquam, vel inferiorem me ætate putaui, ex quo non tantum proficere me poſſe exiſtimarem, quantum mihi deeſſe quotidie videbam. Reliquæ vero felicitati meæ & illud acceſſit, quod ſicut communibus in viuendo elementis, ita publicis in diſcendo præceptoribus vſus ſum. Mam vt magnus ille Sol non minus omnibus terris lucem ſuppeditat, quod quiſque eum in patria ſua exorientem videt: ſic præclarorum virorum

rorum monumenta non minus ad singulos pertinent, quam ad omnes, si quis ea admiretur maxime. Iosepho primum Scaligero, cuius vos hic vultum, & expressam magni Cæsaris imaginem coram videtis; ingenium admiratur vterque orbis. Quo quidem nomine, Heros Illustrissime, maxime mihi venerandus esses, nisi propiori tibi iunctus forem: pater enim vocari mauis: ita me docuisti non solum cum multis, sed amasti etiam cum paucis. Absit vero vt & te prætercam, Vulcani Clarissime, cuius scriptis publice, lectionibus priuatim, tantum debeo; quantum vni tibi me debere gaudeo. Et hi præcipui quidem, non omnes tamen. Tot enim præceptores putaui, non quot me docuerunt hactenus, sed quot docere poterant: ita plures doctores colui, quam habui; plures veneratus quam expertus sum. Ante omnia vero frænis quibusdam iuuentutem hanc ab
aliorum

aliorum contemptu vindicaui: me quotidie, tanquam in ſpeculo, mihi demonſtraui: exiſtimabam enim, ſi ignorantiæ meæ probe conſcius eſſem, de aliorum ſcientia facilius iudicaturum. Inflat enim eruditio vel modica, niſi a ratione regatur. Suauis eſt, Auditores humaniſſimi, ſuauis eſt ambitio, hac præſertim ætate: nec oppugnat animum, ſed flectit; ducit, non trahit. & cum voluptate quadam in perniciem abit. Præſertim vero quotieſcunque meretricula illa ſanctiſſimæ matronæ virtutis larvam induit, & aliena pudicitia probat ſuam. Ipſum hoc monſtrum patrocinatur ſibi: nec admirari ſe prius incipit, quam alios deſpicere: ita vnum cum ſit vitium, bis peccat tamen. Præcipue vero puellis noſtris, quas ſapientiæ præſides antiquitas voluit, vim infert: nec de aris & focis, ſed de pectore humano cum illis contendit. Narciſſum olim iuuenem pulcherrimum amabant

hæ

hæ Nymphæ, Nymphæ, inquam, Musæ illæ nostræ, quas Græci κτ̃ γλῶσσαν, vt cum magistris loquar, Νύμφας dicebant. Audite, quæso: infelix iuuenis, virgines castissimas, nec illocabiles, a se reiecit. Amorem suum sibi reseruare cœpit, se amauit, sibi placuit: in fonte gloriæ nimirum & ambitionis se contemplatus est: ita eodem tempore & riualis fuit omnium, & amator sui. Quid vero? fugiunt eum Nymphæ, &, quæ prius deperibant, nunc relinquunt Deæ. Quæris, iuuenum perditissime, cur te amaris? reliquos contempsisti. Quæris, cur reliquos contempseris? te amasti. Hoc vero in amore miserrimum est, quod in reliquis optari solet: riualem non habent hi amantes: se mirantur, sed sine æmulo: se ambiunt, sed sine competitore. Semper ambiunt, nunquam exorant; semper proci sunt, nunquam mariti: nec enim facile consequuntur quod amant: cum idem sit, qui amat,

& qui amatur; qui petit, & qui petitur. Hæc pestis adolescentiæ suauiter obrepit: iuuentuti leniter adblanditur: vtramque vero ætatem opprimit. Optandus hostis est, qui publice bellum indicit, qui ariete muros quatit, qui vultum vultui, pectus pectori, pedem pedi opponit. Hæc priusquam appareat, opprimit: priusquam prouocat, victrix est. Huic ego hosti teterrimæ, coram vobis, Viri Clarissimi, in hoc illustrissimo hominum summorum conuentu, hodie bellum denuncio. Non aqua & igni, quod dici solet, sed hoc pectore interdico. Abeat, excedat, facessat, in exilium se conferat. Triumphum de ea non ducam, præter eum quem virtus parit: quæ ipsum præmium est quod meretur. In expugnanda ambitione ambitiosus non ero. Spolia eius tholo non affigam: fumus enim sunt, & vmbra. Solum vero id mihi contingat, hoc ipso vt die prius a modestia, quam

ab eruditione vobis innotescam. Non cadit in ætatem hanc scientia, non cadit eruditio: sed quo vtrumque comparatur, labor & industria. Has sibi vindicare potest, quisquis appetit: has possidet, quisquis optat. Hæ in elatum non cadunt animum: quicquid enim præoccupat opinio, nunquã assequitur industria. Econtra vero facile omnia cõsequitur, qui omnia sibi deesse videt: facile in scientia proficit, qui ea se carere nouit: facile discere incipit, qui nescire se prius didicit. Humilitatem sequitur Sapientia, montes odit Dea illa, valles amplectitur. Videte colles camporum, & tumulos; sublimiores sunt infra, quam vt ad eos fontes perueniant; proniores supra, quam vt in ijs imbres permaneant. Planities contra, campique sedentes, lenibus aquarum scatebris irrigantur. Eodem modo scientiam excludit, qui non prius fastum exclusit. Opinio eius necesse est e pectore mi-

re migret, priusquam adueniat ipsa: persuasio eruditionis pereat, priusquam nascatur eruditio. Ad ætatem vero hanc quod attinet, affirmo vobis, Viri Clarissimi (quod sine ambitione possum) ego horas diligentia, menses labore, annos industria æquabo: singula dierum vestigia premam: singula temporum puncta & momenta inuadam: ætatis enim cursum inhibere nemo, quiuis vti potest. Similes nos sibi natura voluit; diligentissima est illa mater nostra: gignit vt corrumpat, corrumpit vt gignat: & cum vtrumque agat, in neutro cessat tamen. Si enim cessare posset, posset non esse: nunc agendo aliquid, omnia constituit, se tuetur. Ei quisquis dissimillimus est, spurius & illegitimus est: est autem qui cessat. Sicut enim sublato motu natura non est; ita generosus animus ocio non torpescit, sed perit. Si quis enim sit, Viri Clarissimi, si quis sit, qui hoc cœlum supra se, &

errantes illos ignes; infra hanc terram nunquam cessantem, ociosus ipse, intuetur, & teste cœlo desidiosus est; hunc, ego, hominem vt credam, adducar nunquam; aut certe id quod nos sumus: quibus hoc vno nomine mors grauis est, quod in ea quiescendum putemus. Ita fiet, vt quo longius ab eruditione absum, tanto plus temporis mihi ad eam vindicem: & quo minus ad vos scientiæ adfero, tanto plus vobis promittere possim. Difficillima hic, non nego, victoria est. Reliquis cum hoste, mihi cum adolescentia, id est, mecum decertandum est: ita victor esse non possum nisi vincar: nec superior e pugna euadere, nisi prius succumbam. Sed tamen ad discendum nihil minus serum est, quam id vnde incipitur: vt minus mihi dolendum videatur, quod parum adhuc ætatis sit, quam gaudendum, quod multum restet. Fingite vobis, Viri Clarissimi, in Circensibus certantes

tantes duos : hunc ad metam, sed cessantem; illum in carceribus, sed currentem. Hic qui cessat, victoriæ proximus est: qui non cessat, eam consequitur. Ita alter victor futurus iudicatur; alter est: alter metam consequitur, alter tangit. In currente enim nihil tardum : in cessante nihil maturum est. Ætas est, quæ addiscere possit; animus, qui optet: mens, quæ gloriam nec contemnit, nec effuse expetit: quorum alterum virtus est, sed paucis laudata: alterum vitium, sed magnorum virorum. Nunc autem ad vos venio, Viri Clarissimi, vt ad Horatium nostrū ( de eo enim nihil dicturus sum, quod ad eum multa dicēda esse videam) peruenire queam. Ac primum ad vos Heroes nobilissimi: teque adeo Iane Dousa, celeberrimæ huius Academiæ curator dignissime, clarissimi huius ordinis antistes maxime; tibi, inquam, sicut gratias ago, quod vt me filij loco semper habueris : ita hoc

ipſo die præter morem, non tuum modo, ſed illuſtris huius Academiæ, præſentia tua, quanti me facias, teſtatum volueris: ſic te per humanitatem tuam (reliquos enim indoctiores per eruditionem, Douſam per virtutem illi propriam obteſtari ſolemus: non quod hæc ſola ſit virtus tua, ſed quod præcipua: maius enim eruditionem promouere eſt, quam habere; in alijs fouere, quam in ſe admirari.) Te igitur, vir maxime, oro obteſtorque, vt tantiſper dum me audies eruditus eſſe deſinas: ſcientiam ſeponas, beneuolentiam induas. Tecum autem quomodo, aut quibus tandem verbis agam, Neoſtadi ampliſſime? quem ante annos viginti doctorem hæc Academia habuit; nuperrime patrem accepit. Gratulor ergo, gratulor, Vir magne, vtrique noſtrum: tibi de honore nouo: mihi de tua beneuolentia. Qui primum tantæ dignitatis compos, non prius in hanc vrbem,
quam

quam in hoc auditorium nostrum aduenisti: vt, si digne de te loqui hoc loco velim, publica mihi voce opus videam: cum omnes tibi tantum acceptum referant, quantum oratio mea persoluere non potest. Te vero, incomparabilis Scaliger, vt amare debeo, sic metuere nonnihil non possum: non quidem, vt natus parentem; sed vt qui timide caussam suam agit, iudicem: non quin caussæ confidat, sed quod de se desperet. Præterquam enim quod mihi ignotus non sum, diuinam ingenij tui vim perspectam habeo, & inexhaustam tuam sapientiam: cui, vt quisque maximus est, ita libentissime cedit: vt iam Scaligeri nomen (quod de Tullij eloquentia dixit Rhetor) non pro erudito homine, sed pro eruditione sumatur. Sed tamen a te, Mæcenas magne, *atauis edite regibus*, hoc peram; vt dum me docentem audias, doceri velle existimes. Vos vero, viri Clarissimi, Doctores obser-

obſeruandi, tuque huius ordinis Princeps, Paulle Merula, accipite eum, qui non modo profeciſſe ſe ex vobis gloriari ſolet; ſed quotidie ſe id facturum ſperat; maiori cum fructu tamen: vt qui ante a vobis didicit, ſed ſibi tantum: didicit, vt diſcat; nunc vero, vt doceat: antehac quæ vni prodeſſe poterant; nunc quæ pluribus. Sic nihil mihi adſcribo, nihil vobis detraho. Nam & vos multos docebitis, & paucos ego, ſed ope veſtra. Vt iam nec beneficij vos in me collati pœnitere poſſit, quod id in alios transfundam: nec id ipſum male collocatum videri, quod agnoſcam. Vos vero Iuuenes nobiliſſimi, accipite ſocium & cōmilitonē quondam veſtrum, nunc etiam amicum: qui optat certe, tā ſe in poſterum vobis prodeſſe poſſe, quā hactenus vos amare potuit. Sed quoniam alterum potentiæ, alterū voluntatis eſt; reſpicite æquitate veſtra quod adeſt, ſupplete beneuolentia quod deeſt. Dixi.

ELEG.

## ELEGIÆ ALIQVOT

Ex Monobiblo Dan. Heinsij Græce redditæ a Iohanne Foreitio.

### ELEG. II.

cuius initium, *Dum sua [illegible]*.

Εἰσόκε φάεα κοῦφα καὶ ἔννυχον οὐρανὸν ἕλκῃ
Κυνθία, σιγαλέοις τείρεσιν ἡγεμονῆς·
Αἰθέρα τ' ἀκήλα περιβιβάζεται κυλίνδεται ἄστρα,
Πᾶσα δὲ γῆ ναρκᾷ ὑπναλέῳ κνέφαι·
Δύσμορος Εἰνσιάδης, βεβλημένος ἔνδοθι πυρσῷ,
Αἱμύλα δεσποίνης πρόσθε θύρης προχέει.
Ῥῶσα σὺ δ' ἀργυφέου πνείεις ἐκ στήθεος ὕπνους,
Ἡδὺ κατακλιμένη φάεσιν ὑπναλέοις;
Κώματι κακχυμένη λιαρῷ, καὶ νῆις ἁπάντων,
Στῆθος ἀνούτητος κυπριδίοις βέλεσι.
Οἵη ἐπειγομένη καὶ ἐρημάδας Ἄρτεμις ὕλας
Κώματι μαρπτομένη εἰς ἴα κακκέχυται.
Ἢ ἅτε φυζακιναὶ ὑπ' ἑῴοις φέγγεσι νύμφαι,
Ἡνίκα παννυχίους ἐξεπονεῦντο χορούς,
Ἡσυχέως προχέονται ἐν οἰοπόλοις ποίῃσι,
Ἧι κατὰ πετράων κοῦφον ὕδωρ κελαδεῖ.
Πᾶσαι ἀνακλίνθησαν ἐπὶ χθονὶ κεκμηυῖαι,
Πάντοθε δ' ἐστόρεσαν μειλιχίας στιβάδας.
Φάρεά τε, ζῶναί τε, βιός τε, καλαί τε φαρέτραι
Πάντα κατὰ τρομερῶν ἀκρεμόνων κρέμαται·
Πὰν δ' ἔκαθεν καὶ ἔρημα φοβούμενος ἴχνεσι μαργῷ
Μαίνεται ἐς φωνάς, μαίνεται ἐς καλάμους.

Ἀγχιά τ' ἐξερέει κραιπνοῖς πνοιὰν ἄντρα τι παι-
Αὐιάχυ ἢ θεοῦ ἢ θεῷ πᾶς ἀνάπη. (ζει
Ταίδ' ἄρα λεπταλέοις πετάλοις ὑποπέπτηυιαι
Ἤδύ τι κοιμῶνται οὔθασι λυσαμένοις,
Παρθενικῶν ὕπνον γλυκερὸν ψόφον ἐκπνείουσαι·
Τῶν δ' ἀποκρίνονται ἄλσεά τ' ἠδὲ νομοί.
Τοῖος ἐγώ, γλυκύμηλον ἐμόν, πυρὶ σεῖο δαμα-
σθείς,
Πλάζομαι, ἀγνώςῳ τραύματι τυπτόμενος,
Οὐδέ τι ἡδὺς ἔρως συνεχαί τ' εἰς οὐδὲν αὖται
Οὐδὲ μέλει τοσάκις δάκρυον εἰβόμενον.
Ἀλλά με τηκόμενον θάνατος μέλας ἦμαρ ἐπ'
ἦμαρ
Κοιμήσει μαλακῶς πρὸς σφέτερον θάλα-
μον.

ELEG. III.

cuius initium, *Hic nemus occultum.*

ΚΕΙΘΙ νέμος σκιερὸν, φραχθέντά τε ῥεύ-
μασιν ἄντρα,
Γῆν τ' ἀμάρη ἄρδει ψύχει τερπομένην·
Αὔρη τ' ἱπταμένη παρὰ σείουσιν ἥσυχα νύμφαις
Ἀκραῆς πετάλων πνείει ἀπὸ λιγυρῶν.
Μῆλά τ' ἐπὶ τρομεροῖσι κυλίνδεται ἀκρεμόνεσσι
Κόλπον ἐς ἡμέτερον μηδενὸς ἁπτομένου,
Λεπτὸν ἐρυθιόωντα, τεοῖς ἐναλίγκια μαζοῖς
Ὁππότε σείονται οὔατι, Ρῶσα, καλῷ,
Ἡνίκα λεπταλέον τι περιρρέουσι χιτῶνας,
Κοῦφά τ' ἀγάλλονται παρθενικοῖσι χοροῖς.
Δῶρό μοι, ὦ γλυκύμηλον ἐπήρατον, ὡς ἴδε,
δάφνη

Κυπρίων

Κατορέειν πετάλοις καμπτομένη στιβάδα
Μήδεται ἄγχι ῥόος χλοεροῦ δρεπόεντος ἐναύλου,
Ἔκ τε δέμας προρέει τοῦ βρυόεντος ὕδωρ·
Καὶ κελάδῳ θέλγει μαλακοὺς συγχεόμενον
ὕπνους,
Χείλεσί τε ζεφυροὺς ἐκπνέειν ψιθύρους.
Ὄφρα βάθην δειρὴ λιαρῷ ὑπὸ κώματι ναρκῇ,
Ἠ' ἔσι τ' εἰδώλοις κῆρ μεθύον πλανάῃ.
Νηχομένων τε μάτην βλεφάρων περὶ κήλεον
ἆθμα
Στήθεος ἐσχατίων ἐκπροθρέῃσι μυχῶν,
Εἰς ἧπαρ μύελόν τε κατ' ὀστέα πεφρωθέντα,
Καὶ στείμασιν πίνω διψαλέοις κραδίην. (ναι
Ὡς μὲν ἀμέλγοντας νέα φάρμακα σεῖο βελέμ-
Αἰὲν Ἔρως κεδνοῖς ὄμμασιν εἰσορέοις.
Καί τις ἀνὴρ βαρέα στενάχων λίαν τε κατηφὴς
Τυτθὸν ἐπιστραφῇ, καὶ πρὸς ἐπειγόμενος·
Μίσφα πόθοις κραδίην ἁπαλοῖσιν ἀποπνείοντας
Φθαίνῃ χρυσείων Ἕσπερος ἐκ πυλέων.

## ELEG. IV.

cuius initium, *Qualiter occultis.*

Ἠΰτε μὲν ῥαδινὰ μύρτος κατ' εὔσκιον
ἄλσος
Κύπριδος, ἀκτῖσιν τάκεται ἀελίου.
Τὰν περὶ μειλίχιον Χάριτες χορὸν ἐστάσαντο,
Τόξα δ' ἀνεκρέμασεν καμπύλα πολλὸς Ἔρως.
Χῆρα δ' εἰαρινῶν νοτιῶν βοτάνα ἐν ἐρήμα
Ὀλλυμένα πετάλοις πίπτε μαραινομένοις.

Ὥς τε ῥόδον γλυκερᾶς χώρας ἀπαλῷ ποτὶ μαζ-
Εἵματι χιονέῳ νάρκᾳ ἐεργνυμένον. (ἔαρ
Οὐδὲ πατὴρ Ζέφυρος λιγυραῖς αὔραισιν ἰαίνει,
Οὐδ' ἔτι Γᾶ μάτηρ ταλεθόοισα τρέφει. (ἐμμί,
Ὣς μανίᾳ τρομεραῖς φρένας ἐκπεπαταγμένος
Ἀνίκα σᾶς κραδίαν, Γῶσα, κάλυψε πόθος.
Τάκεται, εἰβομένας θ' ἄωας καλὸν ἄνθος ἀπορρεῖ,
Ψυχὰν δ' ἀζαλέαν ὑγρὸν ἀφῆκε μένος·
Καὶ φλογεραῖς μεθύοισα μαραίνεται ἀτειλαῖσιν,
Ἑρπέμεν ἱεμένα ἐς στέθεν ἀγκαλίδας.
Τάλικος, ὃν θυιάσι κατέχει βλοσυρᾷ Διόνυσος
Νωθρὸν ἀεὶ χθεσινοῖς γούνατα λυγρὰ χοροῖς.
Αἰνεύει Βρομίῳ δεδμαμένος ἄνθεος ὀδμᾷ,
Πάντα δ' ἐπιστραφᾷ ἴχνεσι φοιταλέοις,
Μέσφα ποσὶ βραδίεσσι καὶ οἰοπόλους λειμῶνας
Πλαζόμενον σκιερᾷ νὺξ ἕλετο νεφέλᾳ·
Τῷ δ' ἄρ ἐπὶ κροτάφοις ῥόδεον στέφος ἐξερυα-
ρέντη,
Ἄνθεα δ' ὑπναλέας ἐξεχύθη κεφαλᾶς.
Μέσφα μὲν ἀστερόεντα χορὸν περὶ φωσφόρος ἑλ-
κει·
Ἐν λιαρῷ ἔκιχεν κεκλιμένον δαπέδῳ·
Ἔνθα κάρη κλίνοντα, πάλιν δ' ἑτέρωσε τρέποντα,
Οἰνοβαρῆ, σκιεροῖς φάσμασι ῥεμβόμενον.
Ὣς ἐμὲ καὶ ἑτέρα ἕτερος πόθος ἐμμελὲς αἰρεῖ,
Γῶσα τεοῦς κραδίαν φροντίσι τειρόμενον.

AMICO

# AMICO LECTORI
S. D.
DAN. HEINSIVS.



*T haec quidem hactenus; plura quam volebam, mi Lector, & fortasse quam oportuit. Quaedam enim amicorum causa scripsi, quaedam edidi. Hoc saeculi vitium est, ne a me alienum putes. Eo tempore viuimus, quo seruile nomen poeta est. Nemo quaerit an possis. sunt qui petunt semper, sunt qui semper imperant. Si recuses, grauius pecces quam si ineptias. Flet aliquis, flendum est; ridet, canendum est: & vt verbo absoluam poetae hodie νευρόσπαστοι sumus,*

vt neruis alienis mobile lignum
Ducimur.

*Aut moriones verius & suauiludij. Patrem amisit aliquis aut matrem; ad poetam itur: amicam offendit; carmen poscitur: sponsam ducit; sine poeta nec maritus fit nec pater. Quod deniq; in funere praefica, in amore lena, in nuptijs pronuba, id vbique nos sumus. Sunt qui somnia nobis sua referant, & si aut vxor abortijt, aut ancilla cōcepit, argumentū car-*

*minis putant. Sunt qui vltra memoriam suam argumenta petunt; Lucretiam plorare nos iubent aut Virginiam :* & Iliensium vicem dolere, quod egregium civem Hectorem amiserunt. *Vt omittam qui in re materiam praescribunt, in versibus numerum: nec plus licet dicere quam illis placet, nec aliter. Vix hoc etiam quod grammatici est, poetae relinquunt; vt verba iungat, numeros cogat, metrum eligat. Et vt infantes papilionem aut bruchum filo dimittunt aut attrahunt : ita nos ab eorum ingenio pendemus,*

Λινόδετοι ὥσπερ μηλολόνθη τοῦ ποδός.

*Nec naturam sequi licet aut impetum : sine quo nec fuit diu quicquam nec erit.* Caelum *si aliter ire iubeas, deorsum trahes; motu suo moueatur, nunquam desinet. Sagittam in altum mitte; ibit quo voles, sed mox cadet: scribe inuitus; sequetur aliquid, sed caducum. Ita nobiscum agitur vt cum gladiatoribus olim : ad alienum arbitrium edebant; non vt diu viuerent, sed vt fortiter perirent. Erramus si ab his versibus famam speramus, quos vt alieno iussu scribimus, ita periculo nostro vulgamus. Quod in alijs labor, in poeta natura est. Curret cum caelo suo aut peribit. Quid quod non idem semper in nobis vigor aut alacritas:*

*& caelestis*

*& cœlestis ille spiritus momento extinguitur aut redit? Aquila subinde languet & deficit, nec vngue valet nec rostro: & quam ἀετὸν vocare solent, tum ἀπάιγον dicunt. Idem fit in poeta: scribet cum vult; non quæ vult aut quæ debet. Nunc liber nullus sine præconio nostro prodit, nullum carmen. Vbique legimur, vbique nomen nostrum ad fastidium apparet. Tineis credo & blattis ab ingenio nostro condimentum petunt: & quasi soli perire non possent, poetam secum trahunt. Nec intra eruditos stat hæc insania. Sculptores succedunt, & plastæ: mox, vt rem natam video, aurigæ sequentur & nautæ. Nil fit sine nobis, nil geritur: quodque sapientiæ princeps dicebat, Δελφικὴ μάχαιρα sumus. Vidisti in Homerica Republica poeticum Iouem; Deum vere πολυπράγμονα, qui ab omnibus obtunditur. Pro Achille instat Thetis, Agamemnon pro excercitu: Calchas vt verum dicat, Aiax vt nubē tollat, Vlysses vt domum redeat, Alcinous vt ducat, Telemachus vt pereat. Vix vt optimo deo cōmissatum ire liceat μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας, aut Iunonem suam e cœlo suspendere, aut Vulcanum eÿcere, aut Ixioniæ suæ tria verba in aurem dicere:*

Ἣ τέκε Πειρίθοον θεόφιν μήστωρ' ἀτάλαντον.

*vel si quid lubētius agit* πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε

 *cum*

*cum Homerice nugatur. Hæc vita nostra est. Et tamen ille interdum abnuit aut negat,*

Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε.

*Nobis non licet, ne cum delectu quidem. Beneficium beneficio trahitur, & si quando neges, inuidiosa est prior liberalitas. Merito ut dicas,*

Exauſpicaui ex vinclis. nunc intelligo
Redauſpicandum eſſe in catenas denuo.

*Etiam ignotos laudamus & improbos. Quos nunquam vidimus, suffragio iuuamus. Athenis satis erat scripsisse in pariete,* ΚΑΛΟΣ Ὁ ΔΕΙΝΑ: *hos elogium in fronte libri delectat; & ut in fuco meretrices ita præsidium habent in alieno carmine. Vidi qui precium offerrēt, vidi qui stipularentur, & infelix poeta furor nummo conducebatur. Simonidem videlicet sequuntur, qui primus artis nostræ fuit institor, & inter Musas Diuam Monetam coluit Itaque gratis nil scripsit, precio nil negauit unquam. Notum ex Aristotele illud:*

Χαίρετ' ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων.

*Apud*

*Apud Hieronem vero quos quæstus fecit census integros, integra corrasit patrimonia. De quo parum nobis periculi est: facile hic mores tutamur nostros. Nemo enim regum est, qui non simiam malit emere, quam poetam. Nam vt hortos totos cum Scipione, aut prædia deferant cum Mæcenate, secta nostrorum temporum non patitur. Minores satrapæ sunt qui nos dormire non sinunt. Hi instant, hi molesti sunt: nec amicitia salua negari posse putant, quod salua existimatione non datur. Quanquam & hic poetarum culpa est. Sunt qui nil negent, sunt qui offerant, & cum Plautino Pseudolo gestiunt promittere. Quorum versus ἐφήμεροι sunt, & natura beneficio hoc consequuntur, vt cum sole oriantur & occidant. Nisi quod,*

Illis cum semel occidit breuis lux,
Nox est perpetua vna dormienda.

*Alij prisco Cratino credunt,*

Nulla valere diu nec viuere carmina posse,
Quæ scribuntur aquæ potoribus.

*Ergo offam sequuntur & cibum alienum: nec*

*vnquam steriles sunt, quam cum domi cœnant. Mures, aiunt Philosophi, si salem lingant, sine coitu fœcundi sunt: illi nisi ab aliqua mensa redeant, nihil edolare possunt. Mihi certum est aut sponte in posterum scribere, aut tacere. Si insaniendum est, Scyllas inueniam aut Chimæras: nunquā enim argumentum deest poetæ, non magis quam deo Platonico Idea. Et tacere quidem suadent hæc tempora, hæc ætas: quæ vnica poetæ in arte sua spes relicta est, vt esuriat. Quo nil facilius: est enim* αὐτοδίδακτος ἐστὶ *paupertas, vt aiebat ille. Hæc a patre nostro deuoluta ad nos est hæreditas; Homerum dico, qui sic vixit sic abijt. Hoc vno beatus, quod nec codicillos fecit nec legatum: nec quisquam de inofficioso eius egit. Nam fiscum plus an hæredem inuerit, adhuc incertum est: nihil enim hic definiunt doctores. Et cum septem vrbes de natalibus eius certarint, vix duo mendici de baculo & pera. Sic quoque opulentus satis. Plus enim Pop. Rom. reliquit Attalus, minus habuit. Nunquam enim tuum est, quod aliquando non erit: nec in possessione est, quod ad hæredem redit. Sed hoc* φιλοσοφικώτερον. *Id tantum petimus, vt si quid languere videbitur, illis reddas quibus dedimus: nec aliud in nobis quam facilitatem damnes. Quod vel a candore tuo expectamus, vel ab ingenio. Nam*


*peruersa*

peruerſa iudicia videre malo quam metuere: nec moleſtiam mihi creant, ſed iocum. Et, quod Græci dicunt, κερδαίνω τὸν γέλωτα. Noni qui Elegijs meis hoc deeſſe diceret, quod minus graues ſint quam Tragœdia. Cras futurus eſt, qui Tragœdiam contemnat, quod minus feſtiua ſit quam Elegia. Quid reſtat, quam vt Ariſtoteles redeat, & Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων ſcribat denuo? nam priora illa vulgi ſtultitia ſuperauit omnia. Quo nemo ineptior eſt, quam qui ea credit, aut æſtimat: & quanti ſit ipſe ab alio expectat. Aliquid fortaſſe ſcribam quod doctis placet, nihil quod omnibus: nec cogere poſſum quenquam vt non maledicat, nec me quiſquam vt hoc metuam. Petant vt lubet, & feriant: ego ſecurus ſedebo, & hæc vulnera Democriti pharmaco abſtergam: & declinabo hos ictus,

ὡς ὅτε μήτηρ
Παιδὸς ἐέργῃ μυῖαν, ὅθ' ἡδέϊ λέξαται ὕπνῳ.

Tu vale, & iocos hos excuſa. Adhuc enim poetice ſcribimus, & a vicino aliquid contagij traxit hic ſermo. Saturnalia præterea erant, quibus nullum libertati periculum eſt. Quam ſi tu neges, aut Romæ eam impetrabo cum ſeruis, aut Athenis cum comicis.

FINIS.



Α'γκεά τ' ἐξερέει κραιπνοῖς πνοιῖν ἄντρα τε πάν-
Αὐιάχε ἦ θεοῦ ἢ θεῦ παῖσα νάπη. (ζω,
Ταῖδ' ἄρα λεπταλέοις πετάλοις ὑποπεπτηυῖαι
Ἡδύ τι κοιμῶνται οὔθασι λυσαμένοις,
Παρθενικῶν ὕπνον γλυκερὸν ψόφον ἐκπνείουσαι·
Ταῖς δ' ἀποκρίνονται ἄλσεά τ' ἠδὲ νομοί.
Τοῖος ἐγώ, γλυκύμηλον ἐμόν, πυρὶ σεῖο δαμασ-
θείς,
Πλάζομαι, ἀγνώστῳ τραύματι τυπτόμενος,
Οὐδέ τι ἡδὺς ἔρως συγκραίτ' εἰς οὐδὲν ἀῦται
Οὐδὲ μέλει τοσάκις δάκρυον εἰβόμενον.
Α'λλά με τηκόμενον θάνατος μέλας ἦμαρ ἐπ'
ἦμαρ
Κοιμήσει μαλακῶς πρὸς σφέτερον θάλα-
μον.

ELEG. III.

cuius initium, *Hic nemus occultum.*

ΚΕΙΘΙ νέμος σκιερὸν, φραχθέντα τε ῥεύ-
μασιν ἄντρα,
Γῆν τ' ἀμαρῆ ἄρδει ψύχει τερπομένην·
Αὔρη τ' ἱπταμένη παρὰ σεῖο πι ἥσυχα νύμφαις
Ακραῆς πετάλων πνείει ἀπὸ λιγυρῶν.
Μῆλά τ' ἐπὶ τρομεροῖσι κυλίνδεται ἀκρεμόνεσσι
Κόλπον ἐς ἡμέτερον μηδενὸς ἁπτομένου,
Λεπτὸν ἐρυθιόωντα, πεοῖς ἐναλίγκια μαζοῖς
Ο'ππότε σείονται οὔθατι, Ρῶσα, καλά,
Ηνίκα λεπταλέον τι περιρρείουσι χιτῶνας,
Κοῦφά τ' ἀγάλλονται παρθενικοῖσι χοροῖς.
Δῶρό μοι, ὦ γλυκύμηλον ἐπήρατον, ἥδιστη,
δάφνη.

Καταρέουσι

Καπρρέειν πετάλοις καμπτομένη σιβάδα
Μηδ' ἄγχι ῥόου χλοεροῦ δρεσόεντος ἐναύλου,
Ἔκ τε δέμας ἀπορέει τῷ βρυόεντος ὕδωρ·
Καὶ κελάδῳ θέλγει μαλακοὺς συγχεύμενοι ὕπνους,
Χείλεσί τε ψυθερoὺς ἐκπνέειν ψιθύρους.
Ὄφρα βάδην δειρῇ λιαρῷ ὑπὸ κώματι ναρκῇ
Ἡ ὄεσι τ' εἰδώλοις κῆρ μεθύον πλανάῃ.
Νηχομένων τε μάτην βλεφάρων περὶ κήλεον ἄσθμα
Στήθεος ἐχατίων ἐκπεφορέησι μυχῶν,
Εἰς ἧπαρ μυελόν τε κατ' ὀστέα πεφρωθέντα,
Καὶ σώμασιν πίνω δεψαλέοις κραδίην. (ναι
Ὡς μὲν ἀμέλξοντας νέα φάρμακα σεῖο βελέμ-
Αἰὲν Ἔρως κεδνοῖς ὄμμασιν εἰσορόοις.
Καί τις ἀνὴρ βαρέα στενάχων λίαν τε κατηφὴς
Τυτθὸν ἐπιστάη, καὶ τοῦ ἐπειγόμενος.
Μίσφα πόθοις κραδίην ἀπαλοῖσιν ἀποπνείοντας
Φθαίη χρυσείων Ἕσπερος ἐκ πυλέων.

ELEG. IV.

cuius initium, *Qualiter ea cultis.*

Ἥ Ὕντε μὲν ῥαδινὰ μύρτος κατ' εὔσκιον ἄλσος
Κύπριδος, ἀκτῖσιν τάκεται ἀελίου.
Τὰν περὶ μελίχιον Χάριτες χορὸν ἐστάσαντο,
Τόξα δ' ἀνεκρέμασεν καμπύλα πολλὸς Ἔρως.
Χήρα δ' εἰκελνῶν νοτιῶν βοτάνα ἐν ἐρήμᾳ
Ὀλλυμένα πετάλοις πίπτε μαραινομένοις.

Ὥστε ῥόδον γλυκερᾶς χώρας ἁπαλῷ ποτὶ μα(-
Εἰ μή τι χιονέῳ νάρκᾳ ἐεργνυμένον. (ζῷα
Οὐδὲ πατὴρ Ζέφυρος λιγυραῖς αὔραισιν ἰαίν(ει,
Οὐδ' ἔτι Γᾶ μάτηρ ζαλεθόοισα τρέφει. (ἐμοί,
Ὣς μανίᾳ τρομεραῖς φρένας ἐκπεπαταγμένης
Ἀνίκα τὰς κραδίαν, Γῶσα, κάλυψε πόθος.
Τάκεται, εἰβομένας θ' ἄβας καλὸν ἄνθος ἀπορρεῖ,
Ψυχὰν δ' ἀζαλέαν ὑγρὸν ἀφῆκε μένος·
Καὶ φλογεραῖς μεθύουσα μαραίνεται ὠτειλαῖσιν,
Ἕρπει δ' ἱεμένα ἐς στέθεν ἀγκαλίδας.
Τάλικος, ὃν θυάσῳ κατέχει βλοσυρῷ Διόνυσος
Νωθρὸν ἀεὶ χθεσινοῖς γούνατα λυγρὰ χοροῖς.
Δινεύει Βρομίῳ δεδμαμένος ἄνθεος ὀδμᾷ,
Πάντα δ' ἐπιστρωφᾷ ἴχνεσι φοιταλέοις,
Μέσφα ποσὶ βραδέεσσι καὶ οἰοπόλους λειμῶνας
Πλαζόμενον σκιερᾷ νὺξ ἔλε τῇ νεφέλᾳ·
Τῷ δ' ἄρ ἐπὶ κροτάφοις ῥόδεον στέφος ἐξεμα-
ράνθη,
Ἄνθεα δ' ὑπναλέας ἐξεχύθη κεφαλᾶς.
Μέσφα μιν ἀστερόεντα χερὸν περὶ φωσφόρος ἕλ-
κων
Ἐν λιαρῷ ἔκιχεν κεκλιμένον δαπέδῳ·
Ἔνθα κάρη κλίνοντα, πάλιν δ' ἑτέρωσε τρέποντα,
Οἰνοβαρῆ, σκιεροῖς φάσμασι ῥεμβόμενον.
Ὣς ἐμὲ καὶ ἑτέρᾳ ἕτερος πόθος ἐμμελὲς αἴρει,
Γῶσα τεῆς κραδίαν φροντίσι τειρόμενον.

AMICO

# AMICO LECTORI

S. D.

DAN. HEINSIVS.



*T hæc quidem hactenus; plura quam volebam, mi Lector, & fortasse quam oportuit. Quædam enim amicorum causa scripsi, quædam edidi. Hoc sæculi vitium est, ne a me alienum putes. Eo tempore viuimus, quo seruile nomen poeta est. Nemo quærit an possis. sunt qui petunt semper, sunt qui semper imperant. Si recuses, grauius pecces quam si ineptias. Flet aliquis, flendum est; ridet, canendum est: & vt verbo absoluam poetæ hodie νευρόσπαστα sumus,*

vt neruis alienis mobile lignum
Ducimur.

*Aut moriones verius & suauiludij. Patrem amisit aliquis aut matrem; ad poetam itur: amicam offendit; carmen poscitur: sponsam ducit; sine poeta nec maritus fit nec pater. Quod deniq; in funere præfica, in amore lena, in nuptijs pronuba, id vbique nos sumus. Sunt qui somnia nobis sua referant, & si aut vxor abortijt, aut ancilla cõcepit, argumentũ car-*

*minis putant. Sunt qui vltra memoriam suam argumenta petunt; Lucretiam plorare nos iubent aut Virginiam :* & Iliensium vicem dolere, quod egregium civem Hectorem amiserunt. *Vt omittam qui in re materiam præscribunt, in versibus numerum: nec plus licet dicere quam illis placet, nec aliter. Vix hoc etiam quod grammatici est, poetæ relinquunt; vt verba iungat, numeros cogat, metrum eligat. Et vt infantes papilionem aut bruchum filo dimittunt aut attrahunt : ita nos ab eorum ingenio pendemus,*

Δινοῦνται ὥσπερ μηλολόνθη τοῦ ποδός.

*Nec naturam sequi licet aut impetum : sine quo nec fuit diu quicquam nec erit. Cœlum si aliter ire iubeas, deorsum trahes; motu suo moueatur, nunquam desinet. Sagittam in altum mitte; ibit quo voles, sed mox cadet: scribe inuitus; sequetur aliquid, sed caducum. Ita nobiscũ agitur vt cum gladiatoribus olim : ad alienum arbitrium edebant; non vt diu vincerent, sed vt fortiter perirent. Erramus si ab his versibus famam speramus, quos vt alieno iussu scribimus, ita periculo nostro vulgamus. Quod in aliis labor, in poeta natura est. Curret cum cœlo suo aut peribit. Quid quod non idem semper in nobis vigor aut alacritas: & cœlestis*

*& cœlestis ille spiritus momento extinguitur aut redit? Aquila subinde languet & deficit, nec vngue valet nec rostro: & quam* ἀετὸν *vocare solent, tum* ἀπαίδων *dicunt. Idem fit in poeta: scribet cum vult; non quæ vult aut quæ debet. Nunc liber nullus sine præconio nostro prodit, nullum carmen. Vbique legimur, vbique nomen nostrum ad fastidium apparet. Tineis credo & blattis ab ingenio nostro condimentum petunt: & quasi soli perire non possent, poetam secum trahunt. Nec intra eruditos stat hæc insania. Sculptores succedunt, & plastæ: mox, vt rem natam video, aurigæ sequentur & nautæ. Nil fit sine nobis, nil geritur: quodque sapientiæ princeps dicebat,* Δελφικὴ μάχαιρα *sumus. Vidisti in Homerica Republica poeticum Iouem; Deum vere* πολυπράγμονα, *qui ab omnibus obtunditur. Pro Achille instat Thetis, Agamemnon pro excercitu: Calchas vt verum dicat, Aiax vt nubē tollat, Vlysses vt domum redeat, Alcinous vt ducat, Telemachus vt pereat. Vix vt optimo deo cōmissatum ire liceat* μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας, *aut Iunonem suam e cœlo suspendere, aut Vulcanum eÿcere, aut Ixioniæ suæ tria verba in aurem dicere:*

Ἣ τέκε Πειρίθοον θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντον.

*vel si quid lubētius agit* πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε

 *cum*

*cum Homerice nugatur. Hæc vita nostra est. Et tamen ille interdum abnuit aut negat,*

Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνέ-
νευσε.

*Nobis non licet, ne cum delectu quidem. Beneficium beneficio trahitur, & si quando neges, inuidiosa est prior liberalitas. Merito vt dicas,*

Exauſpicaui ex vinclis. nunc intelligo
Redauſpicandum eſſe in catenas denuo.

*Etiam ignotos laudamus & improbos. Quos nunquam vidimus, suffragio iuuamus. Athenis satis erat scripsisse in pariete,* ΚΑΛΟΣ Ο' ΔΕΙΝΑ*: hos elogium in fronte libri delectat; & vt in fuco meretrices ita præsidium habent in alieno carmine. Vidi qui precium offerrēt, vidi qui stipularentur, & infelix poetæ furor nummo conducebatur. Simonidem videlicet sequuntur, qui primus artis nostræ fuit institor, & inter Musas Diuam Monetam coluit. Itaq; gratis nil scripsit, precio nil negauit vnquam. Notum ex Aristotele illud:*

Χαίρετ' ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων.

*Apud*

*Apud Hieronem vero quos quæstus fecit' census integros, integra corrasit patrimonia. De quo parum nobis periculi est: facile hic mores tutamur nostros. Nemo enim regum est, qui non simiam malit emere, quam poetam. Nam vt hortos totos cum Scipione, aut prædia deferant cum Mæcenate, secta nostrorum temporum non patitur. Minores satrapæ sunt qui nos dormire non sinunt. Hi instant, hi molesti sunt: nec amicitia salua negari posse putant, quod salua existimatione non datur. Quanquam & hic poetarum culpa est. Sunt qui nil negent, sunt qui offerant, & cum Plautino Pseudolo gestiunt promittere. Quorum versus ἐφήμεροι sunt, & naturæ beneficio hoc consequuntur, vt cum sole oriantur & occidant. Nisi quod,*

Illis cum semel occidit breuis lux,
Nox est perpetua vna dormienda.

*Alij prisco Cratino credunt,*

Nulla valere diu nec viuere carmina posse,
Quæ scribuntur aquæ potoribus.

*Ergo offam sequuntur & cibum alienum: nec*


*vnquam steriles sunt, quam cum domi exnant. Mures, aiunt Philosophi, si salem lingant, sine coitu fœcundi sunt: illi nisi ab aliqua mensa redeant, nihil edolare possunt. Mihi certum est aut sponte in posterum scribere, aut tacere. Si insaniendum est, Scyllas inueniam aut Chimæras: nunquā enim argumentum deest poetæ, non magis quam deo Platonico Idea. Et tacere quidem suadent hæc tempora, hæc ætas: quæ vnica poetæ in arte sua spes relicta est, vt esuriat. Quo nil facilius: est enim αὐτοδίδακτος ἐστὶ paupertas, ut aiebat ille. Hæc a patre nostro deuoluta ad nos est hæreditas; Homerum dico, qui sic vixit sic abijt. Hoc vno beatus, quod nec codicillos fecit nec legatum: nec quisquam de inofficioso eius egit. Nam fiscum plus an hæredem inuenerit, adhuc incertum est: nihil enim hic definiunt doctores. Et cum septem vrbes de natalibus eius certarint, vix duo mendici de baculo & pera. Sic quoque opulentus satis. Plus enim Pop. Rom. reliquit Attalus, minus habuit. Nunquam enim tuum est, quod aliquando non eris: nec in possessione est, quod ad hæredem redit. Sed hoc φιλοσοφικώτερον. Id tantum petimus, vt si quid languere videbitur, illis reddas quibus dedimus: nec aliud in nobis quam facilitatem damnes. Quod vel a candore tuo expectamus, vel ab ingenio. Nam*

*peruersa iudicia videre malo quam metuere: nec molestiam mihi creant, sed iocum. Et, quod* Græci *dicunt,* κερδαίνω τὸν γέλωτα. *Noui qui* Elegijs *meis hoc deesse diceret, quod minus graues sint quam* Tragœdia. *Cras futurus est, qui* Tragœdiam *contemnat, quod minus festiua sit quam* Elegia. *Quid restat, quam vt Aristoteles redeat, & Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων scribat denuo? nam priora illa vulgi stultitia superauit omnia. Quo nemo ineptior est, quam qui ea credit, aut æstimat: & quanti sit ipse ab alio expectat. Aliquid fortasse scribam quod doctis placet, nihil quod omnibus: nec cogere possum quenquam vt non maledicat, nec me quisquam vt hoc metuam. Petant vt lubet, & feriant: ego securus sedebo, & hæc vulnera Democriti pharmaco abstergam: & declinabo hos ictus,*

ὡς ὅτε μήτηρ
Παιδὸς ἐέργῃ μυῖαν, ὅθ' ἡδέϊ λέξεται ὕπνῳ.

*Tu vale, & iocos hos excusa. Adhuc enim poetice scribimus, & a vicino aliquid contagij traxit hic sermo. Saturnalia præterea erant, quibus nullum libertati periculum est. Quam si tu neges, aut Romæ eam impetrabo cum seruis, aut Athenis cum comicis.*

FINIS.



## CAVTIO DE ERRATIS.

QVæ a typographis peccata ſunt, Amice Lector, nec præſtare debeo nec emendare poſſum. Recenſendis enim pagellis tempus deerat. Pauca tamen in ijs quæ abſente me excuſa ſunt, in quibus ab autographo meo receſſum eſt, notabo: vt reliqua per te emendes. Cætera nec legi hoc fine nec inſpexi.

pag. 28. verſ. *dem*, diſtinctio ponenda eſt poſt *diuerſa*. ibid. v. *go*. ſcr. *diſsimilis*. 93. *virides*. 98. interrog. nota poſt *amantium*. 109. *miſerum*. ibid. *ſubeat*. 111. *ſi a veritate* 123. *Excipiat*; 124. *natam*. 129. *ſalutares* ib. *Veneta*. 137. *poſcebant*.

Mendũ maximum in Græcis 199. ἑαλωκότα, quod nihil eſt, pro ἐληλακότα. Puncta interdum prætermiſſa ſunt: interdum non apparent; vt & interrogandi notæ. quæ tamen quanuis obſeruata notare noluimus. Reliqua enim tibi permittimus. Hæc in aliquot paginis ſatis eſt monuiſſe. Quæ reſtant facile emendabis.

